quod duo infirmi hospitalis debent pulsare campanas Ecclie B. Mariae et iacere in campanili dictae Eccie et custodire dictam Eccam in nocte qui constituentur per sacristam dictae Eccie eodem

quod quolibet anno fiet mutao Consiliorum et pcurum hospitalis videlicet quod ex antiquis aliq amouentur et iuuenes loco eorum instituentur, qui instrui valeant de negotijs hospitalis

Super quarta parte huius Sre Reformationis

quod oes praeceptoriae erectae nouiter in bacliuijs praeceptoriarum debent esse subditae pceptorijs in quarum bacliuijs sunt erectae quarum visitao pertinet ad pceptores generales duntaxat fol. 234

De libris librariae non extrahendis, et extractos restituen sub excois poena eodem

sequitur

22v

Sequitur titulus de pensionibus, et primo super praeceptorijs generalibus eodem

quod praeceptoria Tusciae seu Florentiae perpetuo sit unita cum suis membris Abbatiae S. Antonij fol. 236

De pensione praeceptoriae Appuliae Dns tenetur satisfacere protectori procuratori generali ordinis, procuratori caarum et Aduocato in Curia Romana eodem

quod praeceptoriae quae sunt in patria linguae occitanae sunt de mensa Dni Abbatis, et ad collationem et dispositionem eius pertinent et habent Respondere ut hic continetur fol 237

Hic remittitur praeceptoribus linguae occitanae terna pars pension eorum ad quinq annos ita quod humoi tertia parte reparare dent eorum praeceptorias eodem

quod praeceptoriae linguae occitanae non dent includi ad contribution tacliarum pro tempore in religione imponendar nisi spetr expressum fuerit in impositione tacliar folio 238

Quod praeceptoriae Lugdunens, Tusciae de Marnanco et Anneron sint unitae et annexae perpetuo Abbatiae eodem

quod cessante pensione montismaioris, alleuientur et reducentr pension praeceptor eodem

quod praeceptoria Ranuersi cum omnibus obuentionibus p sit canonice unita cellerariae monasterij S. Antonij, quae sub se habet plures praeceptores, quos compellere potest ad responden sibi de pensionibus suis. Slr possunt alij praeceptores compellere subiectos suos praeceptores folio 239

in quibus monetis praeceptores tenentur soluere eor pension folio 241

quod in S. Antonio debent semper esse Religiosi Claustrales ex quatuor nationibus eodem

Hic conceditur Dno Abbati, praeceptoribus, prioribus et fribus ordinis nri

ordinis nri licentia acquirendi bona stabilia quaecunq; et
illa nomine Religionis, retinen et possidendi ad vitam suam
de quibus aliqua elargiri possunt in eorum vita ad pios usus
eodem

quantum quivis praeceptor habet solvere de coetero pro taillia
sua folio 242

In qua moneta Taillia in qualibet natione exolui debent
folio 244

quibus debentur spolia defunctorum et quomodo recipientur
et in quibus consistunt vel q sunt q veniunt ad spolium
folio 245

quod decedentium quae sunt clara et quae debita sunt con:
tracta propter utilitatem beneficij debent prius exolui antequam
recipiantur spolia per Abbatem vel praeceptores, iuxta sequens
capitulum eodem

de D. Abbate et praeceptoribus idem est iudicium quoad spolia
folio 246

quod spolium recipietur in principali domo pceptoris de:
functi ubi tunc fuerint bona quae veniunt ad spolium
iuxta declarationem superius factam eodem

De modo servando in receptione spoliorum claustralium de:
functorum in S. Antonio fol 247

quod libri Theologiae non veniunt ad spolium sed ad libra:
riam monasterij S. Antonij eodem

quod bona stabilia acquisita per Dnos Abbatem praecep:
tores et Religiosos nomine nomine proprio infra limites
praeceptoriarum non veniunt sub noce spolij, etiamsi in
eorum vita non disposuerunt sed si extra loca et limites
tunc veniunt sub spolio eodem

quod pceptores

Quod præceptores et Religiosi in morte pro satisfactione et remuneratione suorum seruitorum, possunt aliqua elargiri de voluntate superiorum, et eodem modo in ipsis pios

folio 248

Quod Religiosi transeuntes de præceptoria ad præceptoriam possunt secum deferre, quidquid sit, et possident ex permissione religionis, quæ remanent præceptori, sub quo defunctus est nec spoliy nisi essent bona stabilia, illa manebunt præceptori sub quo illa acquisita sunt tempore acquisitionis. eodem

De spoliis præceptorum, qui plures præceptorias sent diuersis superioribus subditas quibus debentur eodem

Quod superior beneficij debet recipere spolium illius personæ beneficiatæ, etiamsi decedat sub alio extra loum beneficij sui

fol 249

qui recipiet spolium præceptoris qui aliquantulum fuerit præceptor certæ præceptoriæ, et acquisitis multis bonis mobilibus et immobilibus postea deserendo illam præceptoriam, vadit ad aliam, in qua tunc decedit eodem

Quod bona stabilia venientia ad spolium, non vendentur per recipientes spolium, nisi essent inutilia, quo casu venti poterint, et eorum precium ad maiorem utilitatem religionis conuerti eodem

Quod spolium Abbatiæ reseruandum sit futuro Abbati solutis debitis eodem

De modo seruandi missam Regis Francie nouiter fundatam in S. Antonio folio 250

Inhibetur ne quis detrahat verbo signo vel facto, ordini per quæ peregrini et benefactores retrahi possunt ad benefaciendum, et docetur quid Responderi peregrinis. eodem

De studentibus

De studentibus et studijs generalibus eisdem assignan per capitulum nrum generale folio 251

De conservatoribus Reformationis qui erunt in S. Antonio et praeceptorijs cum plena potestate fol: 252

De statutis novis extrahendis ex humoi sacra nostra Reformatione q singulis annis primo die capli legentur eodem

De eo quod praeceptores hent de quadriennio in quadriennium venire ad S. Antonium, et ibi stare per tres menses continue folio 253

De decima omnium beneficiorum et officiorum danda per quinquennium ad fabricam ecclae monrg claustri et Refectorij in S. Antonio eodem

De fructibus primi anni solven integre a praeceptoribus promovendis infra X annos pxme venientes et hoi ad usum cois ordinis nisi solvere herent medios fructus camerae Aplicae, quo casu solvere non haberent, nisi medios fructus in S. Antonio folio 254

De thesaurarijs in S. Antonio, pro dicta decima recipienda cum potestate compellen, et de eorum salario fol. 256

De vnionibus et incorporaoibus faciendis pro extinctioe pensionis montismaioris eodem

De vno thesaurario generali faciendo in S. Antonio fol: 257

cuius sit declare dubia huiusmodi sacrae Reformationis, si quae orirentur et absolvere transgressores statutorum eodem

quae ex antiquis statutis censeantur revocata fol 258

promulgatio p sacrae Reformationis eodem

Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie
non supra te est neq; procul positum nec in cœlo situm
ut possis dicere Quis nostrum valet ad cœlum ascendere
ut deferat illud ad nos ut audiamus atq; opere compleamus
3° Neq; trans mare positum: ut causeris et dicas, quis e nobis
poterit transfretare mare, et illud ad nos usq; deferre: ut
possimus audire et facere quod præceptum est? Sed iuxta
te est sermo valde, in ore tuo et in corde tuo, ut facias
illum

STATVTa

Antiqva & nova Ordinis & mo
Anasterij S. Antonij Vienn: Appro
bata per sedem Aplicam: vna cum regula B.
Augustini eiusqs expositione & reforma:
tione eiusdem Ordinis necnon quibusdam
Priuilegijs aplice concessis: omnia ex Authen:
ticis exemplaribus descripta

Jussu Admodum reverendi dni dni Gottschal:
ky allerdings Generalis praeceptoris
S. Antonij Höestensis

Anno Dni M.DCLXI

Vniuersis et singulis praesentibus et futuris quibus praesentium notitia pervenerit Jacobus permissione diuina Abbas monasterij Sancti Theofredi ordinis S. Benedicti Anicien. Dioces. protector Corrector et reformator Venerabili in Chro patri et dno Abbati et religiosis viris Conuentus monij S. Anthonij ordinis S. Augustini vienn. Dioces. et dicto monasterio membrisque eiusdem monij a reuerendo in Chro patre et dno dno Anglio miseratione diuina Sancti Petri ad vincula pbro Cardinale auctoritate aplica spl̃r deputatur, rei gestae memoria cum salute in eum qui omnium est vera salus. Dudum sanctissimus in Chro pater ac dnus nr Dnus Urbanus diuina providentia papa quintus per suas patentes litteras more Rom. Curiae in filis sericis bullatas, sanas et integras R.m. in Chro patrem dnum Cardinalem praefatum in protectorem Correctorem et reformatorem dictis dno Abbati et Conuentui monasterij S. Anthonij ac membris eiusdem monij Deputauit, ita quod defensionem ipsius Abbatis et Conuentus monij et membrorum omnium praedictorum eorumque personarum tam in spiritualibus quam in temporalibus exerceat, ac statuat et ordinet et faciat per se vel per alium seu alios omnia quae ad dictorum Abbatis et conuentus monij et membrorum et personarum praedictorum Correctionem reformationem et vtilitatem nouerit expedire. Qui siquidem dnus Cardinalis alijs adeus occupatus negocijs per suas patentes litteras nobis sup. Contentas in dictis litteris aplicis in solidum commisit vices suas donec eas ad se duxerit reuocandas virtute siquidem aplicarum et domini cardinalis praefati patentium litterarum Nos Jacobus Abbas Commissarius antedictus existentes in Monrio supdicto. vna cum Reuerendo pre dno petro Abbate et Conuentu dicti monasterij praeceptoribus Prioribus et Deffinitoribus capli Gralis quod in eodem monasterio celebratur quorum noia Describuntur inferius, Cupientes circa reformationem et statum salubrem dicti Monij

et ordinis

et Ordinis intendere cum effectu statuta ordinationes et praecepta in in eodem capitulo generali edidimus renouauimus et fecimus prout inferius Continetur

De Officio diuino 1

In primis statuimus quod officium Rom. Ecclesiae in Capite et in membris dicatur et servetur ad vnguem

De Libris 2

Item qui libros non habent ad vsum eiusdem Eccliae eos quantocius poterunt, ad eundem vsum habere procurent

De Kalendario 3

Item quod omnes in diuino officio vtantur Kalendario Correcto, et quod eorum Kalendaria ad vsum praedictae Ecclesiae Corrigantur

De Refectorio et Dormitorio 4

Item statuimus et ordinamus quod omnes fratres simul in dormitorio iaceant ubi nullum medium parietum vel postium aut Cortinarum existat, imo alterum per alterum in lecto suo libere videatur; in quo dormitorio de nocte semper lampas vel candela teneatur accensa et in refectorio simul commedant nec extra refectorium cellarius alicui prouideat nisi causa infirmitatis vel alias iusta causa comedendi alicui fratri extra refectorium ad tempus per Abbatem priorem vel suppriorem in eius absentia Concedatur

De Locis in quibus servabit silentium 5

Item statuimus quod in Ecclia dormitorio, refectorio et claustro fratres silentium teneant et obseruent, et si aliqui indigerent quod sine loquela habere non valeant petant ita submissa voce quod ab alijs nullatenus audiatur propter hoc tamen non intendimus prohibere licentiam loquendi in claustro certis diebus et horis sicut inter alios Canonicos Regulares e fieri Consuetum et si

quis

quis deliquerit in præmissis Regulari subiaceat Disciplinæ

6 Qui intererunt Diuinis et quando

Item oes fres clerici omnibus horis canonicis intersint a principio cuiuslibet horæ usque in finem, nisi sint legitimo impedimento detenti. de quo priori claustrali vel in eius absentia suppriori in monasterio vel extra eius suppriori vel eius locum tenent plenam fidem facere teneant, ac si quis in multinis vel in missa maiori defecerit, in prandio: si vero in vesperis in Coena: eidem vinum per cellarium nullatenus ministret, et vlterius qui in altera dictarum trium seu aliarum horarum seu in processione cum debebit fieri per conuentum defecerit regulari subiaceat disciplinæ

7 Quando Cabiscolus informabit de mo orandi

Item statuimus et præcipimus obseruari, quod singulis diebus sabbatis ad caplum cabiscolus vocet et scribat in tabula oes hebdomadarios septimanæ sequentis, tam missarum quam in officio Diaconatus et subdiaconatus et aliorum ministrorum altar. et lectorum Refectorij et seruitorum Conuentus et singulis diebus oes illos qui debebunt sequenti die aliquid agere vel cantare vt fres prouidere valeant quæ debent legere vel cantare.

8 De poena deficientium in cantu diuino

Item statuimus quod fres qui in Ecclesijs habebunt legere vel cantare taliter prouideant quod in cantu non deficiant vel accentu, et si quis defecerit in horis vel in missa dicendis ante prandium in prandio sicuturo vinum emittat: in horis aut alijs post prandium dicendis vino in Coena priuetur et ordinetur in quibuslibet Ecclesijs qui tales audiant

9 Quando sit Communicand. per fres et Confitendum

Item statuimus quod Diaconus et subdiaconus et alij ministri altarium Communicent in missa maiori in principio suæ hebdomadæ videlicet die dominica. nisi essent forte presbyteri qui celebrassent

illa die

illa die, et oes fres celebrent vel Communicent prima dnica cuiuslibet mensis. adjicend: quod oes fratres sacerdotes clerici laici, suo superiori vel alij de licentia teneantur Confiteri peccata sua saltem semel in anno et alijs in ordine quandocunqs; et quinquies recipere Corpus Chri videlicet in festivitatibus Natalis dni resurrectionis, penthecost: assumption: B. M. Virginis. omnium sanctor: et die iovis sancta sicut in antiquis statutis huius monrij Continetur in quibus quinque festivitatibus infirmi hospitalit similiter Communicare teneantur.

De Confessoribus ordinandi. 10

Item statuimus quod Abbas singulis annis vel quando sibi videbitur expedire ultra priorem et supprioren claustri deputet in monrio aliquos probos antiquos fres qui cum dictis priore et supriore Confessiones audiant aliorum nec alteri sit licitum in Monrio Confessiones audire

Quod hon: D prior singulis diebus in caplo faciet legi partem Regle S. Augusti 11

Item dnus prior claustralis singulis diebus hora prima intrabit caplum cum oibus fribus clericis, pulsata prius Campana pro caplo convocando speliter deputatur in quo lecto dno vel duobus caplis Regula B. Augustini et propter non intelligentes Rom: lingua explanata fiant Correctiones de commissis negligentijs et delictis et veterius cabiscolus materna lingua explicabit quae illa et sequenti facienda sunt per conventum et speliter si aliquid specialiter in officio et in missa ac professionibus fuerit faciendum vel ordinandum, in quo caplo nullus frum deficiat alioquin sine mia perdat libram vini in prandio quae in continenti pauperibus tribuatur nisi caa rationabilis caa aliquem excuset ut si celebraret vel alia quae priori viderent admittenda cui etiam sit licitum dare licentiam fratribus pro causa

pro causa

cāa legitima prout visum fuerit expedire

12 Quod Correctiones non fiant nisi per illum qui fuit in matutinis

Item statuimus quod illa die qua prior claustralis non fuit in matutinis non teneat sedem in Capto nec correctiones faciat: sed subprior si interfuerit matutinis et si ambo defecerint antiquior frater in ordine qui habet regimen Conventus in absentia prioris et subprioris teneat sedem in capto illa die, et Correctiones faciat regulares: adquiend: quod ille qui tenebit captum propter pmiss Defectu priori libram quam Dnus prior recipit ultra libram fratribus dari Consuetam recipiat illa die quod idem censemus ordinand: cum erit absens et extra Monrium praefatus prior

13 Quando sit intrandum Dormitorium

Item quod fres in continenti post Completorium processinalit ascendant dormitorium, nec inde exeant donec campana pro matutinis pulsetur et antequam prior intret lectum seu vadat cubitum faciat circuitum per dormitorium, respiciendo cum lumine in absconsa seu lucerna lectos singulos frum et si quis frater sine licentia a loco suo tunc fuerit absens regulari subiaceat disciplinae, si vero postqs cum fratribus dormitorium intraverit, et ante pulsationem pro matutinis a dicto dormitorio exiverit, die sequenti Comedat in solo coram oibus fribus panem et aquam, et alias ut inobediens puniatur

14 Quo standum sit in lecto.

Item Abbas praeceptores et fratres et Conversi inducti camisijs et femoralibus iaceant nisi debiles vel infirmi sicut est in antiquis statutis super hoc ordinatum

15 De poena religiosi reperti cum muliere inter septa

Item statuimus quod si quis repertus fuerit cum muliere vel convictus infra septa monrij inhonestatem Committere privetur beneficio si quod habet obtinet et reddatur in:

inhabilis

perpetuo in dicto monrio ad aliquod beneficium obtinendum
Si extra Monasterium vero repertus fuerit incontinenter viue-
re puniatur per Abbatem per priuationem Beneficij siquod ob-
tinet, vel alias prout visum fuerit

De non legendo ꝑte in choro tempore Diuinorum 16

Item nulli sit licitum per se horas in choro seu in alius breui
ario seu libro legere cum cantantur horæ canonicæ: sed cum
alijs legat et cantet in choro qui contrarium fecerit regu
lari subiaceat disciplinæ

De coma Barba et Corona 17

Item fres comam non nutriant neqꝫ Barbam sed Coronam
honestam ad arbitrium Abbatis vel prioris claustralis por
tent, et in Monrio hebdomadarius missæ maioris Diacon:
us et subdiaconus, et alij ministri Altaris die veneris præ
cedenti eorum septimanam, et totus conuentus de quin:
decim in quindecim diebus faciant rasuram et si quis sit qui
die qua conuentus fecerit, omiserit eam facere, donec ra
sus fuerit libram vim et pitantiæ sine misericordia perdat

De qualitate vestimentorum religiosorum 18

Item statuimus quod oes fres tam in Monrio quam extra
portent Robas superiores non scissas, rotundas panni reli
giosi et caputia eiusdem coloris cum mantello, et equitent
cum rotundellis aut mantellis honestis incedant, nec vtant
deinceps nisi caligis nigris vel albis vel alterius coloris
religiosi et honesti qui vero repertus fuerit cum inho
nestis Robis. vel cum caputijs alterius coloris quam sit
mantellus aut foliatis de alio panno diuersi coloris
cum caputio: talia caputia et alia vestes super prohi
bita auferantur eidem et pauperibus erogentur. et
veterius subiacet regulari disciplinæ adijciend quod
Cornetam caputiorum portent honestam latam et non lon
gam alioquin caputium auferatur eidem et detur pau-
pauperibus

peribus vt supra

19 Quomodo soluetur vestiarium in S. Antonio

Item renouamus statutum antiquum istius monrij statuimus quod fribus omnibus in monrio et Balliuijs existentibus vbicunque soluatur vestiarum a modo de panno decente cum pena sicut erat olim consuetum et priori claustrali dicti monrij detur duplex libra et vestiaria duplicentur sibi sicut de alijs consueuit habere libram duplicatam detur et cuilibet fri in monrio in festis resurrectionis Dni vnus mantellus de sargia quia in antiquis consuetudinibus continetur

20 De libra fratris defuncti

Item libra fratris defuncti per nouem dies post eius obitum pauperibus integraliter tribuatur per illum in cuius administratione decedet super quo illius qui eidem administrari praeerit conscientiam oneramus

21 Quod horae canoniae pulsentur.

Item pulsentur horae canonicae singulariter singulae in monrio in quibuslibet Ecclesijs vel capellis

22 De luminario in Ecclesijs tenendo

Item Ecclesiae et capellae cum decenti luminario ceraeque et olei teneantur ita quod ad minus ante quodlibet altare de nocte vna lampas sit accensa

23 De tempore in quo promotio ad ordines fiat

Item praeceptores oes et fres cogantur primo ex praecepto statuti huiusmodi teneantur ad sacros ordines promoueri praeceptores non obedientes voce careant in capitulo et moniti aliter puniantur secundum canonicas sanitiones fratribus autem qui non obedierint vestiarium denegetur per hoc autem non intendimus relaxare poenas alias inflictas auctoritate aplica per dnos Abbates huius monrij et Beati Rifi contra illos qui infra tempora statuta non faciunt se ad sacros ordines promoueri

quando

24 Quando Comedendum in refectorio est

Item hora competenti cum hora occurrit prandij pulsetur semel tybalu facto vero intervallo, secundo pulsetur tunc quoque fratres omnes simul in refectorio conveniant; qui vero benedictioni non interfuerit, postea quamdiu primi comedant intrare non audeat. libramque vini et pitantiam amittat quam incontinenti pauperibus tribuatur

25 De lectione fienda in mensa

Item in monrio et in domibus omnibus Conventualibus lectio legatur assidue in prandio et in coena quam cum magno silentio auscultetur

26 De non Comedendo Extra Refectorio

Item nullus extra refectorium Commedat nisi de licentia prioris claustralis prius petita et obtenta cum causa rationabili qui Contrarium fecerit illius horam libram amittat quam incontinenti pauperibus distribuatur

27 De quarta feria

Item feria ~~quarta~~ numquam carnibus utantur fratres in capite ~~vel in~~ membris nisi infirmitate vel alia causa rationabili de licentia prelati aliud Concedatur

28 De sexta feria

Item feria sexta ab omnibus fratribus conversis et donatis ieiunetur his exceptis qui habent agriculturam vacare aut alia nostra laborare, nec dicta die utantur ovis vel caseis nisi pisces commode haberi non possent

29 De ieiunio Adventus et quadragesima

Item adventus domini cum ieiunio ~~quadragesimali~~ ubique ab omnibus observetur nisi ex dispensatione suorum superiorum ubi pisces haberi commode non possent tunc ovis et caseis uti poterunt utroque casu ieiunio observato

30 De non obtinend: Beneficia per preces potentum

Item nullus fratrum super obtinendo Beneficio vel officio in ordine a quocunque potenti persona seculari preces ad

ad dnum

Dnum Abbatem vel praeceptorem, qui vacan Beneficio praerit, impetrare vel obtinere praesumat quod si quis fecerit tanquam inobediens acriter puniatur

31 De infirmaria

Item renouamus statutum antiquum quod in Monrio fiat infirmaria competens pro infirmis fribus quibus cellarius teneatur tam in medico quam in alijs medicinalibus et alijs suis necessarijs prouidere

32 Quod fratres Extranei recipiantur in domibus religion et hospitentur

Item praeceptores et fres ad loca accedentes vbi religio habet domos non hospitentur alibi quam in eis; rectoresque ipsarum secundum possibilitatem domus caritatiue eos recipiant, vt per hoc suspecta vitentur hospitia, ac firma dilectio inuicem obseruetur. praecipiens insuper sub virtute sanctae obedientiae, quod quando fratres mittentur per Balliuias fecerint transitum teneantur eisdem liberaliter prouidere et in expensis, ac etiam in necessarijs, si eos contingat infirmari. sicut hactenus exstitit obseruatum. alias si propter defectum eorum dictos fres contingeret redire ad monrium vel alias impediri, talis praeceptor ad oes expensas quas propter hoc fieri contigerit teneatur et veterius arbitrio Abbatis seu diffinitor capli gralis acrius puniatur, si vero Abbas nuncios vel familiares suos transmittat, eis necessaria subministret et praeceptores per quorum Balliuias transiuerint eis in aliquo minime teneantur, nisi in victualibus si eos ad domos dictorum praeceptorum contigerit declinare

33 De Canibus et Auibus

Item statuimus quod nullus infra monasterium seu domus ordinis ~~Canes~~ siue aues venaticas venaticas tenere audeat nec interesse venationi clamosae. qui contrarium fecerit, Abbatis arbitrio et diffinitorum capli sicut capitulum per visitatores aut alios fuerit prolata querela acriter puniatur. et si repercetur, aliquis ~~frater~~ claustralis in

praemissis

præmissis delinquens, auferatur ei libra vini et pitantiæ donec cessauerit a præmissis

De poena intrusorum ad Beneficia seu Balluias 34

Item statuimus quod quiscunque frater occupauerit propria auctoritate sine collatione vel titulo Abbatis sive præceptoris ad quem pertinet provisio, seu sedis apostolicæ aliqua præceptoriam seu Baluiam istius monasterij, seu ordinis. et qui de facto et sine mandato superiorum et per insidias ceperit seu capi procurauerit aliquem frem istius monasterij aut in captione dederit consilium, auxilium vel fauorem; beneficio siquod obtinet, sit priuatus ipso facto et sic efficiatur inhabilis in isto Monrio et ordine ad Beneficium obtinendum

De Custodia Sigilli conuentus faciendæ 35

Item renouantes statutum antiquum statuimus et ordinamus quod sigilla conuentus in aliquo loco idoneo sub tribus clauibus reponantur quarum vnam Abbas custodiat, aliam habeant præceptores, quam custodiendam tradent vni fri residenti in dicto monasterio quem duxerint eligendum, tertiam prior claustralis custodiat pro conuentu, et quandocunque dictum Abbatem abesse contigerit, quod ipse ipsam clauem de sigillo tradat vni frum residenti in Monrio prædicto quem duxerit eligendum, vel cui maluerit tradere, teneatur. Adjecend quod nulla scriptura publica vel priuata sigillo dicti conuentus deinceps aliquatenus sigilletur; nisi in capitulis gnralibus de ipsius capli Gnralis Consilio et assensu: Ordinandum quod per dictum sigillum nunc et in fine cuiuslibet capli Generalis, annis singulis præsentibus diffinitoribus capli sigilletur sigillo Abbatis et prioris claustralis et duorum præceptorum ex diffinitoribus ipsis, si tamen occurrant aliqua sigillanda, in quibus posset esse damnum vel periculum capitulum expectare, vel id vtilitas aut necessitas suaderet, possit Abbas præmissis non obstantibus vocatis et assistentibus sibi duobus vel tribus ex præceptoribus fo

forensibus

rensibus et eorum qui claues sigilli tenebunt, ac conuentus quae sigillanda sunt, non expectato capitulo gralis sigillare, oia tn quae sic vel aliter sigillabuntur dicto sigillo, scribantur in cartulario deputato ad hoc, sicut fuit alias ordinatum

36 De iocalibus libris et ornamentis recognoscen.

Item statuimus quod singulis annis in caplo Generali recognoscantur iocalia libri et ornamenta ecclesiae et de his reiteres inuentarium, et nihilominus si infra annum aliqua iocalia dentur vel offerantur, ille qui talia ornamenta vel iocalia recipiet, antequam ea custodienda reseruet, priori claustrali cum tribus vel quatuor fratribus ea exhibeat et ostendat qui in libro conuentus ea scribant, et de oibus quae sic superuenerint infra annum in caplo Generali referant veritatem

37 De non absentand se a mansione sibi assignata

Item statuimus quod nullus frum de sibi assignata mansione se aliquatenus absentare praesumat sine manifesta et rauabili caa, et de speciali licentia sui superior, quam superior ipse nulla raoe concedat, nisi sit caa quae legitima debeat reputari, diesqs sibi praefigatur secundum qualitatem negocij quanta breuius poterit, ad quam frater ipse omnino exhibeat se praesentem quod nisi fecerit acriter puniatur

38 Quando fiet officium pro defunctis fratribus et Benefactoribus

Item prima die lunae cuiuslibet mensis si sit dies feriata sin autem die proxima sequenti fiat officium solenne pro defunctis fribus et Benefactoribus ordinis tam in capite et in membris, et qualibet Hebdomada celebretur vna missa pro eisdem. vbi fuerint duo presbyteri vel plures, sicut in statutis Continetur antiquis

39 Quale officium sit faciendum pro fre defuncto

Item pro quolibet fratre defuncto qualibet capellanus

infra octo dies

infra octo dies postquam obitus sui notitiam habuerit teneatur dicere ~~vel~~ dici facere Dnam missam, Coeteri vero fres clerici psalterium integrum, laici vero Conuersi et Conuersa, infirmi centum quadraginta pater noster, et totidem Ave maria, infra eandem hebdomadam dicere in ecclia si Commode fieri poterit teneantur

De his qui habent praeesse Abbatiae sede vacante 40

Item statuimus quod praeceptor Balliuiae camberiaci et prior sanctae crucis, prior claustralis et cellarius qui nunc sunt, et pro tempore fuerint, defuncto Abbate qui nunc est, ac sub sequentibus oibus alijs futuris Abbatibus dicti Monrij singulariter, donec de Abbate ipso Monrio prouisum fuerit, vices et locum Abbatis defuncti teneant, et tenere debeant et valeant; Balliuijs tunc vacantibus de procuratoribus prouideant, fres mutent, fructus oes reditus et prouentus dicti monrij percipiant et recolligant, expensas faciant et de receptis et datis futuro Abbati legitimam rationem reddere teneantur et oia alia faciant et facere valeant vt vicarij quae in monrio fieri incumbent, donec eidem Monrio prouisum fuerit de Abbate, ante oia tn pro maiori tuitione praemissorum incontinenti Abbate mortuo praenominati constituantur vicarij Generales per conuentum et ante oia faciant inuentarium de bonis repertis in monrio et in alijs locis pertinentibus ad Abbatem

ad quos pertinet Electio Abbatis 41

Item vacante Monrio Abbatis Electio pertinet ad Conuentum admissis praeceptoribus qui praesentes fuerint vel superuenientes sicut in priuilegio Dni Bonifacij octaui latius Continetur.

De non iacendo Bibendo vel comedendo in villa 42

Item quod nullus fr. siue sit Conuentualis siue sit praeceptor siue prior ordinis infra villam S. Antonij extra Monrium bibat Comedat vel iaceat, nec ipsum monasterium

exire nec

exire, nec hospitale intrare praesumat nisi prius a priore claustrali petita licentia et obtenta, causa rationabili exitus vel ingressus sui dicto priori patefacta. et tunc etiam iuuenem praesbyterum ducere teneatur secum vel alium fratrem idoneum iuxta ordinationem prioris claustralis. qui contrarium fecerit exeundo de monasterio iacendo bibendo vel comedendo in dicta villa, aut intrando dictum hospitale sine licentia, incurrat excommunicationis sententiam ipso facto

Quod statuta monasterij obseruantur per fratres eos tangent. 43

Item statuimus quod prior claustralis qui modo est, et pro tempore fuerit, omnia illa statuta quae tangunt fratres de conuentu dicti monasterij in ecclesia, refectorio et toto monasterio diligenter faciat obseruari nec poenas in dictis statutis contentas remittat alicui vel relaxet nisi in quantum in dictis statutis permissum est eidem. qui si contrarium fecerit, libra illius diei qua in hoc defecerit perdat nec eam dare cellerarius teneatur

Quod statuta ordinis singulis annis post sermonem tempore capituli legantur 44

Item statuimus et sub virtute sanctae obedientiae praecipimus obseruari quod singulis annis in capitulo generali post sermonem, et antequam ad alia negotia diuertatur praesentia statuta et alia si contingat fieri in monasterio legantur alta voce et intelligibili omnibus praesentibus in capitulo et praesentium statutorum copiam infra viginti menses ab hodie in suis domibus ponat vt ipsi et eorum subditi melius seruent. et ab alijs faciant obseruari

Quod Elemosyna fiat 45

Item statuimus quod Elemosyna fiat et continuetur in monasterio per cellerarium et eius gentes, vt laudabiliter erat olim consuetum

De oratione

De oratione infirmorum Conuersorum et Donatorum 46

Item fres laici infirmi, Conuersi et donati, utriusque sexus teneantur dicere pro qualibet hora canonica, quae sunt septem, duodecim pater noster et Duodecim Aue maria in Ecclia si possit fieri. De poena illorum qui infirmis in termino non satisfaciant 47

Item statuimus et ordinamus sequentes istius Monrij ordinationes antiquas, quod Abbas et praeceptores omnes infirmis teneantur soluere et reddere annis singulis oia illa et singula, in quibus raoe suarum Balliuiarum tenebuntur eisdem et hoi terminis assignatis, et quicunque ipsorum solutionem infra mensem distulerit, duplum infra alium mensem pxime sequentem eisdem soluere seu reddere sine misericordia aliqua teneatur. adiciendo quod si per alium mensem quod debebunt principaliter ad poenam subscriptam soluere distulerint, excommunicationis sententiam eos incurrere volumus ipso facto, a qua nullatenus absoluantur nisi prius satisfacto integraliter de praemissis

qui gaude dent de Denarijs datis infirmis 48

Item statuimus vt supra quod Denarij qui dantur infirmis inter eosdem tantummodo diuidantur, et sani qui libram extra hospitale percipiunt, et morantur, nihil percipiant in eisdem, et propter denarios quatuor et alios datos infirmis a quibuscunque personis ipsi infirmi non amittant libram suam exceptis vniuersarijs quatuor denariorum pro quibus amittent libram suam, sicut olim et fieri consuetum

Item statuimus et ordinamus quod libra seu aduentura vel obuentiones infirmorum non dentur alicui extraneo vel vendantur: De his quae D. Abb. habet dare infirmis 49 50

Item statuimus et ordinamus sequentes ordinaoss antiquas istius Monrij quod ea quae Abbas consueuit facere de gra

vt dicebat

ut dicebat infirmis hospital in festis duplicibus infirmis de-
nientibus de novo in Ecclesia tam in lectis quam alia provi-
sione et his m quia facit ministrari ultra libram per novem
dies quando de novo veniunt, per Abbatem et Successores suos
nrio in perpetuum observentur, sicut in scriptura quadam
facta sub sigillo ipsius Abbatis qui erat pro tempore plenius
51 Continetur. Quod infirmitate Sancti Antonij
tacti debent de nocte recipi

Item quod oes qui infirmitate B. Antonij sunt tacti, Abbas et
praeceptores teneantur ac velint de necessitate recipere et
eis iuxta possibilitatem dictae necessaria ministrare, ne Elemo-
synae quas pro dictorum infirmorum sustentatione fidelium
elargitur devotio, in usus alios consumantur, statuimus
quod aliqui mutilati vel deformes praeterquam infirmitate
praedicta, in capite vel in membris nullatenus admittant

52 De habitu Conversorum

Item oes Conversi ordinis utriusque fuerint portent sca-
pularium cum signo et caputio scapulari annexo

53 De habitu infirmorum

A Item renovamus statutum antiquum istius monrij oes in-
firmi utriusque sexus vestes superiores portent rotundas
non portent pileos vel caletas, mulieres autem nullum
ornamentum portent in capite nisi velum tantum de cambe
sive de lino, nec fines hospitalium in quibus degunt sine
licentia rectorum ipsius exeant quod si contrarium fecerint
illius diei libram amittant

54 Quod in Preceptijs sit frum numerus consuetus

Item statuimus et ordinamus quod in monrio et alijs domi-
bus ipsius monrij sit frum numerus consuetus nisi arbitrio
Abbatis, qui fuerit pro tempore et diffinitor capli generalis
ex certis cais et raoibus esset augendus numerus, vel m mi-
nuendus, adjicientes quod fres in locis suarum ministraoum
non morentur sed in domo ordinis. ubi maior numerus non
habetur

ad minus sint duo fratres computato praeceptore. et si facul
tates non suppetent pro duobus. in monasterio vel in domo
Grali a qua talis domus dependet praeceptor vel commendator
loco unius claustralis residentiam faciat personalem qui
in ecclesia et extra ut claustralis frater absque aliqua prae=
rogativa servire teneatur per oia, Abbas tn seu praeceptor
principalis illius domus possit dare licentiam ad tempus in
tali domo residentiam faciendi et negotia procurandi

Ut Abbas singulis Annis ponat priorem 55

Item statuimus quod singulis Annis in caplo Generali Ab
bas ponat priorem et subpriorem in claustro qui suo ordine
in ecclia et alibi curam et regimen habeat de conventu et
si contingeret priorem et subpriorem simul infirmari seu
absentari a monrio quod eis sine magna caa non liceat
vel alias impediri, officium eorum exerceat. antiquior
fr in ordine donec curati fuerint seu usque ad ipsorum
adventum vel impedimentum quod habuerint cesset

Quod missa quotidie celebrari debent 56

Item in omnibus Ecclesijs et capellis celebretur una missa ad minus
qualibet die in quibus videlicet sunt duo presbyteri vel
plures et in eis dicantur hora canonica omni die

De loco Creandi Religiosos 57

Item nullus induatur in frem nisi in capite vel in domo
in qua quatuor fres ad minus commorant, et per abbatem vel
de eius mandato et licentia speciali et nisi sciat sufficienter
legere et cantare, et examinentur fideliter per duos super hoc
disputandos, cum priore claustrali nisi ex caa rationabili
Abbas aliter ordinaret. qui sic induti in capite anni reli
gione profiteantur expresse, in qua professione promittant
tria substantialia regulae, de hoc fiat publicum instrum
quod de donatis idem duximus statuendum. per quem qui
dem annum integrum claustro monrij vel domus in qua
fuerint recepti novitij praedicti, commorentur. antequam alibi
alibi transmittant

alibi transmittantur ut ibidem melius in regula et moribus informetur

58 Quod Domus seu Balliuiae non committantur secularibus

Item nulla Domus vel Balliuia de coetero alicui clerico seculari vel laico committatur quod si secus actum fuerit per dnum Abbatem collatio non teneat, et ad generale capitulum, si vero per praeceptorem aliquem ad ipsum dnum Abbatem collatio pertineat illa vice

59 De Capitulo nostro Generali

Item statuimus quod annis singulis fiat in dicto monasterio capitulum generale in festo ascensionis Dni ad quod oes praeceptores principales siue Generales per se absque alia Conuocatione habeant Comparere nisi iustam caam habeant quare non possint personaliter comparere. quo casu per procuratorem fratrem dicti ordinis habentem sple mandatum proponend dictam caam humor esse veram, ac approbanda oia quae fient in dicto capto per praesentes, et oia alia fien quae in praemissis facerent, si personaliter interessent, mittere teneant et quid quid fiet aut ordinabit per eos qui praesentes fuerint in dicto capto, valeat et plenam firmitatem obtineat in dicto monrio, atque per totum ordinem irrefragabiliter obseruetur ac si per oes praeceptores et personas ordinis factum foret; qui vero non Comparuerit, vel ut praemissum est, procuratorem non miserit duplum expensarum quas faceret eundo et redeundo ac stando in dicto capto, arbitrio diffinitorum illius anni, in expensis quas facerent qui praesentes fuerint, soluere teneatur. quas si non soluerit infra duos menses post capitulum celebratum, incurrat excommunicationis sententiam ipso facto circa praeceptores autem qui distant a monrio ultra quindecim dietas praemissum statutum duximus moderandum quod solum de triennio in triennium in dicto capto personaliter Comparere, et in alijs duobus annis possint mittere procuratores, cum pte.

praemissa

et sub poenis exterius expressis

De capitulo nostro et quando praeceptores recedere possunt 60

Item praeceptores oes per se vel procuratores suos idoneos sicut praemissum est singulis annis in vigilia ascensionis dnicae apud Monrium Comparent pro grali caplo inibi celebrando negotijsque tractandis, ibidem sic studijs sollicitis et assiduis vacent circa expeditionem ipsorum, quod feria secunda post festum supradictum Ascensionis celebrata missa pro fratribus et benefactoribus defunctis recedere valeant; et extunc per hoc statutum licentiam habeant recedendi; dummodo negotia quae incumbent, moram ampliorem non requirant, et infirmis hospitalis seu de Responsionibus et tallijs si tunc occurrent, fuerit integraliter satisfactum

Quibus negotijs Dni Caplantes vacent 61

Item generali durand: caplo Abbas et praeceptores his quae incumbent tantummodo vacent negotijs, nulla alia quomodolibet, admissur ita quod singulis diebus de mane et in vespere Congregentur pro expeditione ipsorum quae expedienda occurrent

De quibus D. Abbas tenetur tpe Capituli 62

Item antiquum statutum huius monrij renouamus: Abbas qui nunc est, et eius successores annuatim perpetuo teneant omnibus praeceptoribus, vel eorum procuratoribus ad dictum caplum venientibus ac ipsorum familiaribus panem et vinum de Conuentu, et auenam pro equis ipsorum in vigilia Ascensionis Dni et in ipso festo prandium ministrare

De visitatione 63

Item si Abbas visitare non possit eligantur annuatim visitatores in capitulo grnali qui de statu Balliuiarum bonorum mobilium et immobilium, redituum et onerum et qualiter eis deseruiatur, in diuinis ac statu praeceptor:

ac fratrum

ac fratrum in eis degentium, ac de et super aedificijs et alijs necessarijs iuxta qualitatem temporis personarum et locorum quibus et quos habebunt visitare sub praesentium fratrum testimonio, inquirendo diligenter et sequenti generali capitulo sub iuramento referant veritatem

64 De visitatoribus et eorum procuratione

A Item recensendum antiquum statutum istius monasterij statuimus et ordinamus quod Abbas qui nunc est, et pro tempore fuerit non possit visitare Balliuias suas seu domus nisi semel in anno tantum nisi causa rationabilis visitationem requireret iterari, et tunc ex quo fines Balliuiae intrauerit, dictas Consuetas et rectas faciendo praeceptor illius Balliuiae extra domum pro qualibet dicta pro suis sumptibus sexaginta solidos paruorum turonensium valentium quinque florenorum auri boni ponderis sibi soluere, et Administrare teneatur in principali vero domo Balliuiae quam visitabit praeceptor per duos dies tantum de expensis necessarijs sibi prouidere teneatur aut plus aut minus secundum quod qualitas negotij exposcet, ac etiam nisi ex causa utili vel necessaria pluribus indigeret minimo sit contentus. Nec a suis subditis aliquid extraordinarie vel alia de causa ratione visitationis propter procurationem debitam petere vel extorquere praesumat, visitatoribus aut loco Abbatis prouideatur secundum Conditionem personarum iuxta dinctionem superscriptam

65 Quod Abbas Domos vacantes non possit grauare

Item statuimus et ordinamus quod cum aliqua Balliuia vacauerit, vel cum ductus Dnus Abbas visitauerit, non possit super ea mutuum contrahere vel eam seu praeceptores futuros alias quomodolibet obligare, nisi de Consensu praeceptorum et totius capituli generalis, nisi prius prouisum fuerit tali domui de praeceptore et eius Consensu et totius capituli Generalis

66 De Sigillis et clauibus tradend:

Item statuimus et ordinamus quod praeceptores in capitulo generali in manu Abbatis qui est et fuerit pro tempore teneantur reddere sigillum et claues domorum suarum in signum obedientiae tum propter illam obedientiam suae traditionem Abbas nulli praeceptori possit suam Balliuiam subtrahere

Auffigere

Vel auferre nec sibi remouere, nisi caam aliam haberet rao abilem atq; iustam

De Collecta seu tallia 67

Item statuimus et ordinamus quod Abbas de coetero exactione collectam seu talliam non possit facere, nisi ex caa raoabili Communiter approbata per oes praeceptores in simul Congregatos, qui fuerint in capitulo Generali

Quando religiosi transmittentur et quo 68

Item statuimus et ordinamus, quod si Abbas de coetero mittet vel mutet fres de Balliuia ad balliuiam post festum oium Sanctorum quod pro illo anno mittantur induti per Abbatem aut praeceptorem de quorum Balliuia mutabuntur, nec mutent nisi de caplo in caplum nisi alia caa raoabili suaden

Quando Bna ordinis Conferri debent et quibus 69

Item statuimus et ordinamus quod Abbas seu praeceptores Generales aliquam Balliuiam seu pastoratum vacantem non possint diuidere vel vnire in duas Balliuias vel plures. Sed Balliuias seu administratioes cum vacauerint libere sine diminutione omni pactione et exactione remota Conferant, et committant personis idoneis et professis in religione sua, infra sex menses a tempore notae vacationis computan quod si non fecerint et praeceptores fuerint negligentes, vel conferant scienter non professis et idoneis; eo ipso Conferendi potestas deuoluatur ad caplum Grale Ascensionis Dni pxime subsequentis. et ita in antiquis statutis Continet expressé.

Quod Abbas non potest praebendare clericum 70

Item Abbas et sui successores nullum clericum secularem point pbndare in Monrio vel membris eius

Ut praeceptores residen faciant 71

Item quia propter praeceptorum absentiam Balliuiae patiunt frequenter in spiritualibus et temporalibus laesionem Dispendium et iacturam: statuimus quod singuli praeceptores ordinis

ordinis in suis Balliuijs faciant residentiam personalem. nec ab illis se sine iusta cãa quam Abbati exponere teneantur absentent et nisi ex licentia petita et obtenta: qui vero residentiam extra suam Administrationem fecerit, sine iusta cãa et rationabili, et licentia Abbatis, seu alterius superioris sui petita et obtenta. in medietate fructuum et obuentionum suae administrationis q in sua administratione obuenient tempore suae absentiae conuertenda in opere ecclesiae vnoprij per Abbatem sine misericordia puniatur.

72 Quod Abbas et praeceptores computum faciat capitulo

Item statuimus quod Abbas et quilibet praeceptor quolibet Anno in capto grali de Administratione sua tam de receptis, qu de residuis, et maxime si in quantum et in quibus sua administratio fuerit obligata, rationem reddere tenetur. et si veritatem super hoc non dixerit, conuertenda in opere ecclie, et alias ad Abbatis arbitrium puniatur

73 Quod praeceptores non possunt alienare possessiones

Item statuimus et districte praecipimus, quod praeceptores non pnt dare vel vendere, nec aliquomodo alienare possessiones ad praeceptorias ipsorum pertinentes sine Abbatis et conuentus licentia speciali: et alias iuris solennitate seruata, super quo si dicti praeceptores legitime conuincantur, Abbas procedat contra eos ad priuationem Beneficij, et ad reuocationem ad claustrum.

74 De non Contrahendo mutuum super domibus

Item statuimus et districte praecipimus et mandamus. quod nullus praeceptor cuiuscunque conditionis existat, sit ausus Contrahere mutuum nec obligare Balliuiam suam vltra summam viginti librarum turon paruorum nisi pro tallijs suis et alijs vrgentibus negotijs abbati expositis, et per eum ei licentia Concessa primitus et donata. et qui Contrarium fecerit, Arbitrio Abbatis grauiter puniatur, et veterius si quis repertus fuerit qui mutuum Contraxerit et suam

Balliuiam obligauerit vltra valorem medietatis fructuum suae administrationis sine licentia Abbatis et totius capli Gralis per Abbatem sua Administratione priuari volumus, et reuocari ad Claustrum

Ne Arrendae fiant vltra tres Annos 75

Item statuimus quod nullus praeceptor possit nec sit ausus arrendare seu firmam dare domum suam alicui seculari, nec alteri vltra tres annos sine Abbatis licentia speciali, aliter talis arrendatio non teneat, et in contrarium facientes per Abbatem acrius puniantur

De licentia non residend in proprijs domibus eorum 76

Item statuimus quod nullus praeceptor possit dare licentiam alijs praeceptoribus domorum infra scriptarum et subiectarum quod possint residere alibi quam in domibus suis, nec mutuum contrahere vltra summam de praeceptoribus expressam, seu suam Balliuiam modo aliquo obligare quod si contrarium fecerint tam ipsi praeceptores hoc facien, quam licentiam super hoc concedentes per Abbatem vt supradictum est de praeceptoribus principalibus, sine misericordia puniantur

Quomodo praeceptor se habebit erga religiosos missos 77

Item statuimus quod si contingat Abbatem ad domos vel Balliuias mittere fres claustrales praeceptor ad cuius domum mittetur, sine difficultate aliqua eum recipere teneatur, nec ipsum remittat ad Monrium saltem vsqp ad capitulum Grale nisi licentiam prius habuerit ab Abbate et si contrarium fecerit incurrat excoriaois sententiam ipso facto. Caueat tamen Abbas quod non mittat fres ad domos praeceptor vltra numerum ordinatum, alioquin expensas quas ob culpam dicti Abbatis praeceptor faciet

eidem

eidem praeceptori soluere teneatur

78 In quibus Domibus erit orm et Hospitale

Item statuimus quod oes praeceptores tam prinles quam prinlibus subiecti quorum domorum obuentiones, vel tra centum florenos ascendunt non haben hospitale nec oratorium, quod hospitale faciant infra annum et infra alium annum sequentem in hospitali vel alibi erigant oratorium, et qui in praemissis negligens fuerit transacto dicto tempore per Abbatem reuocetur ad Claustrum

79 Quod fres ordis sint in domibus pro Diuinis facien

Item statuimus quod in oibus Domibus ordinis vbi sunt Ecclie sint fres ordinis sacerdotes, qui dictis Ecclesijs debeant deseruire, cum decentius sit quod fres ordinis ibidem deseruiant quam si per alios seculares dictae ecclie deserviantur

80 De Spolio

Item statuimus et ordinamus quod Abbas et praeceptores recipientes spolia praeceptor defunctor eisdem subditor debita si quae sint praeceptor mortuor seu in quibus domus seu Balliuia quam tenebat reperiret pro quibusdam debitis obligata soluere et bladum et vinum necessaria in dicta Domo seu Balliuia vsque ad nouos fructus, ac supellectilia, sine quibus fres et familiares in tali domo Commoran commode transire non possent animaliaque aratiua et sommerios, et animalia pro negotijs domus necessaria dimittere teneantur

81 De procure ordinis in Curia Rom:

Item volumus et ordinamus sequentes ordinationes antiquas istius monrij quod procuror fiat in curia Rom. per Abbatem et praeceptores de Consensu conuentus et per abbatem solum possit remoueri quando sibi videbitur expedire. Quidem procuror teneatur facere in praesentia praedictorum quod non impetrabit per se vel per alium aliqua quae possent Abbati seu fribus aut praeceptoribus, aut alicui praedictor praeiudicium aliquod

aliquod generare

Quod praeceptores quoscunque fres et personas delinquentes in eorum Balliuijs corrigere pont 82

Item statuimus quod praeceptores quoscunque fres et personas alias ordinis in suis delinquentes Balliuijs possint auctte statuti hmoi corrigere et punire requisiti tamen eos teneantur remittere suis superioribus puniendos

De memoriali super viuis et defunctis ad Caplum mittendo 83

Item singulis Generalibus caplis Ascensionis Dni praeceptores de fribus viuis et mortuis in suis Balliuijs memoriale mittent vel apportent

De Hospitalitate seruanda circa Religiosos etiam non nostrae religionis 84

Item Hospitalitas in Monrio ac in membris obseruetur, et maxime circa religiosos Monrij et aliar religionum, ac in monasterijs prouideatur in lectis ac alijs necessarijs religiosis istius monrij et alijs religiosis ac coeteris hospitalitatibus per Camerarium Monrij de bonis tn Abbatis, qui est et fuerit pro tempore, cui idem Camerarius teneatur reddere Rauem et Abbas Dictum camerarium ab officio camerae si et qdo voluerit, amouere valeat et loco illius alium ponere quando sibi placuerit, et visum fuerit expedire, et ita in antiquis statutis istius monrij continetur expresse

Ut Caplantes in vna domo comedant 85

Item praeceptores oes conuenientes ad caplum Generale in vna et eadem domo simul comedant coibus expensis, vt melius circa expeditionem negotior capli Gralis, vacare valeant, et vt multae superfluae per praeceptores durantes in caplo Gnrali fieri consuetae, vitentur expensae

Cassatio aliorum statutor quatenus contrariantur 86

Item cassamus et annullamus oes ordinationes et statuta dicti monrij in quantum praemissis possent in aliquo obvi

are in quantum vero præmissi non obviant vel contrariantur eis non intendimus in aliquo derogare, tollimus tamen et amovemus sententias Excoicaois et interdictiolim latas per quoscunque Abbates dicti Monrij in statutis vel ordinationibus aut litteris Gralibus quibuscunque ad vitanda pericula animarum

Qui infirmi sunt ex pristina Consuetudine, si aliter tractantur in victu, non debeat alijs molestum esse, nec iniustum videri eis quos fecit alia Consuetudo fortiores. nec illos feliciores se putent, quia sumunt quod non sumunt ipsi, sed sibi potius gratulentur quia valent, quod non valent illi Cap 11

De his qui nutriti sunt in delicijs, qualiter tractandi sunt in monasterio

Et si eis qui venerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid vestimentorum, operimentorum, alimentorum datur quod alijs fortioribus et ideo felicioribus non datur, cogitare debent quibus non datur, quantum de suae Seculari vita illi ad istam vitam defenderint; quamuis usque ad aliorum, qui sunt Corpore firmiores, frugalitatem pervenire nequiuerint; Nec debent velle omnes quod paucos vident amplius /: non quia honorantur, sed quia tolerantur :/ accipere; ne contingat detestanda perversitas, ut in monasterio, ubi quantum possunt fiunt Diuites laboriosi, fiant pauperes delicati Cap 12

Post aegritudinem ut citius recreentur cunctos aequali cura fovendos

Sane quemadmodum aegrotantes necesse habent minus accipere, ne grauentur; ita Deposita aegritudine sic tractandi sunt, ut citius recreentur; etiamsi de humillima seculi paupertate venerunt; tanquam hoc illis contulerit recentior aegritudo, quod diuitibus anterior Consuetudo Cap 13

Ut sanitate recepta unusquisque ad suum reuertatur opus

Sed cum vires pristinas recuperauerint, redeant ad sua felici ora, quae famulos dei tanto amplius decent; quanto minus indigent; nec cibi eos teneat voluptas iam vegitatos quos necessitas leuarat infirmos illos aestiment ditiores qui in sustinenda paritate fuerint fortiores, melius est enim minus egere, quam plus habere Cap 14

nullus

Nullius habitum debet ee notabilem, nec vestibus placendum sed moribus

Cap 15 Non sit notabilis habitus vester; nec affectetis vestibus placere, sed moribus. In processu simul ambulan: simul stand

Cap 16 quando proceditis simul ambulate, cum veneritis quo itis simul state In omnibus motibus nihil faciend quod quemqs offendat

Cap 17 In incessu, statu, habitu, in vibus motibus vestris nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem

In nullam foeminarum oculum defigendum.

Cap 18 oculi vestri etsi iaciuntur in aliquam foeminarum, in nullam figantur; neqs enim quando proceditis foeminas videre prohibemini; sed appetere; vel ab ipsis appeti velle criminosum est, nec solo tactu et affectu, sed aspectu quoqs et affectu appetitur, et appetit concupiscentia foeminarum

cc Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos. quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. et cum inuicem etiam sibimet, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nunciant impudica: et secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur, ardore amore, etiam intacte, ab immunda violatione corporis fugit castitas de moribus ipsa. Nec putare debet, qui in foeminam figit oculum, et illius in se ipsum diligit fixum; ab alijs se non videri, cum hoc facit; videtur omnino et a quibus se videri non arbitratur, sed etsi lateat, et a nullo hominum videatur, quid faciet de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest? an ideo putandus est non videre quia tanto videt patientius, quanto sapientius? illi ergo vir sanctus timeat displicere illum cogitet ora videre, ne velit foeminae male videri illius namqs et in hac causa commendatus est timor, vbi scriptum est abominatio est Dno defigens oculum

pudicitia

Pudicitia invicem Custodien

Quando ergo simul estis in Ecclesia, aut ubicunque ubi foemi- Cap 19
nae sunt, invicem vestram pudicitiam custodite. Deus enim
qui habitat in vobis etiam isto modo custodiet, ex vobis

Qui in Appetitu foeminae fuerit deprehensus

Etsi dant de qua loquor, petulantiam oculi, in aliquo ve- Cap 20
strum advertentis, statim ammonete, ne male coepta progre-
diatur. sed de proximo corrigantur, si autem et post Ammo-
nitionem iterum vel alio quocunque die idipsum facere vide-
ritis; etiam velut vulneratum, sanandum prodat quicunque
hoc poterit invenire: prius tamen fateri vel tertio demons-
trandum est. ut duorum vel trium convinci possit ore et
competenti severitate coerceri. Nec vos iudicetis esse male »
volos, quando hoc indicatis, magis quippe innocentes non »
estis, si fres vestros quos indicando corrigere potestis, ta- »
cendo perire permittitis. Si enim fr tuus vulnus habet in
corpore quod velit occultare, dum timet secari, nonne ate
crudeliter sileretur, et misericorditer indicares? quanto
ergo potius debes manifestare ne deterius putrescat in cor-
de? sed antequam alijs demonstretur, per quos convincen-
dus est, si negaverit, prius proposito debet ostendi. si Am-
monitus neglexerit corrigi, ne forte possit secretius correc-
tus non innotescere coeteris. si autem negaverit. tunc
nescienti neganti adhibendi sunt alij. ut iam coram octus
possit, non ab uno ab uno tantum teste argui sed a duobus
vel tribus convinci, convictus vero secundum praepositi, vel
etiam presbyteri, ad cuius dispensationem pertinet Arbitrium
debet emendatoriam subire vindictam quasi ferre recusa-
verit, etiamsi inde non abcesserit, de vestra societate proij- »
citur, non enim et hoc fit crudelit. sed misericorditer ne »
contagione pestifera plurimos perdat

Vitia non celanda

Et hoc quod dixi de oculo non figendo, etiam in coeteris Cap 21
invenientis

inueniendis, prohibendis, iudicandis, conuincendis iudicandisque peccatis diligenter et fideliter obseruetur, cum delectione hominum, et odio vitiorum

De lrīs et manusculis occulte non accipiendis

Cap 22 quicunque autem in tantum progressus fuerit. malum vt occulte lras ab aliquo, vel quodlibet munus accipiat; si hoc vltro confitetur, parcatur ei, et oretur pro eo, si autem deprehenditur atque conuincitur secundum arbitrium prebyteri vel propositi grauius emendetur

Vestes sub vno vel duobus custodibus habens

Cap 23 Vestes vestras in vnum habeatis, sub vno custode, vel duobus vel quot sufficere possint, ad eas excutiendas, ne a tinea lædantur. et sicut pascimini ex vno cellario sic induamini ex vno vestiario, et si fieri potest; ad vos non pertineat, quid vobis induendum. pro temporum congruentia proferatur vtrum hoc recipiat vnusquisque quod deposuerat; an aliud quod alter habuerat. dum tamen vnicuique, prout cuique opus est, non negetur. si autem hic inter vos contentiones et murmura oriuntur et conqueritur aliquis, se deterius accepisse quam prius habuerat, et indignum se esse, quod non ita vestiatur sicut alius fr eius dicit vos probate quantum vobis desit, in illo interiori sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis litigatis. tamen si sic vestra teleratur infirmitas, vt hoc recipiatis, quod deposueratis, in vnum tamen locum, sub communibus custodibus habete quod ponitis. vt videlicet dum in loco loco reponitur. hoc ipsum quod in proprios vsus suscipitur non proprium esse sed commune creditur

Opus non proprium, sed commune

Cap 24. Ita sane vt nullus sibi aliquid operetur sed omnia opera vestra in vnum fiant, maiori studio, et frequentiori alacritate quam si vobis singulis faceretis propria; caritas enim de qua scriptum est, non quærit quæ sua sunt, sic intelligitur quia communia proprijs, non propria communibus anteponit, et ideo quanto amplius rem communem, quem propria vestra curaueritis tanto amplius vos proficere noueritis; vt in omnibus

quibus

quibus utitur transitoria necessitas, super emineat quae permanet caritas

Ut ea quae a parentibus et proximis largiunt monasterio proficiat

Consequens ergo est ut etiam cum quis suis filijs, aut aliqua necessitate ad se pertinentibus in monasterio constitutis aliquam haereditatem, vel aliquam contulerit vestem sive aliud quodlibet necessarium deputandum, non occulte accipiatur sed sit in potestate praepositi, ut in rem communem redactum cui necesse fuerit praebeatur — Cap. 25

Qui oblatum celauerit furti reus erit

Quod si aliquis rem sibi collatam celauerit, furti iudicio condemnetur. — Cap. 26

Vestimenta fratrum praepositi iussione lauanda

Vestimenta sunt vestra secundum arbitrium praepositi lauentur sive a vobis, sive a fullonibus; ne immundae vestis nimius appetitus, interioris animae sordes contrahat

Infirmantibus lauacrum indulgen. et consilium medici requiren.

Lauacrum etiam corporis cum infirmitatis necessitas cogit, minime denegetur, fiat sine murmure de consilio medicinae ita ut etiam si nolit infirmus, iubente praeposito, faciat quod faciendum est pro salute si autem velit et forte non expedit, suae cupiditati non obediatur. aliquando etiam si noceat, prodesse creditur, quod delectat, denique si latens est dolor in corpore, famulo Dei dicenti quid sibi doleat, sine dubitatione credatur, sed tamen utrum sanando, illi dolori, quod delectat expediat; si non est certum, medicus consolatur — Cap. 27

Ut cum aegrotante ad lauacrum nec alibi quam duo dirigantur

Neque eant ad balnea sive ire quocunque necesse fuerit minus quam duo vel tres — Cap. 28

Et ille qui habet aliquo eundi necessitatem, cum quibus praepositus iusserit ire, debet — cap. 29

aegrotantium

Aegrotantium Cura ad praepositum pertinet

Cap 30 Aegrotantium Cura siue post aegritudinem reficiendorum siue aliqua imbecillitate, siue etiam febribus laborantium vni alicui debet iniungi; vt ipse de celleraria petat, quod cuique opus ee prospexerit. Vt cellerarius, vel qui vestibus, vel qui codicibus praesunt libenter serviant fratribus

Cap 31 Siue autem qui cellario siue qui vestibus siue qui codicibus praeponunt, sine murmure serviant fratribus suis.

Vt Codices certa hora petantur

Cap 32 Codices certa hora singulis quibuscunque diebus petantur extra horam qui petierit, non accipiat

Vt Vestimenta et Calceamenta fratribus ab his quibus Commissa sunt, cum necessaria fuerint benigne administrent

Cap 33. Vestimenta vero et Calceamenta, quando fuerint indigentibus necessaria dare non differant, sub quorum Custodia sunt quae poscuntur

Vt nullae sint inter fratres lites, si forte fuerint intra Diei spatium terminentur

Cap. 34 Lites nullas habeatis fres, aut si immittente Diabolo emerserint, quam Celerrime finiant, ne ira Crescat in odium, et trabem faciat de festuca et Anima homicida. Sic enim legitur: qui odit frem suum homicida est

Vt qui laeserit frem Convitio, Celeriter supplicet vt offensus ad ignoscend sit promptus

Cap. 35 Quicunque Convitio, vel maledicto vel etiam Crimine Abiecto frem laeserit Satisfactione quantocius emendet quod deliquit, et ille qui laesus est sine difficultatione disceptatione, fratri dimittat, si autem se laeserint invicem sibi invicem relaxare debebunt; propter orationes vestras quas vtique quanto Crebriores habetis tanto sanctiores habere debetis melior est enim qui quamuis ira saepe tentatur, tamen impetrare festinat, vt sibi dimittat

cui se

cui se fecisse agnoscit iniuriam: quam qui tardius irasci
tur et ad veniam petendam tardius inclinat qui autem
non vult dimittere fratri non speret accipere orationis ef:
fectum qui autem non vult petere veniam aut non ex animo
petit sine causa et in monasterio etiam si inde proiciat

A durioribus verbis parcendum

Proinde vobis a verbis durioribus parcite, quae si emissa Cap: 36
fuerint de ore vestro non pigeat vos ex ipso proferre medi
camenta unde facta sunt vulnera

Cum senior amore Disciplinae peccantem
duris increpauerit verbis

Quando autem necessitas Disciplinae in moribus coercendis cap: 37
dicere vos dura verba compellit, etiamsi in ipsis vos modum
excessisse sentitis non a vobis exigitur ut a vobis subditis
veniam postuletis, ne apud eos quos oportet ce subiectos
dum nimia seruat humilitas regendi frangatur auctori
tas, sed tamen petenda est venia ab omnium dno qui nouit
etiam eos. quos plus forte corripitis, quanta benevolentia
diligatis, non enim carnalis sed spiritualis debet inter
vos ee dilectio. Praepositum cunctis honorand

Praeposito tanquam patri obedial multo magis presbytero cap: 38
qui omnium vestrum curam gerat

Regula custodiatur praepositi cura ut contra
Disciplinam commissa minime inemenda pteant

Ut ergo cuncta ista serventur, et si aliquid minus serva: cap 39
tum fuerit, non negligenter praetereatur, sed ut emen:
dandum corrigendumque curetur ad praepositum prae
cipue pertinebit ut ad praesbyterum, cui apud vos ma:
ior auctoritas referat, quod modum vel vires eius ex:
cedit

qualem

Qualem se præpositus debet æstimare vel qualis a suis habendus sit discipulis

Cap: 40 Ipse vero qui vobis præest, non se existimet potestate, sed caritate seruiendi esse felicem, honore coram vobis sit prælatus, timore coram deo sit substratus pedibus vestris, circa omnes se ipsum bonorum præbeat exemplum corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes, disciplinam libens habeat, metuendus imponat. et quamvis vtrumque sit necessarium tamen plus a vobis amari appetat, quam timeri; semper cogitans deo se pro vobis redditurum rationem, vndo vos magis obediendo non solum vestri sed in ipsius misereamini. qui inter vos quanto in loco superiori tanto in periculo maiori versatur

Oratio Sancti Augustini

Cap 41 Donet Dominus vt observetis hæc omnia, tanquam spiritualis pulchritudinis amatores. et bono christi odore de bona conuersatione flagrantes non sicut serui sub lege, sed sicut liberi constituti sub gratia viuatis

Vt per omne sabbatum .s. ōi septimana fratribus hic libellus legatur

Cap 42 vt autem vos in libello hoc, tanquam in speculo possitis inspicere, ne per oblivionem aliquid negligatis, semel in septimana vobis legatur, et vbi vos inueneritis, ea quæ scripta sunt, facientes; agite deo gratias, bonorum omnium largitori vbi autem sibi quicunque vestrum viderit aliquid deesse, doleat de præterito, caueat de futuro. oret vt sibi debitum dimittatur, et in intentionem non inducatur Amen. Finis

sequitur

Segvitur Expositio Regule Sancti Augustini.

Capitulum 1

Precepta, q̃ subscripta sunt, Regula appellatur, quia videlicet in eis nobis recte viuendi norma exprimit. Regula autem dicitur eo quod, recte regat, vel recte doceat, q̃ quod nos dicimus regula canon greci appellant. Unde etiam grecis nom: ne canonici dicti regulares sunt appellati, q̃ qui in monasteriis sunt constituti. q̃ qui iuxta regularia sanctorum patrum canonice ego apte viuunt, q̃ verbis dr. Hec sunt q̃ ea vt ob: seruetis precipimus in monasterio constituti.

Ad hec vobis diuina precepta leguntur, q̃ ea lecta intelligantur, intellecta opere compleantur, nam si intelligantur q̃ non compleantur, metuenda est illa sententia: seruus q̃ scit voluntatem Dñi sui q̃ non facit, vapulabit plagis multis: q̃ ait paulus ait: non auditores enim legis sed factores iustificabuntur. Audiamus ergo precepta sacra q̃ studium Dñi, q̃ memores simus mandatorum q̃ eius ad faciendum ea. q̃ qui sunt dicit beatus Jacobus, q̃ qui in lege perfecta perspexerit q̃ permanserit, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit; q̃ Dñus in Euangelio beati q̃ qui audiunt verbum Dei q̃ custodiunt illud. q̃ hec q̃ precipiuntur nobis in mo: nasterio constituti, humiliter adeamus q̃ primum q̃ precipuum. propter quod in vnum estis congregati vt vnanimes habitetis in domo q̃ sit vobis vna anima q̃ vnum cor in dominum, prima nobis admonitio de vnitate q̃ concordia, q̃ habitetis concorditer q̃ sit inde, nam concordia ad faciendum peccata mala est, concordia vero ad faciendum bonum, q̃ ad fugiendum nequitiam, q̃ ad seruiendum deo bona odio hoc q̃ propter quod in vnum estis congregati. Habitetis in seruitio domini vnum spiritum q̃ vnum animum habeatis. Unde precipit vt vnanimes habitemus, q̃ sit nobis vna anima q̃ cor vnum in deo oportet etiam vt si in vnum sumus congregati temporaliter vnanimiter habitemus spiritualiter, non enim prodest si nos contineat vna domus, q̃ separat nos diuisa voluntas, plus enim attendit deus

Capitulum 2

vnitatem

vnitatem animi quam loci, ecce in domo vna sumus plures, homines, diuisi mores, diuisa corda, diuisæ animæ, hæc omnia debet coniungere vna intentio in vnum et vnus amor in Deum. quo debemus ergo in hoc esse vnius voluntatis, et deo seruiamus et vt diligamus eum ex toto corde, et ex tota anima, et proximum nostrum sicut nos, Necessaria est nobis virtus concordiæ, quæ sic haberi potest. si frater cum venerit ad monasterium incipit se spoliare propria volte, atque illum imitari qui ait non veni facere voluntatem meam, et iterum pater non sicut ego volo, sed sicut tu vis: Hoc est quod maxime ad concordiam, si quisque non suam: sed alterius voluntatem facere studeat in bono, et hoc est maximæ humilitatis indicium. inde generatur obedientia, crescit caritas et pax atque iustitia, et cæteræ virtutes. Quod si ego volo facere voluntatem meam, iste suam, ille suam, fiunt diuisiones, oriuntur lites, iræ quoque et rixæ. quæ sunt opera carnis. et sicut ait apostolus, qui talia agunt regnum Dei non consequentur sunt quidam in congregatione obstinates in suo sensu, sapientes in oculis suis. siquid in animo conceperunt. quasi ex ratione defendunt, nec alijs sed alios qui sibi applicari contendunt, et si viderint sibi non obtemperari statim commouentur atque alios perturbant. tales solent esse rebelles mandatorum seniorum. plurimumque regnat in eis passio impatientiæ. isti non sunt idonei ad concordiam. Nam iuxta Apli vocem. Euanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. dicen enim se esse sapientes stulti facti sunt. Magna quippe est obscuritas cordis superbia: et valde stulta est sapientia alijs se velle præferre quociria idem Aplus ait si quis videtur inter vos esse sapiens, stultus fiat, vt fiat sapiens, sapientia enim stultitia est. et secundum deum magna sapientia omnibus se iudicare inferiorem inde scriptum est: quanto maior es tanto humilia in omnibus: Hinc dnus discipulos suos inter quos contentio erat, quis eorum esset maior statim ad concordiam et humilitatem reuocat, dicens qui maior est vestrum

erit minister

erit minister vester. et ipse filius hominis, non venit mi-
nistrari sed ministrare. animam suam dare pro multis. ergo una
nimiter habitemus in domo Bonum est enim, et iucundum Deo
habitare fres in unum. Nec tam placent ei nostra ieiunia
nostrae orationes, nostra sacrificia, quam Concordia. ideo di-
cit in Euangelio. vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc
veniens offeres munus tuum, ex quibus verbis patet. quia qui
Concordiam non habet, omnipotenti Deo sacrificium digne of-
ferre non valet; pensare ergo debemus quanta sit apud Deum
Concordiae virtus, sine qua non placent ipsa sacrificia qui-
bus delentur peccata, et secundum quia cum ad Conversionem
venimus contra diabolum certamen assumimus. Nihil autem
est, quod ipse tantum timeat quantum Caritatis unionem
nam si distribuimus totum quod habemus diabolus non timet
quia ipse nihil possidet. si ieiunamus hoc ipse non metuit
quia cibum non sumit, si vigilamus corde, non terretur,
quia somno non utitur sed si charitate conciungimur inde
vehementer expauescit. quia hoc tenemus in terra quod ipse
in Coelo seruare contempsit. hinc est quod sancta Ecclesia ter-
ribilis esse, ut castrorum acies ordinata, describitur. quia
sicut hostes timent. quando aciem castrorum bene ordinatam
et conuinctam vident ad Bellum, ita nimirum diabolus ex-
pauescit, quando spirituales viros, virtutum armis accinc-
tos, in unitate Concordiae viuere conspicit victusque vehe-
menter dolet, cum eos per discordiam diuidere et penetrare
non valet. Hinc de Dno scriptum est, factus est in pace
locus eius, ibi confregit potentias, arcum scutum gladium.
et Bellum. ex quibus verbis patet, quia omnia diabolica Arma
frangit Concordia. et sit vobis una Anima et Cor unum in
deo. haec sunt primitiae spiritus. quas ex primordio nostrae
Conuersionis offerre omnipotenti deo debemus. sicut sapientia
praecipit, dicens. fili da mihi Cor tuum prius enim corde
et voluntate trahimur ad eum, ergo si Corpore separamur

a seculo

a seculo, Corde et animo jugamur Deo. ut possimus veracit dicere mihi autem deo adhaerere bonum est. Nam qui adhaeret deo unus spiritus est. Adhaereamus ergo ei ut simus fortes per ipsum, et ut simus unum in ipso. Dacamus ei adhaesit anima mea postte caritas nos separat a mundo, et ipsa nos adiungit deo sic erit et nobis anima una, et Cor unum in deo, si ex toto Corde, et ex tota anima diligamus Deum, deus enim est caritas, et qui manet in charitate in deo manet et deus in eo, et quia caritas non quaerit quae sua sunt, recte subiungitur

Capitulum Tertium

Et non dicatis aliquid proprium. Non enim aliquid debemus habere proprium, ut quidquam audeat dicere meum sed nrum, ut dicatur nra cappa, nra tunica, nra domus nra causa et in Coeteris similiter, omnia enim in Communi debemus habere, et omnia Communi nomine appellare. sed in hoc pensandum, quanta sit differentia inter carnales et spirituales fratres. Nam illi quod Commune est, dividunt, isti quod divisum erat, in Communi ponunt, ibi quisque quod suum est, quaerit: isti non quae sua sunt, sed quae Jesu christi. plus valet ergo ista propinquitas, quam illa. quia illa defi cit, ista crescit, illa habet divisionem, ista veritatem, illa transit cum saeculo; ista permanet cum futuro. ad hoc enim in isto domo simul vivamus, ut postmodum in Coelesti Regno simul maneamus. filij dei sumus, inquit aplus, sed nondum apparet quod erimus. Scimus quoniam cum apparuerit. similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. et iterum Non habemus hic manentem Civitatem: sed futuram inquiramus. ergo non debemus habere propria. Sed sint nobis omnia Communia. partes faciant sibi homines in saeculo, alius aurum et Argentum, alius Domus et familias, alius nomen grande, pecuniam et gloriam, alius hoc alius illud, diversi diverso modo, pars vero piorum deus est, et nos si talem hre volumus partem, talem haereditatem, ut est Dnus tales nos

nos oportet

oportet exhibere, ut digni simus eum possidere, et possideri ab ipso. ergo si volumus in hæreditatem possidere dominum nihil debemus habere extra Dominum. Nimis est avarus, cui non sufficit deus. quod si quippiam aliud quærimus, verbi gratia aurum argentum, possessiones, cum istis partibus, pars fieri deus dedignatur. Verba sunt S. Hyeronimi: si inquit, non accipio partem inter cæteras tribus, et quasi sacerdos et levita vivo de Decimis et Altari serviens, de oblatione Altaris sustineor, habens victum et vestitum his contentus, ero, et nudam crucem nudus sequar, Beati enim pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnorum Cœlorum, et quamdiu hic vivimus Corporali necessitate indigemus: unde recte subiunctum est

Caplum quartum

Et Distribuatur unicuique vestrum a præposito Destro, victus et Tegumentum. Sic enim voluit dnus ordinare Ecclias suas, ut alij vacarent spiritualibus, alij eis temporalia ministrarent et ideo alios voluit ee præpositos, alios subditos. præpositorum officium est, subditis Corporalia ministrare subditorum est ministerium spiritualibus, studijs insistere. lectioni. orationi. contemplationi. vacare in psalmis hymnis et canticis spiritualibus coelesti dno deservire. tanto ergo opus est, ut circa se solatius vivant, quanto eos aliena Cura non impliciat Constitutum est a Dno, ut qui altari serviunt, de Altari vivant, dignus est enim operarius mercede sua, et ideo si vivamus, iustum est ut laboremus in servitio christi, et tunc digne mercedem accipiemus si prius boni operarij fuerimus, Dicit enim paulus aplus, qui non vult operari non manducet. quod si non laboramus et manducamus tanto criminis efficimur rei quanto dei Beneficia sumimus indigni. oportet ergo ut serviamus ei a quo pascimur: si sine periculo animæ volumus sumere hoc, quod nobis Distribuitur. et tanto plus solliciti esse debemus in bono opere, quanto ea percipimus sine magno labore, nam quid mirum si his qui temporalibus cui opantur nimis studiose vivunt si frequenter in Cogitationibus et sermonibus atque actionibus suis offendunt.

offendunt, usus enim seculi hominem ad peccatum etiam quandoque inuitum trahit. his vero quibus et Cura mundi et occasio peccandi deest, quanto minus religiose viuunt tanto supremum Judicem offendunt. Nec sine graui periculo animae, etiam in minimis negligentes, delinquunt. pensemus ergo ad quid victus et Vestimentum distribuitur ut sit totum desiderium nrum: primum quaerite regnum et iustitiam eius propter quod haec omnia adiicientur vobis. qualiter autem nobis distribuendum sit, ostenditur, cum sub infertur

Capitulum V

Non aequaliter omnibus, quia non aequaliter valetis omnes sed potius unicuique secundum quod cuique opus fuerit. et hoc Auctoritatem aplicam Corroborat dicens: Sic enim legitis in actibus Aplorum: quia erant eis omnia Communia, et Distribuebant unicuique sicut cuique opus erat. hoc non est illigendum, ut cuique quod opus erat, sic abundanter distribueretur, ut nullam haberent indigentiam, cum enim scriptum sit quod inter eos nullus egens erat: scriptum etiam legimus de Jesis aplis. quod serviebant deo in fame et siti et frigore et nuditate. ex quibus verbis intelligendum est quod multi Corpore indigent non animo. qui semet ipsos abnegant propter ehrum animi virtute ipsam suam superant naturam; Dei enim dilectio quae fortis est ut mors, non solum illicita desideria. verum etiam ipsos Corporales et naales plerumque auffert affectus, in primitiva quippe Ecclesia tanta erat grae spiritualis Abundantia ut non solum modico Contenti essent, sed hoc ipsum quod habebant pro summis diuitijs Computarent ut aplus ait: nihil habentes, et omnia possidentes. hinc etiam quidam vir sanctus ait sufficiebat nobis paupertas nostra ut diuitiae Computarentur. Iterum Aplus magnus inquit quaestus est, pietas cum sufficientia habentes victum quo nutrimur et vestimenta quibus tegamur his Contenti sumus

in humor

in humor ergo non debemus attendere voluptatem Carnis: sed valetudinem naturae. plus enim appetit carnalis voluptas. quam necessitas. quam ob rem in eo quod dicitur, unicuique quod opus est tribuat, iste modus servandus est, quatenus sic nutriatur Corpus ut serviat, et iterum sic reprimatur ut non superbiat, sic servetur naturae necessitas, quatenus abscindatur perflicitas

Qui aliquid habebant in saeculo. quando ingressi sunt monasterium. libenter velint illud esse Commune. hoc fecerunt primitivae Ecclesiae fratres. dignum enim eis videbat. ut qui Coelum habebant gratiam, Communem haberent et substantiam et quibus unus erat Christus, unus esset et sumptus. bene autem additum est: libenter. quia hilarem datorem diligit Deus. libenter debemus terrena dare, ut possimus Coelestia comparare. Regnum enim Coelorum tantum valet quantum habes. Nihil vilius cum emitur. et nihil clarius cum possidetur. dico sunt quae relinquere oportet propter Deum. facultatem scilicet possidendi et voluntatem habendi hoc est quod Dominus ait in Evangelio: qui non renunciaverit omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus, et iterum qui vult venire post me, abneget semet ipsum. illud pertinet ad substantiam. hoc est voluntatem, non enim sufficit exteriorem relinquere substantiam, nisi omnino abscindamus Concupiscentiam unde subditur

Qui autem non habebant, non ea quaerant in monasterio quae nec foris habere potuerant. Etiam illi qui nihil habebant in saeculo, habent intus. quod relinquere possunt propter Deum. scilicet voluntatem habendi. unde scriptum est: non concupisces: plus enim Deus affectum. quam sensum attendit. hinc per sapientiam dicit fili da mihi Cor tuum. quod utique fieri non potest, nisi pravus appetitus resecetur primum enim jubemur habita deserere, deinde terrena non quaerere ut postmodum liberius valeamus ad Coelestia anhelare, et ne videretur pauperibus seculi qui ad Christum Convertuntur, necessaria non debere ministrari. quia nihil in monasterio

quaerere

quærere præcipiant. subiectum est

Sed tamen eorum infirmitati quod opus est tribuat. etiamsi paupertas eorum talis erat. quod quando foris erant ut nec ipsa necessaria poterant invenire

Sive enim divites sint sive pauperes, sive nobiles, sive ignobiles. quicunque accedunt ad servitutem Christi iustum est ut vivant de Annona christi. dignus est enim operarius mercede sua; tamen non putent se esse felices quia invenerunt victum et Tegumentum qualia foris invenire non poterant, multi enim ad Conversionem non tamen propter deum sed propter Corporis necessitatem veniunt qui non deum colunt sed ventrem suum de quibus apostolus ait quorum horum deus venter est. talibus dicit dnus in Evangelio. Amen Dico vobis; quæritis me non quia vidistis signa sed quia manducastis ex panibus meis. horum intentio tota est atque felicitas, ut bene pascantur, et bene vestiantur, et bene sit eis temporaliter, unde summopere cavendum nobis est, ne temporalibus inhæreamus bonis, ideo psalmista nos admonet dicens; divitiæ si affluant, nolite Cor apponere. serena nobis in usu esse debent, Coelestia in desiderio, est enim quædam admirabilis et magna multitudo dulcedinis Dei quam obscondit timentibus se de qua scriptum est, quia oculus non vidit, nec auris audivit, neque in Cor hominis ascendit quæ præparavit deus diligentibus se unde propheta satiabor, inquit, cum apparuerit gloria tua. illa ergo satietas, debet esse nra felicitas

Nec erigant Cervicem. quia sociantur eis ad quos foris accedere non audebunt, sed sursum Cor habeant. et terrena non quærant et vana, ne incipiant esse monasteria divitibus Utilia, non pauperibus, si Divites illic humiliantur, et pauperes illic inflantur

cervicem

Cerucem erigere, est signum superbiae si superbis angelis
vtile non fuit Coelum, constat quia superbis hominibus non
erit vtile monrium, et si sanctus locus, si sanctus habitus
si sancta opera videantur, totum ex vitio superbiae
inutile habetur, superbia etenim casum habet, ideo sanctus
Dauid orat ad Dnum, vt non veniat ei pes superbiae. quia ibi
ceciderunt, qui operantur inquitatem expulsi sunt nec potu-
erunt stare. quo contra humilibus vtilia sunt monria:
ipsi enim docibiles sunt Dei. sicut scriptum est, docebit mites
vias suas, et iterum qui emittet fontes in Convallibus. id est
gratiam suam praestat humilibus. ipsi quidem quae faciunt
non amittunt, quia Custodem virtutum humilitatem non
deserunt, et quia iuxta Euangelium recumbunt in nouissimo
loco: et secundum prophetam: eligunt abiecti ee in domo Dei:
ideo ab ipso Coelesti Dno merentur exaltari. sicut scriptum est
omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exalta-
bitur. et iterum: superbis resistit deus: humilibus autem dat gra-
tiam

Rursus etiam illi qui aliquid videbantur esse
in seculo. non habeant fastidio fres suos qui ad illam
sanctam Societatem venerunt, magis autem studeant
non de parentum diuitum dignitate. de pauperum fratrum
Societate gloriari cauere debent fres qui ad sanctam So-
cietatem et Communem vitam venerunt. vt non habeat alter
alterum fastidio quia eo ditior fuerit vel nobilior sive sapien-
tior. quoniam sicut dicit Aplus infirma mundi elegit Deus
et ignobilia, et Contemptibilia. vt non glorietur ois caro in
Conspectu eius. scilicet neqp potens in pōa sua, neqp diues in
diuitijs suis. Non enim personarum acceptio est apud deum
nam idem Dnus Diues in oibus qui inuocant eum

bene autem

bene autem non de dignitate Diuitum parentum sed de societate pauperum fratrum praecipimur Gloriari. quia ipse. qui diues est in gloria sua, pauper factus est pro nobis, non diuitibus sed pauperibus dignatus est sociari, vnde et nos pauperes simus propter ehrum quoniam pauperibus promissum est regnum Coelorum. Gloriari quidem de diuitijs pertinet ad mundi vanitatem de paupertate vero gloriari pertinet ad Beatitudinem

Nec extollantur si Communi vitae aliquid de suis facultatibus Contulerunt Nec de suis diuitijs magis superbiant. quia eas monasterio partiuntur quam si eis in seculo fruerentur

Ex praecedenti sententia, et eis quae subsequuntur nobis duo genera superbiae designantur. vnum Carnale, aliud spirituale. Nam pauperes fastidire, de nobilitate Gloriari, ad Carnalem superbiam pertinet, quae inter omnes seculares frequenter solent Euenire, de operibus autem misericordiae velle Extolli, superbia spiritualis est, quae solet etiam regulares Corrumpere: magis est spiritualis superbia quam carnalis: quia se Extollere de bono opere aut virtute, de alto cadere est, et quanto altior ascensus tanto est periculosior casus, Dominus dicit in Euangelio: cum facis Elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt Elemosyna tua in absconso sit, et ille qui videt in absconso, reddet tibi. per dexteram recta operatio sed sinistram fauor seculi vel Elatio designatur. Ex his ergo verbis admonemur, vt recta quae agimus, abscondere ab Electione Studeamus, Alioquin mercedem non habebimus apud patrem nostrum Deinde ostendit quantum sit vitium superbiae, cum adiungit

alia quippe

alia quippe quaecunque iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant. superbia vero etiam bonis operibus insidiatur ut pereant

Ex hoc apparet, quia Coeteris vitijs maior est superbia; per vitia enim et virtutes exterminant humanam mentem superbia deo et hominibus est odibilis. De qua scriptum est. initium omnis peccati est superbia. prima enim est in peccando. ultima remanet in Conflictu; Nam cum servus Dei coeteria vitia superauerit, et iam ad virtutum alta conscenderit, adhuc habet pugnam contra superbiam, quam nisi expugnauerit, frustra in Coeteris laborabit, Cum ergo foris bona agimus, intus cor ab Elatione custodire debemus quia nulla placent, cum superbia operatur, unde scriptura nos admonet dicens: omni Custodia serua cor tuum, quam vita et mors ex ipso procedunt

Et quid prodest Dispergendo dare pauperibus et pauperem fieri, cum aia misera superbior efficitur divitias contemnendo, quam fuerat possidendo. Non prodest nobis nostra relinquere, nisi relinquamus et nos, Non dicit Dnus, Beati pauperes rebus sed Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est Regnum Coelorum de Contemptu Rerum quisque debet esse humilior, non superbior et melius esset ut eas in saeculo retineret quam sic relinqueret, ut inde in monasterio superbiret, sicut ergo illa anima est Beata quae sua propter Deum diuidit pauperibus ut humilet, ita illa anima est misera, quae inde extollitur. infelix profecto est, quae periter virtutum tendit ad vitium, et unde praemium habere debuit inde tormentum incurrit omnis quippe superbia in imo est. quantum ad altum se erigit.

tantoque

tantoq; profundius labitur quanto excelsius Eleuat. Reseratis quibusdam; ad vnitatem redit quam primo Commendauit, dicens

Omnes ergo vnanimiter et Concorditer viuite et honorate in vobis inuicem Deum cuius templum facti estis. vnanimiter viuimus si vnum in deo animum habeamus, quemadmodum primitiua Ecclia, cui erat Cor vnum et anima vna quod ait vnanimiter pertinet ad voluntatem, quod subdit Concorditer ad bonos mores. hic est rectus ordo viuendi, primum vt si voltas vna deinde Concors vita. fraterq; vult Concorditer viuere prius debet prauos mores relinquere non sit perversus, inordinatus, indisciplinatus, ne anxietate sua Coeteros premat. deinde debet ita librare actus sermones suos, et totam vitam suam, vt Concordare possit secundum Deum illis, cum quibus viuit, quia sunt nonulli, qui postquam Saeculum reliquerint proprias voluntates sequi volunt, et rursus sunt plerique qui in suis actibus appetunt singulariter apparere, ideo dictum est, omnes vnanimiter, et Concorditer viuite, deum autem in nobis inuicem honoramus, si nos inuicem propter deum diligamus, si nos praecepta eius sollicite custodimus, et efficimur sanctum templum eius, per inhabitationem spiritus eius in nobis. Nostrum est deum honorare et bonam vitam gerere, Donum est nos inhabitari, et illustrari per graam

Item alia Expositio super hunc versum

NEC Extollantur si Communi vitae aliquid de suis facultatibus Contulerunt, nec de suis diuitijs magis superbiant. quam si eis fruerentur in saeculo, melius est res suas in saeculo tenere, quam ita eas in monasterio distribuere, vt velint se inde extollere, nam si extolluntur, deijciunt quisq; enim in eo quod bene agit

bene agit intumescit, eo ipso tramite, quo proficit, cadit bona quippe actio cum elatione non elevat sed gravat. Beata est illa ergo anima, quae potest dicere cum propheta: domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei neque ambulavi in magnis neque in mirabilibus super me. felix plane est, qui non habet occultam superbiam in corde nec apertam in corpore, non in vultu non in habitu, neque in sermone, neque in opere, nec in coeteris motibus suis. et si non ambulat in magnis, id est si se non reputat inter magnos, quod nobilis fuit aut potens, aut quod divitias suas communi vitae contulerit aut quod in aliquo officio sit utilis. et si non ambulat in mirabilibus super se ut de religione et sanctitate desuper sibi a deo collata, non velit apparere tanquam admirabilis. Raro invenitur qui aliquam ex his commotionem non habeat; ut autem ista omnia superbiae genera possit superare servus Dei: semper de se debet humiliter sentire, et non exaltare animam suam sed in humilitate reprimere: iuxta quod scriptum est. quanto maior es humilitate in omnibus, valde enim timenda sunt quae sequuntur verba

Alia quippe quaecunque iniquitas, in malis operibus exercet ut fiant. Superbia etiam bonis operibus insidiatur ut pereant

Ideo pharisaeus bona opera sua perdidit, quia ea se egisse iactanter pertulit. unde Augustinus: sunt quidam qui de conspectu vanae gloriae vanius gloriantur. similiter sunt plerique qui de despectu divitiarum vanius extolluntur. de quibus subiungitur

Et quid prodest dispergendo dare pauperibus et pauperem fieri, cum anima misera superbior efficitur divitias contemnendo quam fuerat possidendo. ac si breviter et aperte diceret. quid prodest paupertas cum superbia, melior est dives humilis quam pauper superbus. debet

ergo in

ergo in orbus esse servus Dei provisus et Circumspectus. primum ne male agat; deinde ne bona negligat, postmodum ne in bonis quae agit, intumescat; quia tunc veraciter sunt bona quae agimus, si ea semper in humilitate custodimus, et tunc veraciter sumus pauperes christi, si humiles sumus pro Amore christi, et Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum Coelorum. unde aperte subiungitur: Omnes ergo unanimiter et Concorditer vivite et honorate in vobis invicem Deum cuius templum facti estis. Paupertas quippe et humilitas generant charitatem. charitas vero unitatem nutrit et Concordiam. unitas autem et Concordia efficiunt templum Dei, et tunc deum veraciter honoramus. quando unanimiter et Concorditer vivimus, tunc ostendimus. quam sumus Discipuli christi. si tenemus unitatem charitatis christi. hinc est quod ipse dnus ait, in hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli. si dilectionem habueritis ad invicem

Orationibus instate horis et temporibus Constitutis

Ante tempus orare est providentia, in tempore Constituto orare est obedientia, tempus orandi praeterire negligentia est: tanto celebrior debet esse oratio, quanto utilior instanter et ardenter orare debemus magna enim sunt bona quae promittit nobis deus, nam quod oculus non vidit nec auris audivit, nec in Cor hois ascendit quae praeparavit diligentibus se, non vult bona sua quaerendi et inveniendi facilitate vilescere. pretiosa et desiderabilis merces audum negociatorem quaerit. ideo nos hortatur in Evangelio dicens, petite et accipietis, quaerite et invenietis, pulsate et Aperietur vobis. Non enim ociosis tepidis et negligentibus promittitur regnum Dei. sed sicut scriptura dicit, regnum Coelorum vim patitur. et violenti rapiunt illud; amat deus instantiam et importunitatem in prece. si magna sunt bona: non debent esse desideria parva. cum magnitudine praemiorum debet Concordare magnitudo desideriorum, quod si cuiusque lacrymas deus non exaudit, nec sic quidem quaerendo et pulsando desisten:

sando desistendum est sed tanta potius perseuerand instan-
tia, tamq; obstinato clamore frequentandus salvator, donec
impleat orantis desiderium. quod si quisquam vestrum conscien-
tiam suam vel cogitationum vel actuum vitijs forte sentit ee
inquinatam misericordiam redemptoris continuo debet flagita-
re lamentis, sanctorumq; intercessiones et auxilia postulare
quod si ad exemplum canaeae mulieris in orando perstamus,
fixiq; maneamus, aderit gra conditoris nre, qui cuncta in
nobis errata corrigit, immunda sanctificat, turbulenta serenat;
fidelis namq; et iustus est, ut remittat nobis peccata nostra
et emundet nos ab oi iniquitate si ad illum sedula mentis voce
clamemus, et ut secrete et quiete point fres orare ideo subiungit
In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum
est. unde nomen accepit, ut si forte aliqui praeter
horas constitutas, si eis vacat orare voluerint non
sint eis impedimento, qui ibi aliquid agendum pu-
tauerint. Ideo dnus noster vendentes et ementes exiecit de tem-
plo dicens: Domus mea domus orationis vocabitur. ut doceret in
dominica dno, nihil agendum esse quam orandum, ad hoc enim
ois Ecclesia constituit, ut in ea oretur. ipsa est domus dei et por-
ta coeli, ubi peccatores reconciliant deo, et iusti sanctificant
ubi explentur diuina mysteria, et tractantur coelestia sacramenta.
unde salomon ait dne si conuersus fuerit populus tuus, et o-
rauerit ad sanctuarium tuum tu exaudies eos, et dimittes pec-
cata eorum. et ideo summopere cauendum est ne aliquid in sanc-
tuario dni fiat, quod aut oculos diuinae maiestatis offendat,
aut ibi orare volentes, impediat. qualiter autem orare debe-
mus, ostenditur cum subditur: psalmis et hymnis
cum oratis. versetur in corde. quod profert
in voce. psallentium in Ecclesia mens concordare debet
cum voce, ut impleat illud apli. psallam spiritu passllam et
mente, ore pertinentia ita solum merent esse fructus et quod ore

precamur

~~etiam mente~~
Precamur etiam mente meditemur. saepe namque et alibi loc-
de intendimus, nec ipsum quod Divinus recolimus. sed illa deus
in oratione non exaudit, cui ipse qui orat, non intendit quod
instinctu Diaboli solet fieri. Sciens enim utilitatem orationum
invidens nobis gratiam impetrandi immittit orantibus cogita-
tionum tumultus, ut mentem ab oratione dividat, et fructu
orationis tollat. Contra huius malitiam, debemus mentis ha-
bere constantiam, ut quanto plus cogitationum turbe nos im-
pugnat, tanto robustius nostra mens in sui status rectitudine
fixa permaneat. multum autem iuvat ad orationis puritatem
si in communi loco, vel opere nos ab actibus illicitis tempe-
remus, si semper ab ociosis sermonibus auditum pariter casti-
gemus, et linguam, quia in lege ambulare et testimonia
eius assuescamus scrutari. quae cumque enim saepius agere
loqui vel audire solemus, eadem necesse ut saepius ad animum,
quasi solitam perpetuamque recurrant ad sedem

Et nolite cantare nisi quod legitis esse can-
tandum quod autem ~~non~~ ita scriptum ut cantetur non
~~cantetur~~

Non enim decet, ut cantus et usus Ecclesiasticus fieri debeat
secundum arbitrium diversorum, sed firmiter servandus secun-
dum scripta et statuta maiorum similiter et caeterae consue-
tudines Monasterij cum auctoritate, et discretione ordinatae
sint. siquid autem immutari oportet aut constitui nullatenus
debet hoc cito et leviter fieri. Nec tantum duorum vel trium sed
convocatis fratribus sicut sanior pars canonicae congregationis
decreverit, ordinandum est, et sciendum est, quod in omnibus auc-
toritas Ecclesiastica magis imitanda est quam ratio quoniam
auctoritas semper obedientiae est, et humilitatis: ratio nun-
numquam praesumptionis. hoc autem servandum est in or-
dine, ut semper maturitas, et gravitas teneatur. Nunquid
leviter usus sum ait, apud ut apud me sit, est et non hones-
tum quippe, et religiosum, non facile quidque aut leviter
variare

carnem

Carnem Destram Domare ieiunijs et Abstinentia escae et potus, quantum valetudo permittit. Caro quidem Concupiscit adversus spiritum, spiritus adversus Carnem sed ne Concupiscentia carnalis possit praevalere, spirituales viri per virtutem, spiritus eandem Concupiscentiam debet reprimere quando Caro domatur, spiritus roboratur, sed tamen adiungitur, quantum valetudo permittit. virtus Discretionis commendatur. praemittit enim ipsa bona, nisi cum discretione fiant Tantum. Ideo debet quisque carnem suam domare per abstinentiam, quantum permittit valetudo naturae, qui carnem suam supra modum affligit vitam suam odit. si plus quam oportet alimento reficit. hostem nutrit sic ergo nutrienda est ut serviat, sic domanda ut non superbiat. in omni abstinentia hoc semper attendendum est ut vitia extinguantur non Caro

Quando autem Aliquis non potest ieiunare non tamen extra horam prandij aliquid alimentorum sumat, nisi Cum aegrotat

primum vitium ex septem principalibus vitijs est Gula. Tentatio huius vitij aliquando fit de parvis rebus et vilibus. Nam primus homo tentatus est non de porco sed de pomo. Esau non de Gallina sed de lenticula ipse salvator noster. non de carne sed de pane. Sunt autem huius vitij tria genera. unum genus est quando cibo vel potu immoderate quis utitur. Alterum genus est. quando nimis delicatum cibum vel potum quis desiderat. Tertium genus est. quando extra horam cibum vel potum vult sumere. extra horam credimus esse usque ad tertiam. nam usque ad tertiam horam non decet fratrem Commedere aut bibere nisi cum aegrotat. aegrotanti omni hora licet. Infirmis = non est lex posita. Non ieiunantibus nec tamen infirmantibus, sectam horam reficiendi intelligimus ab hora tertia usque ad sextam. Ieiunantibus vero ab hora nona usque ad vesperam cum Apostolus praedicat. ut omnia honeste et secundum ordinem fiant non solum nos cibo et potu temperate uti oportet sed etiam Constitutas horas observare ne cui

de vita

de vita nostra praebeamus offendiculum, valde enim indecens est, si nos reprehensibiliter vivamus, qui formam recte vivendi alijs demonstrare debemus

Cum accedistis Ad mensam Donec inde surgatis; quod vobis secundum Consuetudinem legitur sine timultu Et Contentione audite; nec solae vobis fauces sumant cibum sed et aures esuriant verbum Dei

Illi Esuriunt verbum Dei, qui desiderant illud audire. multi sacram lectionem audiunt qui ab ipsa sacra Lectione vacui recedunt, Nullum ibi affectum habent, nullum saporem sentiunt, quicquid audiunt facile amittunt. Iudicium est illis audire quod audiunt quociria scriptum est: Beati qui Esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur, ideo saturabuntur quia prius esurierunt. Esuriendo enim efficitur homo dignus ut postmodum saturetur. primo quidem debemus Cor nrum praeparare ad Esuriendum et desiderandum Deum aderit divina gratia quae nos intus perfundet, et dulcedine et sapore spirituali reficiet ut delectet nos Cantare. quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel et faucum ori meo, et bonum mihi lex oris tui super millia auri et argenti. Non solum ergo habemus esse participes mansae Corporalis: sed Coelestis, nec tantum sumere cibum Corporis sed etiam animae, et quanto melior est Anima quam Corpus: tanto magis debent alimenta animae quam Corporis delectare. quoties divina scriptura legitur nobis aut exponitur Cogitare debemus, quia spiritualis est. quae a deo nobis mittitur ad reficienda Corda nostra, ne deficiant in via, adroborandos nos Contra tentationes Diaboli, et pericula huius saeculi: talem cibum oportet nos incessanter esurire atque in mente iugiter retinere, ut possimus dicere cum propheta, in Corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi; qui in Corde suo sacrum Eloquium abscondit, vitalis est ei cibus animae qui a morte id est peccato defendit, et insuper ad vitam aeternam perducit, iam quid de infirmis subiungit audiamus

qui infirmi

qui infirmi sunt ex pristina Consuetudine si
aliter tractantur in victu non debet alijs molestu
esse nec iniustum videri quos fecit alia Consuetudo
fortiores. Sic si dicat fortiores non debent Contristari, si
infirmos vident misericordius tractari, imo quia fortiores
sunt in se debent obstinentiae servare Rigorem, et aliorum im
becillitatem aequanimiter portare per compassionem
Nec illos feliciores se putent, quia sumunt quod
non sumunt ipsi sed potius gratulentur, quia valent
quod non valent illi. Melius est enim abstinere, quam sumere
nam illud virtus est, hoc infirmitas. Gratulari quisque debet sibi
quod dono Divinae gratiae sanus et validus, ut possit sibi suf-
ficere communis cum alijs cibus et potus, quod nihil delicatum
nihil superfluum quaerit. quanto enim minus quis appetit, quan-
to actius vivit, tanto beatior existit. arcta enim et Angusta
est via, quae ducit ad vitam. Gaudeat ergo qui potest parce
vivere propter Deum. parca enim vita occidit vitia. libidinem
extinguit animam Roborat, mentem sublevat ad Coelestia
Et si eis qui venerunt ex moribus delicatioribus
Ad Monasterium. aliquid vestimentorum operimen-
torum alimentorum datur quod alijs fortioribus, et ideo
felicioribus non datur, Cogitare debent quibus non
datur. quantum illi de sua vita seculari ad istam
vitam descenderint, quamvis usque ad aliorum qui
sunt Corpore firmiores frugalitate pervenire ne-
querunt quare debent hoc Cogitare. scilicet ut ex ratione
Cognoscant, quia iustum est ut hi qui plus descenderunt plus
accipiant: et cum hoc iustum esse Cognoverint, non velint
omnes accipere, quod paucos accipere viderint. tolerandi enim
sunt qui minus possunt, et hoc est quod subiungit
Nec debent velle omnes quod paucos vident amplius
non quia honorant sed quia tolerantur accipere
quare? Ne Contingat detestanda perversitas, ut in

monasterio

Monasterio, ubi quantum possunt, fiunt Diuites laboriosi. ~~fiant~~ pauperes Delicati. valde quippe Detestabile est, ut ubi fiat pauper delicatus, ibi appetit fieri Dives laboriosus. abstinens quod tamen saepius videmus fieri in pluribus. Multi enim quanto nobiliores et delicatiores fuerint in seculo, tanto postmodum abiectius et strictius viuunt in monasterio, et plerique quanto in seculo abiectiores et pauperiores fuerunt, tanto amplius deinde in Monasterio excellentias et Delicationes quaerunt, sed sicut diximus. valde Detestabile et perversum est ibi pauperem delitias quas ante non habuit quaerere, ubi pro Amore dei Dives abstinendo nititur laborare. ille seruit ventri, iste spiritui. ille per latam et spatiosam viam tendit ad poenam. iste per arctam et Angustam viam tendit ad Gloriam.

Sane quemadmodum aegrotantes necesse habent minus accipere ne grauentur. ita Exposita aegritudine sic tractandi sunt ut citius recreentur. etiam qui de humillima paupertate saeculi venerunt tanquam hoc illis Contulerit recentior aegritudo quod Divitibus Antiquior Consuetudo. sunt quaedam aegritudines, in quibus si cibus sumitur non adiuuat sed grauat, et tunc necesse habent aegrotantes minus accipere, ne grauentur. Exposita autem aegritudine, sic tractandi sunt ut citius recreentur. et in hac recreatione fratrum, non debet acceptio personarum esse, non debet contemni humillima paupertas, in his quae postulat humana necessitas. cum hoc eis tribuat, recens aegritudo, quod diuitibus anterior Consuetudo. qui enim misericors est in alium, Deus misericors est in ipsum. unde ipse ait, Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam Consequentur, B. quoes dicit, qui viderit fratrem suum necesse habere, et clauderit viscera sua super eum, quomodo Caritas patris est in eo? si ergo Caritatem patris volumus habere,

debemus

debemus in fratribus opera misericordiae exercere
quod cum agimus illi procul dubio deservimus, qui electis
suis dicturus est in Judicio: infirmus fui, et visitastis me.
Esurivi et dedistis mihi manducare, pro quibus meris impendis
cum dicitur: percipite Regnum quod vobis paratum est
ab origine mundi. cum ergo fratribus nostris deservimus ipsum
regnum Coelorum acquirimus, et si opera sunt transitoria, merces
manet aeterna, sed cum vires pristinas reparaverint, redeant ad
feliciorem Consuetudinem suam. Felix Consuetudo est car:
nem suam Castigare, atque in servitutem redigere. Felix Con-
suetudo est Carnalia desideria, quae militant Adversus a:
nimam, abscindere

Quae famulos Dei tanto amplius decet quan:
to minus indigent, ne cibi eos teneat voluptas
iam vegitatos, quos necessitas levarat infirmos
ad levandam infirmitatem nostram nimium est curam Carnis
agere, quae videlicet caro postquam vegitata fuerit. oportet
eandem Carnis Curam reserare, ne famulos Dei teneat volup:
tas cibi, ne serviant gulae, qui debent animae servire quanto
ergo minus indigent, tanto amplius decet ne cibi eos volup:
tas teneat. ne gulae vitium, animae virtutes tollat, nullus
palmam spiritualis Certaminis apprehendit, qui non semetipso
prius per afflictam veneris Concupiscentiam Carnis incen:
tiva devicerit; neque ad Conflictum spiritualis Certaminis
assurgitur. si non prius inter nosmet ipsos hostis positus, gulae
videlicet, appetitus, Edomatur. quia si non ita, quae nobis
vicinora sunt, prosternimus, nimirum inaniter ad ea quae
longe sunt, impugnanda transimus. Multi ordinem Certa
minis ignorantes, cum domare Gulam negligunt, etiamsi ad
spiritualia Bella Consurgunt, qui alioqui etiam, quae mag:
nae sunt fortitudinis faciunt, sed dominante Gulae vitio
per Carnis illecebram, omne quod fortiter quaerunt, perdunt
et Dum venter non Constringitur, per carnis Concupiscentiam
simul iunctae virtutes obruunt. Hoc significat quod ma:
ros Hierusalem

hyerusalem. princeps Coyvorum destruxit. quia virtu
tes Animae dum non restringitur venter, perduntur ex ae:
gypto populus eductus in Eremo occubuit. quia despecto
manna, cibos carnis petijt primogenitorum Gloriam Esau
amisit. quia magno desiderio vilem cibum id est lenticu
lam concupiuit, neque enim cibus sed appetitus in vitio est
vnde et lautiores cibos plerumque sine culpa sumimus, et abiec:
tiores non sine reatu conscientiae degustamus, et itaque sumenda
sunt. quae naturae necessitas quaerit, et non quae Edendi li
bido suggerit, illi se Existiment ditiores, qui in sufferenda
parcitate fuerint fortiores ex fortitudine parcitatis, De:
primuntur vitia Carnis, ex mortificatione vitiorum pro:
cedit pullulatio virtutum. ipsae sunt verae diuitiae qui
bus ditantur animae continentium, vnde et subditur me:
lius est aliquid. Egestatis propter deum sustinere, quam su
perabundare, nam Egestas quae propter deum est, generat
humilitatem, quae est initium bonorum, Abundantia parit
superbiam, quae est initium malorum. Serius ergo Dei
vt voluntatem atque appetitum carnis possit semper reprimere
semper debet ad minus tendere, vt ipsorum alimentorum et
Vestimentorum minus habere velit, quam necesse sit, Ad=
iutorem quippe habemus intentionis internae hunc ho
minem quem exterius gestamus et si ipsi insunt motus las:
ciuiae, effectus supprimunt orois bonae. vnde necesse est
vt interior homo noster quidam Arbiter, sedeat inter se
et eum quem exterius gestat: quatenus ei homo suus ex:
terior et semper ad debitum ministerium servire sufficiat
et nunquam superbe libera Cervice contradicat

Non sit notabilis habitus vester, nec Effecte:
tis vestibus placere sed moribus.

Scit iste sanctus, quod docuit, scriptum est quia vestimen
ta et Calceamenta, nec nitida nimium nec abiecta plu
rimum, sed moderato et Competenti habitu erant ipse

quoque

quoque de se Dixisse legitur fateor de preciosa veste, eru
besio non decet hanc professionem, non decet hanc admo:
nitionem non decet hæc membra, non decet hos canos, hinc
Dnus in Euangelio ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus
regum sunt; mollia dicuntur vestimenta, eo quod mollem
animam faciunt; mollibus vestimentis regia delectatur
Aula; Asperis et humilibus christi delectatur Ecclia. talia
debent esse vestimenta clericorum in quibus nihil possit no:
tari nouitatis et vanitatis, nihil superfluitatis, nihil quod
pertinet ad superbiam, nec ad vanam gloriam. Apero:
mus non tenera vestis, sed munditia mentis facit clericum
ornemus ergo nos spiritualibus vestimentis. scilicet Casti
tate, humilitate, mansuetudine obedientia et Caritate.
hæc sunt indumenta quibus anima potest Coelesti impera
tori placere. non enim Exteriorem sed interiorem pulchri
tudinem requirit inuisibilis sponsus. sicut scriptum est
omnis gloria eius filiæ regis ab intus: nostræ Diuitiæ, nra
pulchritudo boni mores sunt, et Beata illa omnia, cui dices
in Cantico Canticor: quam pulchra es Amica mea, et
macula non est in te, studeamus ergo inuisibili Dno placere
non vestibus sed moribus vt impleatur in nobis quod per
apostolum præcipitur: Nolite Conformari huic sæculo,
sed reformamini in nouitate sensus vestri; etsi enim
exterior homo noster Corrumpitur interior renouatur
de die in diem. deinde subiungit de incessu statu
Coeteris moribus

Quando proceditis, simul Ambulate; cum vene:
ritis quo itis simul state; in incessu, statu ha
bitu, in omnibus motibus vestris nihil fiat. quod
cuiusque offendat aspectum vel affectum sed quod
vestram deceat Sanctitatem

Sancta

Sancta perfectorum Ecclesia, non solum floret honore religionis, sed etiam honestatis decore pollet; sicut scriptum est flores mel fructus honoris et honestatis religiosum quippe et honestum est ut sicut simul fratres habitant, ita quoque simul ambulent et simul stent et Aplus praecipit, dicens ut omnia honeste et secundum ordinem fiant. potest quoque in hac Corporali coniunctione, aliquid spirituale intelligi. sanctorum quippe societas, terribilis ut castrorum acies ~~ordinata~~ Describitur, castrorum namque acies cum ad Bellum se Comparat, prius se Coniungere et ordinare festinat, ne ab hostibus interrumpi aut penetrari valeat, sic nimirum nostra spiritualis acies, quae bene coniuncta et ordinata, simul ambulare simul stare praecipit. Contra Diabolum quotidie initur ad Bellum, ut videlicet ex sua Coniunctione terreat antiquum hostem, qui in servis dei nihil tam timet, quam Concordiae unitatem. sed valde nobis notandum est quod dicitur in omnibus motibus vestris nihil fiat, quod cuiusque offendat aspectum, et quod vestram deceat sanctitatem. sic debent vivere Canonici, ut a nemine iuste valeant reprehendi, valde enim incongruum est, ut ipsi reprehensibiliter vivant. quorum ordo exigit ut Ceteris formam Sanctitatis ostendant, nam ad eos proprie haec vox pertinet, quae dicitur estote sancti sicut et ego sanctus sum, vere sancti esse debemus, qui nomen religionis et sanctitatis suscepimus qui divino cultui sumus mancipati. sacris quoque altaribus christi consecrati et Divinis mysteriis ordinati. ergo sic nos existimet homo ut ministros Chri, et Dispensatores mysteriorum Dei. Non praecipit aplus tantum ut ita simus, sed sic nos inquit, existimet homo, Non enim sufficit nobis vita sancta nisi sit et fama bona propter alios, unde ait Aplus

oportet

oportet nos ab his qui foris sunt bonum habere testimo:
nium. sic ergo Debemus viuere vt vita Concordet cum nõe,
et professio sentiatur in opere. vt si sanctus est ordo, sancta
sit Conuersatio, et si bene dicitur de nobis, testimonio
bonae actionis Comprobetur, tunc religiose vivimus, si il:
licitos motus sub Disciplina Coercemus, si membra et sensus
nros studeamus restringere vt non possint lasciuiae et leui
tati deseruire et aspectus noster sit simplex et humilis
ne forte aspiciat oculus, quod illicite concupiscat animus
vt auditus noster sit purus et discretus, ea quae superflua
sunt et vana respuens, ea quae dei sunt gratanter sus:
cipiens, vt sermo noster sit sale Conditus, ociosa et nociua
detestans, bona et humilia Commendans, vt sit in Corde
munditia, in vultu pudicitia, incessus cum grauitate. sta
tus cum reuerentia, motus cum maturitate, habitus cum
religione, quatenus vbique resplendeat sanctitas, vt in oibus
motibus nris nihil fiat quod cuiusque offendat aspectum
sed quod nram decet sanctitatem

Oculi Vestri si iaciuntur in aliquam foeminar:
um fugantur in neminem. neque quando proceditis
foeminas videre prohibemini. sed appetere, vel ab
his appeti velle Criminosum est vnde Dnus in Euan
gelio qui viderit mulierem ad Concupiscendam eam iam
maechatus in Corde suo. et quia per illicitum visum Con
cupiscentia oritur, per quam mentis integritas violat
necesse est vt servus Dei, semper visum reprimat ne per Con
cupiscentiam, et immunditiam Cordis deum offendat; sanctus
Dauid quia oculos in foeminam iecit et fixit, illico appeti
tu deuictus ad uetercium et homicidium perpetrauit. si ergo
tantus vir incuria oculorum cecidit nos qui longe ab eius
sanctitate distamus, tam mortale praecipitium summopere
timere

timere et Cauere debemus, teneamus ergo sententiam B: Jobi, qua dicitur pepigi foedus cum oculis meis, ut non Cogitarem quidem de virgine. quia enim sensit vir sanctus. quod per exteriorem visum, interior Corrumpitur animus, fecit pactum cum oculis suis ne incaute respiceret. quod illicite concupisceret, non enim perfecte vitium vincitur nisi sollicita causa et opportunitas vitij caueatur. hinc est quod loth fugienti a sodomis praecipitur ut non retro spiciat, neque maneat in omni loco circa Regionem Jordanis, sed in monte saluum se faciat, quisquis enim perfecte appetit incentiua vitiorum fugere, ab aspectu et vicinitate eorum se debet alienum facere, atque alta virtutum Conscendere, ut tanto a vitijs liber maneat, quanto ab eis Corpore et virtute elongatur, et quod visus sit causa Concupiscentiae, ostenditur, cum subinfertur

Nec solo tactu et Affectu, sed affectu et Aspectu quoque appetitur et Appetit Concupiscentia foeminarum.

Ac si aperte Dicat Non solum tacita voluntate intus Concupiscentia oritur. sed etiam per Exteriorem aspectum generat Nisi enim Dauid foeminam fixe aspexisset in tantam tentationem Carnis minime Cecidisset. hinc per prophetam dicit. Ascendit mors per fenestras nras, ingressa est Domus nras, mors animae et Concupiscentia, domus interior mens nostra est, fenestra huius domus sunt quinque Corporis sensus Mors per fenestras ascendit atque domos ingreditur, quando Concupiscentiae vitium sensus Corporis perrupit ad interiora mentis, quapropter ne vitalis sensus per interiorem appetitum intus introeat opus est ut fenestras nostrae domus diligentia Custodiat, ut ipsum appetitum tanto facilius possimus Compescere quanto vitijs permittit ingressum patere valde enim timendum est quod subditur

Nec ducatis

Nec dicatis Dos animos habere pudicos quia impudicus oculus, impudici Cordis est nuntius. Saepe quae intus latent exteriora membra denuntiant, et frequenter per habitum Corporis, cognoscitur habitus mentis, Minor autem est culpa dum latet in occulto: sed iam maior efficitur, cum incipit apparere in publico. et sciendum est, quod impudicitia alia est spiritualis, alia est Carnalis spiritualis est quae per delectationem Cogitationum intus tantum agitur carnalis est Corporaliter Completur fit autem multis. Nam modo per visum, modo per Auditum, modo per tactum, modo per cogitationem, modo per locutionem modo per oraoem talibus fomentis nutritur, et exercetur libido, et separat a Deo fugit de moribus Castitas, exercetur in sensibus. Unde subditur

Et cum invicem sibimet etiam tacente lingua Conspectu mutuo Corda nuntiant impudica scm Concupiscentiam Carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab immunda violatione Corporibus, fugit Castitas ipsa de moribus. castitas quippe de moribus fugit dum libidinosa voluptas in aspectibus magis magisque inardescit, et si Corpus ab immunda violatione non tangitur, ipsa tamen immunda violatio visu affectu, cogitatione delectatione perpetratur. istis fomentis quasi quibusdam gradibus, crescit peccatum. Cogitatio prava delectationem parit, delectatio sensum, Consensus operationem, operatio Consuetudinem, consuetudo necessitatem. Aplus autem legem peccati dicit esse in membris. quae lex Consuetudo est, quam peccando Concipimus, et non ab ea cum volumus discedimus, quia iam necessitatis vinculo per Consuetudinem retinemur bonum est Culpam Corrigere, cum incipit apparere

parere, qui si morari coeperit immanitatem scelerum facit, et quod dicit aplus de hmoi prolongaverunt ingratitudinem suam, Dnus noster concidet cervices peccatorum: Nec putare debet qui foeminam fixit oculum et illius in se ipse diligit fixum ab alijs se non videri, cum hoc facit, videtur omnino et a quibus se videri non arbitrat. hoc videmus frequenter contingere, de his qui volunt culpas suas abscondere. quod dum vitia sua quasi caute et latenter agere aestimant, ipsi se ipsos dum nesciunt, demonstrant et culpa quae occulta esse creditur ab alijs manifeste cognoscitur

Sed ecce si lateat, et a nemine hominum videatur quid facient de illo desuper inspectore quem latere nihil potest aut ideo putandus est non videre quia tanto videt patientius quanto sapientius: in cunctis ergo quae vel agendo vel loquendo vel cogitando delinquimus aspectum semper Judicis vehementer formidare debemus quia si aliquando non apparent hominibus vitia nra, illius oculis nuda sunt et aperte, et nos deberet a culpa reprimere, quia in eius iudicio nihil impunitum poterit remanere. Contra vitiorum incentiva debemus imponere inferna tormenta, et contra transitoria delectationem perpetuum dolorem. valde stultus est qui pro eo quod parvo tempore luxuriae deservit suumque miserum Desiderium pravis desiderijs pascit, Coelestem perdit amoenitate, et aeternam incurrit damnationem

illi Ergo vir sanctus timeat Displicere ne velit foeminae male placere illius namque est et in hac causa commendatus timor ubi scriptum est Abominatio est domino defigens oculum ex cuius verbis patet quia si oculum in foeminam figimus Deo nro

cui pla-

cui placere debuimus abominabiles sumus, et quod debemus percipere Gulam percipiemus et poenam: quapropter necesse est. vt si a nostris non nos divinus separat amor, vel reprimit timor, et si non delectant superna gaudia vel terreant aeterna supplicia, sic incipit homo recedere, a peccato si timeat Displicere auctori suo, sed dicet aliquis, quomodo timebo Deum? si vis deum timere, cogita illum omnia videre, titillat te mala Concupiscentia, cogita quia deus te videt, quid quid in te mali fuerit, pensa quod totum deus conspicit: quid egeris aut Dixeris aut mente tractaueris sempe attende super te oculos Dei. semper time Displicere illi, haec est via iustitiae, haec sunt primordia sapientiae, scriptum est initium sapientiae timor Dni

Quando ergo simul estis, in Ecclesia, et vbicunque sunt inuicem vestram pudicitiam seruate

Magna est pudicitiae virtus, et multum Commemorata in scripturis diuinis, haec virtus Coelestis et spiritualis est, nam hominem a terra subleuat, angelis sociat, Deo coniungit, et de terreno Coelestem, et de carnali humilem facit, haec virtus hominis naam transcendit, nam quod homo pudicus, et castus est non tam virtus humana facit quam diuina, et per hanc nos amat inuisibilis sponsus, non Deo placet anima, si non est casta. nam si immunditiae et luxuriae deseruit abominabilis est ei et reproba. pudicitiae virtus, et Deo acceptabilis est et hoibus. Hanc nobis inuidet, hanc nobis non Cessat impugnare hostis antiquus, ipse est persuasor immunditiae et luxuriae, plures decipit, plures Corrumpit, non parcit clericis, non parcit monachis, et quod satis Gemendum est ipsos religiosos prosternit. Necesse est ergo summa vigilantia inuicem nram pudicitiam Custodire. Nam si eam perdidimus totum amittimus etiam nosmet ipsos. qui perdit pudicitiam perdit animam suam, perdit Deum, perdit se ipsum. quid ergo plus perdere potest? sed ad hoc in vnum habitamus, vt nos inuicem

Custodiamus

inuicem Corrigamus, inuicem Erudiamus, et quod quisque non potest per se ipsum posset per alium, et quia nostra custodia non est a nobis sed a deo bene subditur

Deus enim qui habitat in nobis, et iam isto modo Custodiat Deus ex verbis: Non enim sufficiens est nostra Custodia nisi adsit divina. Nisi dominus Custodierit ciuitatem frustra vigilat, qui custodit eam, Nemo est qui possit Custodire pudicitiam aut in se aut in alio nisi per Deum, sed si habitauerit in nobis poterimus per ipsum quod non valemus per nos sic ergo studeamus Deuere, ut nos in ipso, et ipse in nobis dignetur habitare, ut casti et iusti esse possimus. per ipsum, qui vivit et regnat deus per infinita saecula saeculorum. Amen

Et si hanc de qua loquor, petulantiam oculi in aliquo vestrum adverteritis, statim ammonete ne male Coepta progrediantur: sed de proximo Corrigantur. Si autem et post ammonitionem iterum vel alio quocunque die idipsum facere videritis, et iam velut vulneratum, sanandum, prodat quicunque hoc poterit inuenire prius tamen et alteri vel tertio Demonstrandum, ut duorum vel trium possit ore Conuinci et Competenti severitate Coerceri

haec sentia verbis aplicis et Euangeliis Concordat. ait enim B. paulus si fuerit homo praeoccupatus aliquo delicto. vos qui spirituales estis, instruite humor in spiritu lenitatis. et Dnus in Euangelio: si peccauerit in te frater tuus, valde et Corripe eum inter te et te ipsum solum. si te audierit lucratus es fratrem tuum: si autem non audierit, adhibe tibi duos vel tres, ut in ore duorum vel trium stet omne verbum, summa quidem diligentia est inuestiganda et Corrigenda Culpa, nam si non Emendamus in hoc saeculo, damnamur in futuro. unde

apostolus

ait horrendum est incidere in manus dei viventis, melius ergo nunc vitam emendare quam tunc perire. qui amat corripit et sapiens est. unde scriptum est. corripe sapientiam et amabit te. stultus autem signdo corripitur irascitur. sed quid dicit aplus ad discipulum: insta inquit oportune, importune. oportune dicebat propter eos qui libenter audiunt verbum prædicationis. importune propter eos qui invite audiebant. similiter qui culpas redarguunt, eos oportet esse interdum importunos sed ista importunitas non est in ira, sed ex charitate, et sæpe is qui conturbatur quando corripitur, cum cogitare coeperit. cum quanto amore cum frater suus reprehenderit gaudet de reprehensione, sed et quod deligit studet emendare

Nec vos iudicetis esse malevolos. quando hæc indicatis magis. quippe innocentes non estis si fratres vros quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. si enim fr tuus vulnus habet in corpore quod velit occultare, cum timeret secari nonne crudeliter a te sileretur, et misericorditer indicaret quanto ergo potius eum debes manifestare ne perniciosus putrescat in corde. si crudelis est qui vulnus in corpore fris coelat, multo magis crudelis est qui peccati vulnus in animo fris non indicat. et reus mortis ejus istit illius, quem tacendo perire permittit. sicut enim ille ex opere ita iste damnatur ex taciturnitate. quod si crudelis est qui culpam non delegit, contra ille misericors qui illam non abscondit, nec maiorem potest ergo miserum meam

agere

agere, quam pereunti parare vitam, magna quoque illi merces ab omnipotenti Deo debetur a quo dictum est: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, et Jacobus ait: qui convertit fecerit peccatorem ab Errore viae suae saluabit animam eius a morte et operit multitudinem peccatorum. quo ordine culpa demonstrari debet, ostendit cum subiungit

Sed antequam debeat aliquis demonstrari per ~~quos~~ Conviniendus ~~est~~ si negauerit; prius praeposito debet ostendi, si amonitus neglexerit Corrigi ne forte possit secretius Correptus non innotescere Coeteris culpa tamen occulte conuincitur ab illis tribus qui eiusdem culpae consci sunt, is qui deliquit secreto debet Corrigi, quos si neglexerit. patri Monasterij debet indicari. ut et ipse fratrem secrete Corrigat, quatenus culpa quae adhuc latens est si forte secretius Corrigi potuerit, non omnibus innotescat, si autem negauerit, tunc testes adhibeantur et Conuictus Districtius iudicetur. et hoc est quod subditur

Si autem negauerit tunc Adhibendi sunt alij nescienti ut iam Coram omnibus possit non ab uno Teste argui sed a duobus vel tribus Conuinci, Conuictus, secundum Arbitrium praepositi, vel etiam praesbyteri, ad cuius Dispensationem pertinet, Arbitrium, debet emendatoriam sustinere vindictam: qui blande castigatur et non Corrigitur, acrius necesse est ut arguatur. cum dolore abscindenda sunt, quae leuiter sanari non possunt, qui amonitus secreto de peccato Corrigi negligit; publice arguendus est, ut vulnus quod occulte sanari nescit, manifeste valeat emendari, manifesta autem peccata non sunt occulta curatione purganda, palam autem arguendi

sunt qui

sunt qui palam peccant. Nedum aperta obiurgatione sanantur. Hi qui imitando deliquerunt, corrigantur. is ergo qui secreto ammonitus corrigi noluit. publice convictus debet emendationem subire vindictam, quam si ferre recusaverit, etiamsi ille non recesserit de vra societate proiciat. non enim et hoc fit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat, Melius est enim, ut per multorum salvationem unus condemnetur, quam per unius malum exemplum multi periclitentur. hinc dnus ait in Euangelio. si oculus tuus scandalizat te: erue eum, et proiice abs te, expedit enim tibi ut pereat tuum membrum quam totum corpus tuum mittatur in gehennam, et si manus tua dextra tua scandalizat te abscinde eam et proiice abs te, per dextrum oculum, aut dextram manum possumus intelligere aliquem nrum necessarium amicum. qui nobis praevidet in causis oculus nr est qui ministrat in necessarijs, manus nra est. quod si providet in spiritualibus, nr dexter oculus est aut dextra manus, talis etiamsi necessarius, si coeteros in dei servitio scandalizat et incorrigibilis extiterit, de societate id est ex corpore est abscindendus, Melius est enim solatium unius perdere, quam totum corpus.

Et hoc quod dixi de oculo non figendo in coeteris inueniendis prohibendis indicandis, conuincendis, vindicandisqs peccatis diligenter et fideliter obseruetur, cum dilectione hominum et odio vitiorum. Hinc idem Beatus Doctor alibi dicit; sic diligendi sunt homines, ut eorum non diligantur errores, aliud est enim amare quod facti sunt, aliud vero odisse. quod faciunt, sicut nonnulli qui aliorum redarguunt culpas, non tam ex charitate quam odij amaritudine: non tam ut eos corrigi

velint

velint quam odium quod in corde gestant, exercere possint, et hoc non est secundum Deum. sed magis ad vindictam pertinet, quam ad disciplinam, caueant ergo fres ut neminem reprehendant, cum ira et indignatione, sed potius dulcedine et caritate; quod si quando culpa exigente sonat asperitas, semper tamen in mente maneat lenitas, iuxta quod aplus praecipit dicens, vos qui spirituales, instruite hmor in spiritu lenitatis bene autem subiungit: Considerante ipsum, ne tu tenteris, Attendere enim debet qui alium reprehendit quia et peccator fragilis existit, ne grauiter tentetur. si quem redarguere conatur indignando potius quam compatiendo corripiat. fiat ergo cum delectione hominum et odio vitiorum, ut seruetur amor erga dilectionem hominum, et odium adversus vitium. quia districtio debetur vitijs: compassio naturae

Quicunque autem in tantum progressus fuerit malum ut occulte lras ab aliquo vel quodlibet munus accipiat, hoc si vltro Confitetur parcat illi et oretur pro illo Ideo progressum esse in malum magnum frem dicit, qui occulte aliquid accipit; quia aliquid occulte, est ordinem atque propositum infringe magnum malum incurrit. qui sui ordinis praevaricator existit, nisi propheta sanctus sciret magnum esse quod Gesi discipulus suus a Naaman syro manus accepisset, ne quaquam cum tam terribiliter passione lepra percuteret. Exemplo itaque suo nos docuit, graui Correctione esse dignum, qui committeret simile peccatum tamen si haec vltro Confitetur parcendum est ei, et oran pro eo, Num Culpa levior efficitur quae confessione voluntaria Apitur, vnde Dauid dicit: Dixi Confitebor aduersum me, et tu remisisti iniquitatem peccati mei

Si autem Deprehenditur atque Conuincitur secundum Arbitrium praepositi vel praesbyteri gra

vius emendetur

grauius emendetur quia si grauior est culpa grauior competit disciplina. Grauiter quippe et mortaliter offendit qui malum quod agit etiam abscondit. de occultis literis et manusculis, B. Hyeronymus ita scribit: Dulces in quit literas et sudaria et crebra munuscula sanctus amor non habet, quisquis talibus delectatur magna vanitate seducitur, et qui plus delectatur in infimis, eo amplius deijcitur a supernis, ex humor autem plurima mala solent generari; sed qui perfecte vitia cauere desiderat, non solum studet, vt ea quae per se sunt mala, caueat sed etiam refugit, vnde vel mala actio, vel opinio procedere possit. Nos vero quos oportet bene viuere et bonum exemplum alijs demonstrare, non conuenit talia agere, vnde quis possit malam suspicionem habere

Vestes vestras in vnum habeatis. sub vno custode vel duobus, vel quot sufficere possint ad eas excutiendas ne a tinea laedantur et sicut pascimini ex vno cellario sic induamini ex vno vestiario. quod praecipit in vno loco reponi sub vno custode vel pluribus. duae videntur esse cum prima videtur ne per incuriam neglecta, a tineis corrumpantur, si non excuterentur, secunda: ne hanc ipsam vestem quam habet in propriam habere crederet, si proprio loco sibi eam reponere liceret. Huic autem sententiae videntur verba concordare quae sequuntur, ait enim

Et si fieri pot, ad vos non pertineat quid vobis induendum pro tpm congruentia pferatur. vtrum hoc recipiat vnusquisque quod deposuerat, an aliud quod ~~Alter~~ habuerat, dum tamen vnicuique prout cuique opus est, non negetur. Ideo ait si fieri potest. vt si cui videatur difficile liceat ipsum quod deposuerat vestimentum recipere. Ad maiorem

tamen

tamen perfectionem pertineret si ad tantum suum Con-
temptum pervenisset, vt eo solummodo quod opus e corpori
Contentus esset. iuxta hoc quod aptus ait: habentes dictum
et vestitum his contenti esse debemus, non determinat
quantum vel quale sed tantum ea nominat quae suffi-
ciant naturae. nam in perfectis plus semper voltas ap-
petit, quam necessitas, sic autem ait D. Hyeronimus, Hu-
mana natura modico contenta est, sed consuetudo multa
addit, voluntas et voluptas multa copulauit. si quis deum
perfecte diligeret, carnalibus desiderijs omnino renunciaret.
multa reseraret superflua q tenet quasi necessaria; Dis-
camus ergo deum toto corde diligere. quatenus per ipsius
amorem studeamus contenti esse necessarijs et superflua
resecare, vt dum quod opus est vnicuique non negetur,
vltra quam opus est, a nemine requiratur, caritas non
quaerit quae sua sunt, caritas communia proprijs antepo-
nit caritas facit abiectum esse in domo dei. Hinc si quis-
que possederit etiam ex eo quod opus erit sibimet ipsi resecabit
Si autem hinc inter vos contentiones et murmura-
tiones oriuntur, et conqueritur aliquis se deterius ac-
cepisse quam prius habuerat et indignum se esse
quod non ita vestiatur sicut alius frecus vestie-
batur. hinc vos probate quantum vobis desit in
illo interiore sancto habitu cordis qui pro habi-
tu corporis litigatis. Habitus cordis vri sanctifi-
catur per gratiam dei, per inhabitationem spis sancti quo
inest, caritas pax lenitas, humilitas patientia con-
cordia, mansuetudo, et alia hmoi. haec sunt nrae inte-
riores diuitias, scilicet boni mores et virtutes. sed si in-
cipimus litigare, statim ab his spiritualibus bonis da-
cui remanemus, virtutes enim cum vitijs remanere non
possunt nam fermentum modicum totam massam cor-
rumpit. Hinc se debet probare quisque et sollicite pen-
sare, quantum illi intus desit et quantum magnum
damnum

damnum incurrit qui pro rebus transitorijs, hoc unde debet esse beatus perdit. valde ergo nobis cauendae sunt lites et contentiones. quia haec sunt opera carnis. et sicut Aplus ait: qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. Ideo nos monet in alio loco dicens: Nihil per contentionem aut inanem gloriam, superbiores sibi inuicem arbitrantes, non ea quae sua sunt singuli cogitantes. sed ea quae sunt alterius. plurimum enim valent duo haec ad remouendas lites et gnandam concordiam, cum quisque se inferiorem omnibus iudicat ea quae sunt alterius, magis quam sua penset, in his enim duobus humilitas et caritas commendatur. quae non solum non discordare solent sed etiam discordantes ad concordiam reducere. et quia haec dicta sunt ad perfectiores: propter minus perfectos temperat sniam cum subiungit

Tamen si vestra toleratur infirmitas, ut hoc recipiatis quod deposueratis, in unum tamen locum sub communibus custodibus habete quod ponitis, ut videlicet dum in communi loco reponitur, hoc ipsum quod in proprios Dsus suscipit non proprium esse, sed commune credatur ita sane ut nullus sibi operetur, sed oia opera in communi fiant, maiori studio et frequentiori alacritate, quam si vobis singulis propria feceritis et inde Aplicam sniam apponit, dicens: Caritas enim de qua scriptum est, non quaerit quae sua sunt, sic intelligitur, quia communia proprijs non propria communibus anteponit. Haec est caa quare nullus sibi operetur, sed oia in communi fiant, maiori studio, et frequentiori alacritate. quam si essent propria, Haec inquam causa, quia caritas non quaerit, quae sua sunt: communia proprijs anteponit. si caritas christi non quaerit quae sua sunt, nullus nrum debet operari sibi: et si caritas christi communia proprijs anteponit

eo maiori

eo maiori studio debemus agere communia quam si es-
sent propria. Maior est enim fructus caritatis quam
proprietatis. Num quod oculus non vidit nec auris au-
diuit nec in cor hominis ascendit, praeparauit deus dili-
gentibus se. et ideo quanto amplius rem communem quam
prope vram curaueritis, tanto amplius vos proficere
noueritis. vt in omnibus transitorijs quibus vtitur neces-
sitas, supereminetque permanet caritas transitoria quip-
pe necessitas vtitur temporalibus rebus, temporalibus studijs
in quibus debet semper eminere caritas, quia nemo potest pla-
cere Deo sine charitate; in cunctis ergo quae agimus necesse
est vt semper supereminеat caritas quia ipsa est mater vir-
tutum, ipsa est radix omnium bonorum: Haec est via sublimior
quae tendit ad Coelum. de qua paulus ait, adhuc excellentiorem
viam vobis Demonstro. Multum proficit in hac charitate qui
pro amore Dei, cuncta quae huius mundi sunt despicit, nihil
retinere appetit quicquid habet in commune diuidit vere per
Excellentiorem viam graditur, qui calcatis terrenis, mente et
desiderio ad Coelestia subleuatur. caritas in amore dei con-
stat et proximi, amor Dei tribus rebus exprimitur, vt nihil
remaneat in homine, quod non diuinae delectationi subda-
tur. Nam deum praecipimur ex toto corde diligere. videlicet
vt omnes cogitationes nras referamus ad ipsum. ex tota
anima: omnes affectus animae dirigamus in ipsum ex tota
mente, vt oem orationem quam intelligimus et discernimus. Ha-
beamus in Chro. In dilectione proximi duo seruanda sunt
vt quod tibi non vis fieri alij ne feceris, et quae vultis vt
faciant vobis homines, et facite vos illis. ex hac gemina vir-
tute dilectionis in proximum oes generantur virtutes quibus
aut vtiliter quae sint appetenda cupimus, aut quae vitanda
sunt, vitamus. Ex his duobus Articulis Congrue diligitur prox-
imus, et Beneficijs fouetur, et nulla malitia laeditur in omnibus
ergo quibus vtitur, transitoria necessitas, semper debet emi-
nere caritas

nere charitas quicquid agimus, aut loquimur, aut cogi
tamus, aut caritatem Dei debet respicere, aut proximi, ut
in omni nra Conuersatione nræ mentis, summa, versetur sem
per in charitate, in his autem duobus præceptis pendet
Vniuersa lex et prophetæ

Consequens ergo est, ut etiam qui filijs suis
vel aliqua necessitate ad se pertinentibus
in monrio Constitutis aliqua contulerint
vestimenta siue quodlibet aliud inter necessaria
depictandum, non occulte accipiatur sed sit in
potestate præpositi, ut in re communi redactum
cui necessarium fuerit præbeatur, in communi enim
vita nihil licet occulte recipi, nihil proprium retinere sed
quid quid alicui datur, reddendum est proposito, ut cui necesse
fuerit præbeatur, sic extinguitur auaritia, superfluitas re
secatur, sic nutritur caritas, et paupertas sancta custoditur
quia dum non licet terrena retinere, cogitur animus coelestia
cogitare, sed sunt qui grauiter conturbantur, cum ea quæ
sub alijs suscipiuntur, retinere non permittuntur, amant
munuscula, delectantur in proprijs, et sæpe ex paruis, et vi
lissimis rebus, tanto inardescunt desiderio, ut eorum occa
sione concordiam frum soleant conturbare. quod persua
sione Diaboli fieri dubium non est callidus enim hostis
omnium mores et qualitates animiqs affectus discernit, et
in eo vnumquemqs tentat, in quo se magis præ valere præ
noscit, Nec curat vtrum ex magno vel paruo decipiat
tantum vt caritatem frum corrumpere valeat, Debemus
ergo contra hostem callidum cauti et vigilantes esse
atqs eius laqueos in omni rerum materia præcauere et oia
terrena quibus decipere pot, animi virtute calcare, vt pos
simus cantare cum psalm. laqueus contritus est et
nos liberati sumus, sed quia in hoc qdam capiuntur, ad
iunctum est

iunctum est quod si Aliquis rem sibi Collatam Coelauerit furti Iudicio Condamnetur, Aplus ait. fures et latrones regnum Dei non possidebunt, furtum enim Criminale peccatum est, sicut scriptum est, Non ad vlterabis, non furtum facies, non falsum Testimonium Dices &c. quia ergo inter criminalia deputatur iuxta canonum sententiam, sic iudicari debet, quisque de furto, quomodo de adulterio, quomodo de Homicidio. quomodo de falso testimonio. frater ergo cum rem collatam Coelare appetit. Iudae traditoris locum tenet in Ecclesia, qui fur erat et latro. loculos habens ea quae committebantur sibi a dno asportabat, et abscondebat. qui tanto cupiditatis et auaritiae vitio exarsit, vt dominum suum, sicut ei Diabolus in Cor miserat, venderet et traderet. sed appetendo lucrum mortem incurrit. sicut scriptum est, dum sitit lucrum venit ad laqueum. Caueant ergo fres ne lucra appetant ne quamlibet rem abscondant, nedum suadente Diabolo tam detestabilem perpetrant culpam, iusto omnipotentis Dei iudicio, mortis et damnationis incurrant poenam

Vestimenta vra Secundum Arbitrium praepositi lauentur siue a vobis siue a fullonibus. ne interioris animae sordes Contrahat immundae vestis nimius appetitus. quare vestimenta vestra lauari secundum arbitrium praepositi iusserit, ipse idem causam supponit, vt videlicet ne frater sordes Contrahat si vltra modum vestes immundas habere concupiscat tanto namque quisque polluitur intus quanto ad inanem gloriam foris mundatur. Curare ergo debent praelati ne per nitorem vestium delinquant subditi, non enim nitor vestium: sed munditia Cordis clericum facit. vnde nos Aplus admonet dicens. Nolite huic Conformari saeculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri nam qui formam huius saeculi appetunt formam interioris hominis non requirunt quanto

quanto enim

enim exterior pulchritudo diligitur, tanto interior minus amatur
haec autem est vera et spiritualis munditia quam requirit
in nobis deus dicens Lauamini mundi estote, auferte malum
cogitationum vestrarum, ab oculis meis. Non enim scriptura
dicit Beati mundo Corpore, sed Beati mundo Corde quoni
am ipsi deum videbunt, et ne quis putaret curam carnis
similiter esse refecandam, adiungit

Lauacrum etiam Corporis cum infirmitatis ne
cessitas cogit, minime denegetur fiat sine mur
mure de Concilio medicinae, ita etiam ut si nolit
infirmus iubente praeposito faciat quod fa
ciendum est pro salute, si autem velit et for
te non expedit suae cupiditati non obediatur

haec sententia verbis aplicis videtur concordare quae car
nis curam prohibet fieri in desiderijs, in necessitatibus
non prohibet. Multum enim inter necessitatem et cupidita
tem interest. Nam quod ex necessitate utile est, illud
idem ex cupiditate vitium est. sunt autem quidam qui dicunt
religioni non competere Corporalem medicinam. sed si di
ligenter attenderent ipsi cognoscerent quia hoc quod man
ducamus et Bibimus, quod vestibus operimur et terrenis ic
bus ad necessitatem utimur corporalis medicina est
fiat ergo sine murmure de Consilio medicinae, et bene ait:
nolens in necessitate cogatur, volens ex cupiditate reprima
tur. quia necessitati non cupiditati obediendum est nam
aliquando si noceat. prodesse tamen creditur quod delectat
ecce quare homo suae cupiditati obedire non debet quia
saepe sic ipsa cupiditate decipitur ut credat id sibi prodesse
quod nocet. sic fallit homines mala cupiditas. se simulat bo
num esse quod malum est. ecce quare damnant sacrae scrip
turae adeo cupiditatem, et carnalem delectationem quia
videlicet

videlicet ad mortem trahunt homines dum ipsi nesciunt aliter. Aliqn etiamsi noceat prodesse credimus quod delectat. Si iuxta apostoli vocem oportet nos abstinere a carnalibus desiderijs quae militant aduersus animam Caro quidem concupiscit aduersus spiritum sed per Disciplinam spiritus est reprimenda concupiscentia carnis sed sunt quidam qui viuunt secundum rigorem spiritus alij mollitiem carnis supra modum sectantur, illi dum spiritualiter viuere appetunt, aliqn cum vitijs carnem extinguunt sed sciendum est, quia virtus si modum non habet vertitur in vitium, illi vero qui carnaliter volunt viuere, cum Cura carnis student et propria desideria nutrire. ponendus est vtrisqs modus; et cogendi sunt illi facere quod faciendum est pro salute. Hi vero reprimendi sunt ne faciant quod carnaliter concupiscant, salus quidem corporis ad seruiendum Deo seruanda est; cupiditas vero frangenda. et quia de manifesta infirmitate locutus est de dolore latente subiungit dicens

Denique si latens est dolor in corpore famuli Dei Dicenti quod sibi doleat sine Dubitatione Credatur Iure enim ei credendum est, quem boni mores et Conuersatio sancta famulum Dei esse commendant; Non enim ex ore loquentium Cognoscitur veritas sed a fructibus eorum ait Dnus, Cognoscetis eos non sunt fallaces, non sunt duplices non sunt ex illis qui in corde et Corde locuti sunt falsa famuli Dei quales sunt in corde, tales sunt in ore. Bona vita fidem dat verbis, mala vita ipsam veritatem facit esse Ambiguam, sine Dubitatione credatur his, qui sine dubitaoe sunt boni

Alio modo

Si latens est Dolor in Corpore famulo Dei Dicenti quod sibi doleat, sine Dubitatione Credatur

famulus

famulus enim Dei custodit vias suas vt non delinquat in lin:
gua sua, famulus Dei timet offendere deum non solum in Corpo:
re sed etiam in sermone, tales nos exhibere debemus, vt quic
quid dixerimus sine dubitatione credatur nobis. vita debet
conformari sermoni, et bona opera testimonium perhibere
veritati. sicut saluator noster de se dicit si mihi non cre:
ditis operibus credite, opera inquit quae ego facio testi
monium perhibent de me. multi enim sunt quibus non credi:
tur etiamsi verum dicant. quare? quia aut mali sunt,
aut in suspicione habentur vt sint mali, sed vit nostra si
sine suspicione coperit esse bona, mox verba nostra sine
dubitatione creduntur esse vera, quanto quisque minus bo:
nus, tanto minus ei creditur, quanto ceperit esse religiosior
tanto verbis eius maior fides praestatur, et quia infirmitatis
necessitas aliqn appetit ea quae ei sunt contraria, ideo ad
iungit

Sed tamen vtrum sanando illi dolori quod de-
lectat expediat, si non est certum medicus Conso:
latur credendum est eorum verbis, nec tamen statim acquies
cendum est eorum desideriis. nam et famulos dei tentant illicita
desideria, ergo si non est certum, medicus Consolatur. quaeral
qui de incerto facit certum. Nec mirum si medicorum Consi
lia quaeramus. cum aplum patum consilio medicinae vsum
fuisse legimus. Nam in Epistola sua Timotheo praecipit di:
cens modico vino vtere propter stomachum, et frequentes tu:
as infirmitates. a rigore ergo astinentiae discretus magis:
ter discipulum temperat ne scilicet frequentibus passionibus
fructus a bono praedicationis elanguescat, bonum quippe
erat, vt discipulus sanctus in infirmitate redderet fructus patien:
tiae; sed vtilius praevidebat esse aplus si vsu medicinae aliquan
tulum praevalescens aliorum animas deo lucri faceret. ex
diversis autem bonis vtiliora eligenda sunt. hac autem auc:
toritate fulti ad hoc medicinam carnalem debemus quaerere

vt inde

vt inde maiorem fructum Dno referamus

Neque eant ad Balnea siue quocunque ire necesse fuerit minus quam duo vel tres et ille qui aliquo habet eundi necessitatem non cum quibus ipse voluerit, sed cum quibus ipsum praepositus iusserit ire debet providemus bona vt ait Aplus, non solum Coram Deo sed etiam Coram hominibus propter nos, Conscientia nostra sufficit nobis, propter alios fama nra non pollui sed pellere debet in nobis, qui fidens Conscientiae suae negligit famam suam Crudelis est. vnde Aplus dicit: scribens ad Discipulum suum Curia oes teipsum bonorum operum praebe exemplum. rursum alibi ait. speculum facti sumus mundo et Angelis et hominibus. qui nos amant quaerunt quod laudent in nobis. qui nos oderunt, detrahunt nobis, nos autem in vtroque medij Constituti, Adiuuante dno Deo nostro et vitam nram et famam nram sic custodire debemus, vt non erubescant Coram detractoribus laudatores. simul ire debent duo vel tres, et propter solatium, et propter bonae famae testimonium vnde etiam Salomon ait, vae soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem, si fuerint duo fouebuntur mutuo. bene autem cum quibus eum praepositus iusserit, ire debebit scilicet vt a praelato prouideatur securitas personae et subiecto virtus servetur obedientiae. Sequitur

Aegrotantium Cura siue post aegritudinem reficiendorum, siue aliqua imbecillitate laborantium, siue etiam febribus vni alicui debet iniungi vt opem de cellario petat quod cuique opus esse prospexerit: Eligendus est frater timens deum qui curia infirmos maximam curam gerat, et quod opus eis fuerit ministrare studeat?, et eo affectu eis deserviat, ac si ipsi Dno Jesu Chro deserviret. ipse dicturus est in Judicio infirmus fui et visitastis me, et iterum

quod vni

quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. debent ergo fortiores imbecillitatem portare infirmor. sic enim diuina charitas adimplet legem christi. lex christi est Dilectio. Dilectionis officium est nostra onera portare. Diversa vero tempora et diuersæ infirmitates faciunt ut onera nostra portemus inuicem, Nihil autem sic probat amicum, quam oneris amici portatio, sed et ipse infirmus, quia pro Deo ei seruiatur pensare debet, et summopere cauere, ne superfluitate sua aut impatientia sibi servientem Contristet studeat autem Deo gratias agere, ne infirmitas quæ data est ei ad purgationem animæ, vertatur in augmentum culpæ

Siue autem qui cellario, siue qui vestibus, siue qui Codicibus præponuntur, sine murmure serviant fratribus suis Tales se exhibeant, ea caritate fratribus serviant, ne de ministerio sibi Commisso peccent in murmure ut alios per suam negligentiam faciant murmurare nam graue peccatum est murmuratio. Gregorius dicit: Regnum Coelorum nullus qui murmurat accipit, nullus qui accipit murmurare potest, Salomon præcordia fatur quasi rota curri, foenum portat et murmurat. Tales enim multi fres qui carni subditi, numquam cessant murmurare Apostolus, neqs murmuraueritis. sicut quidam murmurauerunt, et a serpentibus perierunt, quare a serpentibus? quia serpens venenosus est et oes qui murmurant venenum Diaboli habent in lingua, Jacobus. lingua inquietum malum. plena veneno mortifero. Cauendum est ergo nobis a murmure, ne mortifero et Diabolico veneno pereamus

Codices certa hora singulis Diebus petantur, extra horam qui petierit non accipiat

Superius orationibus præcepit instare horis et temporibus constitutis. tempora ergo Distinguenda sunt quibus debemus

debemus orare, et quibus debemus legere. de opere quoque ali:
bi admonuit ut nullus operetur sibi aliquid, sed omnia opera
in communi fiant. Haec tria nobis commendat regula, quae a:
nimae nostrae valde sunt necessaria, scilicet orationem lectionem
et operationem. Nam oratione mundamur, lectione instruimur
et opere beatificamur, sic dicit spiritus sanctus in psalm. la
bores manuum tuarum qui manducabis, beatus es et bene
tibi erit. quod autem praecipit ut codices singulis diebus petan,
tur frequentia legendi commendatur frequenter debet le:
gere servus Dei, valde enim utilis est divina lectio, Nam per
lectionem sensus et illectus augetur. lectio nos ad orationem
instruit et operationem. ad contemplativam vitam nos infor:
mat et activam. ideo merito beatus vir inscribitur qui in
lege Dni meditabitur die ac nocte. Haec sunt arma videlicet
lectio et oratio quibus diabolus expugnatur. Haec sunt vesti
menta, quibus beatitudo acquiritur. His armis vitia com:
primuntur his alimentis virtutes nutriuntur. sed et si a lecti
one cessatur, debent manuum opera subsequi. Qui occositas
inimica est animae, et antiquus hostis quem a lectione sive
sive ab oratione vacantem invenerit. facile ad vitia rapit.
per usum namque lectionis, et discretis, qualiter et vos vivatis
et alios doceatis per usum orationis et vobis et his quibus in
caritate coniuncti estis prodesse valebitis. per manuum ope:
rationem et corporis macerationem. vitiis alimenta negabitis.
et vestris necessitatibus subvenietis. et habebitis unde neces:
sitatem indigentibus porrigatis

Vestimenta vero et Calceamenta quando in digentibus necessaria, dare non differant sub quorum Custodia sunt quae posciuntur

Hoc est quod superius dictum est ut sine murmure serviant
fratribus suis Nam quando differunt necessaria dare fa:
ciunt fratres murmurare, et fiunt occasio peccati studeant
ergo fres servire propter Deum, necessaria congruis temporibus
ministrare

ministrare. et hoc faciant sine murmure, sine Dilatione.
sine tristitia. sed cum gaudio et humilitate quia hilarem Da
torem diligit Deus, ut omne quod opus est eis secundum modum
Congregationis et possibilitatem loci habeant, et eis qui ser
viunt sit maior secunde merces a Dno. indumentis vero et calcea
mentis clericorum congruus modus servandus est ne pretiosa vel
nitida supra modum sint, aut nimis abiecta et vilia, nec ha
bentia Compositionem, plusque decet, nec incompositionem plusque
oportet, talia ergo sint ut religionem sibi commendent et
honestatem. Caveant ergo fres, quibus ministrant necessaria
ne quid expeterent importune aut superflue. Nam quicquid
superfluum habent mortiferum est illis. perpendant, quod ea
quae expendunt oblationes fidelium sunt. pro redemptione pec
catorum; et ideo non glorientur talibus sumptibus uti, sed
magis timeant quod in veteri testamento de sacerdotibus dic
tum est, iniquitatem eos debere portare. et ideo cum mag
no timore super eos sollicito sint, quorum donis participan
tur quia magnum periculum est. Salubrius autem est paupe
ribus christi, ut iam dictum est, minus egere, quam plus habere.
Nam unde pauperes erimus, nisi penuriam propter Deum ae
quanimiter toleremus. quantum ergo meminimus nos illici
ta commisisse. tantum oportet a licitis abstinere. per An
gustam enim portam Contendere intrare debemus, ut ad Be
atitudinem Coelestium gaudiorum pertingere valeamus, nam
quanto aretiorem vitam hic agimus pro Dno tanto maiorem
gloriam possidebimus in Coelo. item hic si placet regre seu Res
pice in quinto caplo sup ubi tractat de his quae pertinent
ad fraternalem Dilectionem. et concordat cum sequenti. lites

Lites autem nullas habeatis. sed si aliquis
habuerit celerrime finiatis ne ira crescat
in odium et trabem faciat de festuca et

animam

animam destram faciat homicidam. Sic e:
nim legitis. qui odit fratrem suum homi
cida est. sic paulatim crescunt vitia. saepe tamen cum
ab occiso verbo linguam restringere nolumus. ad noxia labimur.
Inde aliqn ad murmurationem et detractiones decidimus. ple:
rumqs etiam usqs ad lites et contentiones, inde ad iram et
odium, et iuxta salomonis docem, dum negligimus corrigere
minima. prolabimur ad maiora. Dum ergo vitium ex vitio
oritur iniquitas prolongatur. hinc propheta ait: vae qui
trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et psalta
prolongauerunt iniquitatem suam, Dns iustus concidet cer-
uices peccatorum primum est ergo omnino cauendum peccatum.
melius est enim cauere quam emendare. quod si per fragili-
tatem contigerit peccare, facile culpa corrigitur quae cito
cognoscitur. Hinc est quod Dnus de muliere ad serpentem
dicit: ipsa conterat caput tuum. caput conteritur serpen-
tis, quando peccatum ibi corrigitur ubi nascitur, debet ergo
quisqs esse sollicitus, ut mox studeat emendare, ubi se nouerit
deliquisse, quantum interest inter festucam et trabem tan-
tum distat inter iram et odium, odium est enim ira inveterata,
quae quasi ex vetustate ipsa tantum accipit, ut merito
appelletur trabs. fieri autem pot ut si irascaris homini
etiam velis corrigere. per iram mentis oculus turbatur. per
odium etiam extinguitur. Unde Aplus ait: qui odit frem
suum in tenebris est. Nulli irascenti ira sua videtur iniusta.
Inde ab omni indignatione cito recedendum est ad mansueti-
dinis lenitatem. Nam pertinax motus in eius odium facile
transit, cui non celeriter ignoscitur unde etiam subditur
Quicunqs conuictio vel maledicto vel etiam
crimine obiecto alium laeserit satisfacti
one quantocyus emendet quod deliquit
~~et ille~~ qui laesus est sine difficultate fratri

Satisfactione Dimittat Graviter offendit qui Con
vicio vel maledicto aliquem laedit. aplus act: maledicti reg:
num Dei non possidebunt et Dnus in Evangelio. qui dixerit
fratri suo fatue reus erit Gehennae ignis, debet ergo sicut gra
viter deliquit, graviter poenitere atque ab eo qm laesit toto
Corde humilitate, veniam postulare, et ille qui laesus est sine dis
ceptatione dimittere. Isidorus: qui fratrem suum tarde sibi
reconciliat deum sibi tardius placat frustra enim sibi deum
propitiari gerit, qui cito placari in proximum negligit sed
sunt quidam qui de suis meritis fidentes pigre in se delin:
quentibus veniam praestant, sed nihil proficit illaesum esse
a culpa, qui non est praeparatus ad veniam. dum haec mag:
na est culpa, quando tardius relaxantur peccata frum.
veritate attestante didicimus. quia servus qui decem millia
talenta debebat, cum poenitentiam ageret, absolutionem de:
biti a deo accepit: sed quia conservo suo centum denarios
sibi debenti, debitum non dimisit, ex hoc iussus est exigi
quod ei fuerat iam dimissum, ex quibus dictis Constat, quia
si hoc quod in nos delinquitur, ex Corde non dimittimus
et illud rursus exigitur, quod nobis iam per poenitentiam
dimissum gaudebamus

Si autem invicem laeserint invicem sibi De:
bita relaxabunt propter orationes vras, quas
utique quanto Crebriores habetis, tanto puri
ores habere debebitis. quotidie in oratione dici:
mus Deo, Dimitte nobis ~~debita~~ nra, sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris. quod si debitoribus nris id est eis qui
in nos peccant non dimittimus, cum dicimus, dimitte nobis.
sicut et nos dimittimus ipsa nra oratione inculpamur, et
Deum adversum nos ad iracundiam incitamus et ipsi sup
nos inducimus maledictionem potius quam benedictionem.

Sicque fit ut

sicque fit ut oro quae debebat esse nobis salubris sit et noxia, et peccata nra quae debuimus minuere orando augeamus de quotidianis autem brevibus levibusque peccatis sine quibus haec vita non ducitur, quotidiana orao fidelibus satisfacit, eorum est enim dicere pater noster qui es in Coelis quia iam tali patre generati sunt, ex aqua et spiritu delet enim omnino haec oro minima quotidianaque peccata delet, et illa quibus vita fidelium etiam sceleritate gesta sed poenitendo in melius mutata discedit. si quemadmodum veraciter dicitur, dimitte nobis debita nra quando non desinit quae dimittant. Ita dicitur veraciter, sicut et nos dimittimus debitoribus nris. idem fiat quod dicitur. quia ipsa Eleemosyna est veniam peccatori homini ignoscere, multa quidem genera sunt Eleemosynarum quae cum facimus adiuvamur ut dimittantur peccata nra. sed ea nihil est maius, quia Corde dimittimus, quod in nos quisque peccavit. Minus enim magnum est erga eum esse benevolum sive etiam beneficium, qui tibi nihil male fecerit, illud multo grandius est et magnificentissimae bonitatis, ut tuum quoque inimicum diligas, et ei qui tibi malum vult semper bonum velis, facias quoque quod possis. audiens Jesum dicentem. diligite inimicos vros, benefacite eis qui vos oderunt, et orate pro eis qui vos persequuntur, sed quoniam perfectorum sunt illa filiorum Dei, quoquidem se omnis fidelis debet extendere, et humanum animum ad hunc affectum orando Deum secumque agendo. luctandoque perducere, tum quia hoc tam magnum tantae multitudinis non est quantam nos credimus exaudiri cum in ore, dimitte nobis debita nra sicut et nos dimittimus debitoribus nris, procul dubio sponsionis huius verba implent, si homo qui nondum ita proficit ut etiam diligat inimicum, tum quod

Rogatur

Rogatur ab homine qui peccauit, in eum vt ei dimittat, dimittit ex corde, qui etiam sibi roganti vtique vult dimitti cum orat et dicit, sicut et nos dimittimus debitoribus nris id est sic dimitti debita nra rogantibus, sicut et nos dimittimus debitoribus nris. Iam vero qui eum hominem, in quem peccauit, rogat, si peccato suo mouetur, vt roget, non est adeo deputandus inimicus vt eum diligere sit difficile sicut difficile erat quando inimicitias exercebat. quisquis autem nec roganti peccati sui poenitenti, ex corde dimittit, nullo modo existimet a dno sua peccata dimitti, quoniam veritas mentiri non potest, quae ait: si dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet et vobis pater Coelestis peccata vestra si autem non dimiseritis nec pater vester dimittet vobis

Melior est enim, qui quamuis ita saepe tentatur, tamen impetrare festinat, vt sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam quam qui tardius irascitur et ad veniam petendam tardius inclinatur. qui autem non vult dimittere fri, non speret esse orationi suae effectum. Nonullos ira citius accendit, facilius deserit, cum non nullos vero tarde quidem commouet, sed durius tenet. alij autem quod est negotius. citius iracundiae flammas accipiunt, et tardius deponunt, Nonulli vero has et tarde suscipiunt, citius amittunt, in quibus nimirum quatuor modis lector liquide agnoscit, quia ad tranquillitatis bonum vltimus plusquam primus appropinquat. et in malo secundum tertius superat quanta sit iracundiae culpa pensemus, per quam dum mansuetudo amittitur, similitudo supernae imaginis vitiatur, per iram iustitia relinquitur. sicut scriptum est: Ira viri iustitiam Dei non operatur, per iram itaque sapientia perdit, vt quid, quoue agendum sit ordine omnino nesciat, per iram gratia vitae socialis amittit. sicut scriptum est: Ne sis

assiduus cum

assiduus cum homine iracundo ne discas semitas eius, et sumas scandalum animae tuae. Nam qui se ex humana rabe non temperat, necesse est, ut bestialiter vivat, aliquando autem manus non exigunt iacula: sed in maledictionis linguam vertit. Nonnumquam vero dum accensus animus a consueta locutione restringitur, per accessum temporis penitus a proximi dilectione separatur. acriores stimuli ad mentem veniunt, causae quae gravius exasperent oriuntur atque in nostro oculo festuca in trabem vertitur, dum ira in odium permutatur, veremur saepe a proximis despici, dedignamur iniurias tolerare verbi. si contingit iurgium fortasse cum proximo, erubescimus priores satisfacere. cor quippe carnale, dum huius vitae gloriam quaerit, humilitatem despicit et plerumque ipse homo qui irascitur discordanti sibi reconciliari appetit, sed ire ad satisfaciendum prior erubescit, pensemus facta capitis nostri. Ecce inter nos et Deum discordiam peccando fecimus. et cum ad nos deus, legatos suos prior misit ut nos ipsi qui peccavimus, ad pacem Dei rogati veniamus erubescat ergo humana superbia, confundatur quisque si non prior satisfaciat proximo, quando post culpam nostram, ut ei reconciliare debeamus et ipse qui offensus est legatis intervenientibus, obsecret deus.

Qui autem numquam vult petere veniam aut non ex animo petit sine causa est in monasterio et iamsi inde non proiciatur. Cum Deus tantum curae reconciliationis nostrae habeat, ut patiatur munera sua relinqui et ante altare imperfecta remanere, atque mysteria sua interrumpi, donec tu eos et resolvi, iracundiam distinguas inimicitias cum fratre tuo, nos et hoc ipsum erubescimus, sed dies multos patimur manere inimicitias et trahimus sicut finem longam discordiam, Non enim iracundos tantum, et malitiae memores punit deus sed et eos qui irascentes et offensos patres negligunt et contemnunt.

quando quidem hi qui pati videntur iniuriam necessa
rio dolent, et irascuntur, qui vero fecerunt, nec doloris aliquid
nec iracundiae gerunt. ob hoc ergo hunc quia ab iracundia li:
ber est, adducit ad illum, qui in dolore est, et liber non est
ostendens qui criminis huius noxa penes hunc magis est
qui et causas peccati dedit; sed nec sic quidem emendamur
permittimus enim pro nullis rebus contristare fratres et
quasi nil mali fecerimus et satisfactionem negligimus et
oblivioni tradimus culpam, atque in tempus longum protrahi
patimur, ignorantes quod tanto dignior erit in nobis poena
quanto est discordia. ubi enim amicitia permanet nihil fa:
cile recipitur nihil facile creditur quod dissidium possit
operari. si vero inimicitiae semel occupaverint, omnia quae
fiunt, quae dicuntur, quae audiuntur, ut ad maiores et longi:
ores proficiant inimicitias, si quid autem mali hoc solum
creditur, et confirmatur, iubet ergo Dnus relinqui donum
ante altare et prius reconciliari fratri, ut hoc discamus.
quia si nec illo in tempore, quoad mysterium videmur acce:
dere Dei, reconciliationem dissimulari ac differri non pa:
titur Deus quanto magis curari hoc in aliis temporibus
iubetur, si forte accidat irasci. mandatur ut die vel ira:
cundiam nram vel inimicitias nras finiamus. in hoc e:
nim constringimur praecepto illo quo ait: sol non occi:
dat super iracundiam vestram, Nos e contra non hoc
contenti scimus ut iracundiam ultra solis terminum
producamus, sed et insidias invicem instruimus, sive ver:
bis sive rebus. supplantare cupientes proximos invi:
cem mordentes, et invicem comedentes, quod utique aperta
insania est quid enim aliud faciunt insani et daemone
repleti, nisi membra sua morsibus laniant. frustra ergo
est in monasterio qui discordiam habet cum fratre suo
quia nec deum

quia nec deum placat sacrificijs, nec proficere valet bonis operibus dicit ergo:

Proinde vobis a verbis durioribus parcit

Salomon dicit Responsio mollis frangit iram, sermo durus excitat furorem, Item dulce verbum mitigat inimicos, et multiplicat amicos, et paulus: vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, caueant ergo viri sancti a duris verbis quae si emissa fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ore ipso proferre medicamenta unde facta sunt vulnera, primum est quod summopere cauere debemus. ne duris verbis aliquem conturbemus sed si in hoc aliquando peccamus ex fragilitate, oportet continuo ad satisfactionem festinare, et contra sermonem durum proferre dulcem, et placabilem, ut vulnus commotionis sanet medicina humilis confessionis. sed sicut praediximus melius est ante cauere initium, quam postea emendare commissum. Ideo seruus Dei semper debet custodiam ponere ori suo. ut non delinquat in lingua sua, et tunc maxime quando consistit adversus eum aliquis peccator, videlicet aliquis calumniosus, et iniuriosus, sicut sunt multi superbi, et immundi qui non cessant irritare famulos Dei, ergo si est intellectus tibi Responde proximo tuo, sin autem sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato et confundaris

Quando autem necessitas disciplinae in moribus coercendis, dicere vos dura verba compellit, etiamsi vos in ipsis modum excessisse sentitis, non a vobis exigitur ut a vobis subditis veniam postuletis, ne apud vos quos oportet esse subditos dum nimis servatur humilitas regendi frangatur auctoritas. plerumque hoc magnis Doctoribus contingit, ut quia alia charitate servent modum correctionis, exaggerant et lingua aliquid quod non debet dicat, quia mentem dilectio quantum debet inflammat, unde per Moysen dnus praecipit dicens: si quis abierit simpliciter cum Amico suo ad syluam ad ligna coedenda et lignum securis fugerit manum, ferrumque lapsum

rumq lapsum de manubrio, amicum eius percusserit et occide:
rit, hic ad vnam supradictarum vrbium fugiet; et viuet ne
forte proximus eius cuius effusus est sanguis, doloris stimulo per
sequatur et comprehendat eum et percutiat animam eius ad
syluam quippe cum amico imus, quoties cum proximo quolibet
ad intuendae delicta nra conuertimur, et simpliciter ligna
succidimus cum delinquentium vitia pia motione resecamus.
sed securis manum fugit, cum sese increpatio plus quam neces:
se est in asperitatem protrahit, ferrumq de manubrio pro:
silit, dum de correctione sermo durus excedit et amicum
percutiens occidit, quia auditorem suum prolata contumelia
a spiritu dilectionis interficit, correpti namq mens ad odium
proruit, si hunc immoderata correptio plusq debuit, addi:
cit. si is ergo qui incaute ligna percutit, et proximum exten:
guit, ad tres necesse est vrbes fugiat, vt in vna earum defen:
sus, viuat quia si ad poenitentiae lamenta conuersus
in vnitate sacramenti sub spe fide et caritate absconditur
reus perpetrati homicidij non tenetur. cumq extincti
proximus, et cum inuenerit non occidit, quia cum districtus
iudex qui sese per naturae nobis consortium coniunxit, ab
eo procul dubio vindictam de culpae reatu non expetit.
quem sub eius venia spes fides, caritas abscondit ideo subdit
Sed tamen petenda est venia, ab omnium
Domino, qui nouit etiam quos plus forte
corripitis, quanta benevolentia diligatis
aliquando excluditur modus zelo malitiae, aliquando zelo
iustitiae, plerumq ex studio per deliberatum locutionem
plerumq per excessum sermonis, Dnus vero non tam
attendit sermonem, quam intentionem citius ergo culpa
dimittitur quae neque quam malitiae studio perpetratur
Non enim carnalis sed spiritualis inter vos
debet esse dilectio sunt nonulli qui diligunt pxmos
sed per affectum cognationis et carnis quibus tamen in hac dilectione
sacra eloquia

Sacra eloquia non contradicat, sed aliud est sponte impendi-
tur naa: aliud quod in praeceptis Dominicis ex Caritate de-
betur obedientia. Hi nimirum et proximum diligunt, et
am illa sublimi dilectione. praemia non assequuntur quia
amorem suum non spiritualiter, sed carnaliter impendunt.
omnipotentis Dei Discipulos nos esse sola custodia verita-
tis probat, unde ipse ait in hoc cognoscent omnes quia
mei estis Discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem
quae dilectio si veraciter replet cor nostrum, duobus modis
ostendi potest, videlicet si amicos in deo, et inimicos prop-
ter Deum diligimus saepe in dilectionis imagine erga inimi-
cum animus fallitur, seseque diligere illum falso arbitra-
tur sed tunc inimici dilectio veraciter custoditur cum nec
de profecto eius turbamur, nec de Ruina eius laetamur.
a duobus quidem praeceptis incipit charitas sed se ad in-
numera extendit, omnis namque legis initium est dilectio Dei
aut dilectio proximi. sed Dei dilectio per tria distinguitur
quia ex toto Corde, ex tota anima, et ex tota fortitudine
deus diligi iubetur. quae in re notandum est quod divinus
sermo cum deum diligi praecipit, non solum narrat ex quo
sed etiam informat ex quanto, cum subiungit ex tota
fortitudine, ut videlicet qui deo placere desiderat sibi de
se nihil derelinquat. proximi autem dilectio ad duo prae-
cepta derivatur, cum et per quemdam iustum dicitur. quod
ab alio tibi oderis fieri, vide ne alteri facias et per se
met ipsum veritas dicit, quae vultis ut faciant vobis
homines, ita et vos facite illis, quibus duobus scilicet u-
triusque sacramenti praeceptis, per unum malitia com-
poscitur, per aliud benignitas prorogatur, ut quod non
vult malum pati, quisque non faciens cesset a nocendi
opere, et rursum bonum quod fieri sibi appetit impendens
erga utilitatem proximi exerceat ex Benignitate
sed haec nimirum duo sunt sollicita intentione cogitanda

Cor ad innumera

Cor ad innumera virtutum mysteria tenditur, ne vel inferendo
quæ non debet desiderijs inquieta mens ferveat vel erga ex
hibenda quæ debet, otio resoluta torpescat. nam cum caueat
alteri facere, quod neque quam dulcet ab altero ipsa tolerare
sollicita intentione se circumspicit, ne superbia eleuet, et usque
ad despectionem proximi amicum deiciens exaltet, ne Am:
bitio cogitationem laniet cumque hanc ad appetenda aliena
dilatat angustet, ne cor luxuria polluat, et subiectum desi
derijs per illicita corrumpat, ne ira exaltet, et usque ad pro:
fundam contumeliam inflammet, ne inuidia mordeat vel
torqueat, et alienis felicitatibus æmula sua se face consu
mat, ne immoderate linguam loquacitas protrahat, eamque
usque ad lasciuiam obtrectationis extendat, ne odium malitia
excitet, et eos usque ad iaculum maledictionis irritet. Rursum
cum cogitat ut ea alteri faciat, quæ ipse sibi fieri ab al:
tero expectet, penset nimirum ut malis bona et bonis meliora
respondeant ut erga procaces mansuetudinem longanimita
tis exhibeat, ut malitiæ peste languentibus graam benig:
nitatis impendat, ut discordes pace muniat, ut concordes ad
concupiscentiam veræ pacis accendat. ut indigentibus neces:
saria tribuat, ut errantibus etiam rectitudinis ostendat, ut
afflictos verbo et compassione mulceat, ut accensos huius
mundi desiderijs increpatione restringat, ut minas potentum
ratiocinatione mitiget. ut oppressorum angustias quanta
prævalet opera subleuet, ut foris obsistentibus patientiam
opponat. ut intus superbientibus exhibeat cum potentia dis:
ciplinam, ut erga errata subditorum sic mansuetudo zelum
temperet, quatenus a iusticiæ studio non enervet sed ad rabem
zelus ferveat ne pietatis limitem fervendo transcendat,
ut ingratos beneficijs ad amorem perducat. ut gratos quo:
que in amore seruet ut proximorum mala quæ corrigere
non valeat taceat, ut quicunque corrigi possunt loquendo
confensisse

Consensisse silentio pertimescat vt sic ea quæ tacet to
leret, ne tamen in animo virus doloris occultet: vt sic ma
levolis minus benignitatis exhibeat, ne tamen per Gratiam
a via rectitudinis excedat, vt contra proximos quæ præ:
valet impendat: sed hæc impedimenta non timeat, vt sic
in nobis quæ exhibet, timoris præcipitium paueat, ne
tamen a bono exercitio torpescat. vt sic quæ possidet tri
buat, quantas quanta sit largitas remunerantis attendat.
ne quæ terrena largitur, suam plus quam necesse est in:
opiam cogitet, et in oblatione muneris largitatis lumen
tristitia obscuret. Bene ergo lex Dei multiplex dicitur
quia nimirum vna eademque caritate si mentem plene
ceperit. hanc ad innumera opera multiformiter accendit.
multiplex ergo ista lex est q singulis rerum articulis non
permutata congruit, et causis variantibus non variata
se coniungit, cuius nimirum legis multiplicitatem Beatus
paulus ostendit dicens caritas patiens est benigna est.

Præposito tanquam patri obediatur mul:
to magis præsbytero qui omnium vestrum
curam gerit obedientia sola virtus est quæ virtutes
cæteras menti inserit, insitasque custodit. Samuel: melior est
obedientia quam victima quia per victimas aliena caro
per obedientiam vero propria vltas mactatur: Salomon
vir obediens loquitur victorias quia dum alienæ voci
subdimur, humiliter nosmetipsos superamus, nobis quippe
obedientia vsque ad mortem seruanda præcipitur, per obedi:
entiam namque malum debet fieri. aliquando debet per
obedientiam bonum quod agitur intermitti, sed quia non
numquam nobis huius mundi prospera, non numquam vero vi:
dentur adversa: sciendum summopere est quod obedientia
aliquando si de suo aliquid habeat nulla est: Aliquando au:
tem si de suo aliquid non habeat, minima. Nam cum huius

mundi

mundi successus praecipitur cum locus superior imperatur, qui ad praecipienda haec obedit, obedientiae suae virtutem e-
vacuat, si ad haec etiam proprio desiderio anhelat rursus
cum mundi huius despectus praecipitur cum probra adipisci
et contumeliae iubentur. nisi hoc a semetipso animus appe:
tat, obedientiae sibi meritum minuit. quia ad haec quae in hac
vita despecta sunt, inuitus nolensque descendit. debet ergo
obedientia in aduersis ex suo aliquid habere, et rursum in pros
peris ex suo aliquid omnimode non habere, quatenus et in ad
versis tanto sit gloriosior, quanto diuino ordini etiam ex
desiderio iungitur et in propriis tanto sit vilior, quanto a
pnti ipsa q diuinitus praecipit gloria funditus ex mente
superatur, innocuis autem mentibus ornamentum semper
et obedientia iungitur, dno attestante qui ait: oues meae
vocem meam audiant, et ego cognosco eas et sequuntur me.
profecto redemptori suo non obedit qui non est innocens et
innocens esse non potest qui obedire contemnit

Vt ergo cuncta ista serventur et si aliquid
servatum minus fuerit, non negligenter praes
tereatur sed emendandum corrigendumque cu
retur ad propositum praecipue pertinebit, aut
ad praesbyterum cuius est apud vos maior auctas
referat, quod modum vel vires eius excedat. Ad hoc
quidem data sunt ista regularia praecepta vt cuncta serventur et
quod servatum non fuerit, oportet vt cito emendetur, non
possumus enim negligenter aliquid sine periculo animae nrae
praeterire; ea vouimus enim specialiter tenere et secun:
dum ea viuere iura auimus, vt psalta ait: tu mandasti
mandata tua custodiri nimis, et Aplus si quis totam le:
gem servauerit offendit autem in vno. factus est omnium reus.
pertinebit ergo ad praepositum, et ad eum qui custos est ordinis,
vt ad praesbyterum, cuius est maior auctoritas, id est ad
Abbatem referat quidquid per se edum canonicam regulam

non pot

non potest diffinire quod si Congregationi, ubi ordo est ca
nonicus Abbas non est sed Episcopus ipse praesbyteri nomine
designatur ad hoc enim praelati sunt in Ecclesia Constituti
ut quae bene ordinata sunt custodiant, errata corrigunt
Ditam et mores subditorum verbo et exemplo. Apli formam
sectantes qui ait: Argue obsecra, increpa, immiscentes
temporalibus tempa, terroribus blandimenta, indiscipli
natos et inquietos debent durius arguere. obedientes et mi
tes et patientes et humiles ut melius proficiant obsecrare.
Negligentes et contemnentes et superbos aut increpent aut
corripiant, neque dissimulent peccata delinquentium sed
mox ut ceperint oriri Radicitus ut praevalent ampu:
tent, memores periculi Heli sacerdotis de filijs suis.
Honestiores atque intelligibiles prima et 2da ammoniti
one corripiant, improbos et duros corde, superbos et ino:
bedientes verbere et castigatione in ipso initio peccati
coerceant. scientes illud. stultus verbis non corrigitur
et iterum: percute filium tuum virga et liberabis ani:
mam eius a morte

Ipse vero qui vobis praeest non se existimet
p̄tate dn̄ante sed caritate serviente felicem.

Nam qui ita praesunt ut gaudeant de potestate dominij non
sunt veri pastores sed mercenarij, hi magis praeesse appe:
tunt quam prodesse. non quaerunt lucrum animae sed cor
porale, lucrum non coelestem gloriam sed terrenum honorem
de talibus ait Dnus in Euangelio. Amen dico vobis recepe:
runt mercedem suam. qui vero ita praesunt ut gaudeant de
servitute caritatis. ipsi tenent exemplum veri pastoris,
Venit ministrare non ministrari, et animam suam dare
pro multis, illi veri praelati sunt, et idem Deum curam
regiminis agunt qui ad hoc tantum laborant ut plures se:
cum ad Deum trahant, quos delectat onus et non honor, ca:
ritas non potestas, servitus impensa alijs non suscepta iuxta
quod aplus ait: cum essem liber, id est exemplum omnibus, omnium
me servum

me seruum feci vt plures lucri facerem. qui tamen propter auctoritatem regiminis honorandus est a subditis vnde subditur

Honore coram Vobis prælatus sit, Deo scilicet honorari debet qui christi vices in Monasterijs tenet, vnde ipse Dnus pastoribus ait: qui vos audit me audit, et qui vos spernit debent ergo servi dei suum honorare magistrum, cuius pro amore Dei super se susceperunt magisterium. qui tamen quanto plus honoratur, exterius tanto oportet vt deum timeat amplius. neque semetipsum despiciens eos a quibus honor impenditur sibi in cogitatione præponat: vnde subiectum est:

Timore coram Deo substratus sit pedibus Vris. hinc scriptum est quanto magnus es. humilia te in omnibus, et Iterum Ducem te constituerunt, noli extolli sed esto in eis, sicut vnus ex ipsis, et Dnus in Euangelio, omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur, tanto quippe maior est quisque apud deum quanto humilior apud semetipsum. sed qualis esse debeat in moribus audiamus

Circa omnes se ipsum bonorum operum præbeat exemplum. sicut enim alios præcedit ordine, ita eos præcedere debet sanctitate, vt eius exemplo discant subditi, qualiter viuere debeant, Corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes: qui tenet locum regiminis, mala inferre non debet, sed tolerare, vt ex sua mansuetudine iracundos valeat mitigare. qui medicus est animarum, contra passiones vitiorum debet opponere medicamenta virtutum ita scilicet prius mores omnium diligenter inquirat vt quod cuique inferre debeat agnoscat

Disciplinam libens habeat metuendus imponat et quamuis vtrumque sit necessarium tamen plus Amari a vobis appetat quam timeri, semper

meri semper Cogitans Deo se pro nobis red
diturum esse rationem Oportet ut Ecclesiasticus Doc
tor sapiens et Disciplinatus sit, quia tunc recte alijs Disci
plinam imponit, cum ipse disciplinate vivit, cum ex se ipso
trahit magisterium, quod exercet in alio. in Disciplina per
severate. verba sunt Apli ad hebreos. et tanquam filijs
nobis se offert Deus, et quis filius quem non Corrigit pater
sunt autem hæc duo necessaria, ut rector suis exhibeat
subditis timorem, scilicet et amorem. Timorem eis qui
superbi et rebelles et duræ mentis sunt, Amorem eis qui hu
militer et devote et libenter deo serviunt, et quamvis u:
trumque sit necessarium. tamen plus a nobis appetat
amari quam timeri. quia prælatus quanto plus diligit
tanto libentius auditur, et magis placet Deo illa servitus
quæ ex voluntate et amore fit, quam illa quæ ex timore
propterea dulcis magister suis discipulis ait. iam non di
cam vos servos sed Amicos: non enim vult Deus ut eum
tanquam Dnum servi timeamus. sed tanquam patrem
filij amemus, et præcepta eius faciamus non timore pœ:
næ sed amore iustitiæ. hoc autem semper Cogitare debet
qui iudex est animorum, quia super se habet iudicem,
Deum et regiminis curam tanto sollicitius agat. quan
to se redditurum rationem pro sibi commissis apud Distric:
tum Iudicem pensat valde enim sollicitat in bono opere
si quisque in cunctis quæ agit semper Cogitat de extre:
mo fine. ut scriptum est, in omnibus operibus tuis memo:
rare novissima tua et in æternum non peccabis
Unde vos magis obediendo, non solum ves:
tri sed etiam ipsius misereamini quia inter
vos, quanto in loco superiori: tanto in pe:
riculo maiori versatur in periculo magno ver
satur quisque qui in regiminis loco sublimatur nam quan
to superior gradus, tanto periculosior casus, et cui plus
committitur

committitur, plus ab eo exigitur. grande periculum est, sibi et alijs vivere corporalia et spiritualia. providere simul. sic sui curam agere, ut alios non negligat. sic de alijs cogitare, ut se ipsum obliviscendo non derelinquat. sic procurare temporalia ut non refrigescat a spiritualibus. sic inardescere ad spiritualia, ut sit sollicitus de temporalibus. inde ergo amplius debent prælatis subditi obedire, unde magis vident eum pro ipsis laborare. quod cum faciunt non solum sui sed etiam ipsius miserentur, sui videlicet, quia animas suas salvant. scriptum est enim. miserere animæ tuæ placens Deo ipsius quoque qui præest miserentur quia onus eius obediendo, alleviant, cum enim scriptum est, filius sapiens lætificat patrem, tanto plus gaudent et libentius laborant patres spirituales pro filijs, quanto eos viderint spiritualibus obtemperare Disciplinis

Donet Dominus ut servetis hæc omnia tanquam spiritualis pulchritudinis amatores et bono chri odore de Bona Conversatione flagrantes non sicut servi sub lege, sed liberi sub gratia Constituti vivatis. Apte post lectionem subditur oro. sic enim legere prædicare quo agrum seminare, sic est orare quod semen operire, sicut qui seminat in agro si hoc occando dissimulaverit, veniunt volucres et totum quod seminatum esse videbatur, diripiunt: ita quod in agro cordis sui semina verbi Dei psallendo, legendo prædicando, asperserit, nisi postea orando in Corde recluserit, et quodammodo sepelierit, veniunt volucres. videlicet cogitationes huius sæculi volatiles, inanes et vacuæ et rapiunt. quod in Corde fuerat seminatum, ideo post lectionem et prædicationem semper orandum est. ut semen dei maneat in Corde, et fructus spiritualis crescat in operatione, bene autem ait, tanquam spiritualis pulchritudinis amatores, non enim possunt impleri hæc omnia regularia, præcepta nisi, nisi per amorem iustitiæ quæ est spiritualis pulchritudo animæ, Nemo enim invitus

bene agit

bene agit, etiamsi bonum est quod agit, quod vero subdit
et bono christi odore de bona conuersatione flagrantes, per-
tinet ad bonam vitam, et bonam famam. vnde Aplus ait. christi
bonus odor sumus Deo in omni loco. servi sub lege sunt qui
deo ex timore seruiunt, liberi sub gratia qui ex Amore
implent diuina mandata, gratia Dei Diffusa est in cordibus
nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis implens le-
gem. iusto enim non est lex posita, vbi enim spiritus Dei
ibi libertas, sic autem viam mandatorum Dni libere cur-
rimus, si dilatatum cor nostrum in Dei caritate habe-
amus,

Et autem in libello hoc tanquam in speculo
possitis inspicere ne per obliuionem aliquid
negligatis semel in septimana dobis legatur

Deo legi frequenter praecipitur, quamuis memorit teneamus.
Et autem Jacobus dicit. qui perspexerit in lege perfectae li-
bertatis et permanserit non auditor obliuiosus factus, sed
factor operis, et bene hunc libellum dicit speculum, quia in
eo tanquam in speculo inspicere possumus, quales sumus
siue pulchri siue foedi, siue iusti siue iniusti, vtrum quisque
nrum, regulariter viuat, vtrum proficiat, an deficiat, v-
trum Deo placeat an displiceat, scriptura quippe sacra
nostram nobis repraesentat imaginem ostendit quid formosum
quid deforme sit in anima, et qualiter pulchritudo iustitiae
debeat observari, qualiter debeat virtutum decor com-
poni, quo vitiorum maculas oporteat abstergere. prauorum
vsus est mala semper agere, et quae egerim numquam re-
tractare quidquid faciunt coeca mente pertranseant, ac
contra sancti viri in scripturis sacris quotidie serpes non
cessant inspicere vitam suam, moresque suos vigilantes pen-
sare. et si aliquid deforme vel incompositum vel inordi-
natum invenerint, mox secundum quod scriptum vident
reformare, et componere se student quatenus sancti et imma-
culati coram

culati coram Domino tam in Corpore inveniant quam in anima ideo psals dicit, tunc non Confundar cum perspexero in vibus mandatis tuis, et Apostolus ammonet dicens: Renovamini spiritu mentis vestrae &c. et iterum noster homo interior renovat de die in diem unde apte subiungitur Et ubi vos inveneritis ea quae scripta sunt facientes, agite ~~gratias~~ Deo bonorum omnium largitori. Gratiarum actio patri luminum a nobis semper detur, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum scriptura testante descendit: Nemo enim est Donis Beatus qui donanti exstitit ingratus, aplus enim inquit: quid habes quod non accepisti? quid gloriaris quasi non acceperis. Merito ergo Dno nostro gratias agere ammonemur ut agnoscat homo, si quid bene vivit Dei gratiam se habere. et ut si proficiat in Dilectione iustitiae non se aliunde Consecuturum, quae cogitatio pium facit. ipsa est enim sapientia, quae pietas vocatur, qua colitur pater omnium. Colitur autem sacrificio laudis, actionisque gratiarum, ut cultor eius non in semetipso: sed in illo glorietur, ubi autem quisque vestrum sibi videat aliquid deesse doleat de praeterito, caveat de futuro, oret ut sibi debitum dimittat et in tentationem non inducatur: &c. Amen

Sequitur modus
Creandi Religiosos Re-
ligionis seu Ordinis nostri
et recipiendi ad professio-
nem

Haec sunt quae requiruntur
ab intrantibus religionem Sanc-
ti Anthonij et quando recipiun-
tur in fratres et Canonicos ibidem

primo

Primo quod sit de legitimo matrimonio
Secundo quod non fecerit votum intrandi aliam religionem
Tertio quod non dederit corpus suum alicui mulieri
Quarto quod non sint obligati creditoribus propter quam obligationem posset religio sustinere damnum

Sequuntur vota quae facere debent

Primo vocent obedientiam, quod erunt obedientes superiori suo relinquentes totaliter voluntatem suam
Secundo promittent castitatem bene et integre custodire
Tertio paupertatem, quod nunquam habebunt proprium sine voltate sui superioris
Quarto quod custodient et tenebunt Regulam B: Augustini nobis datam per sanctam Romanam Ecclesiam
Quinto quod servabunt omnia statuta ordinis sti Antonij facta et fienda

Postea interrogatur

Vis omnia ista supradicta bene et devote servare sicut bonum decet Religiosum Respondet ita tunc debet ei dicere ac demonstrare duritiam ac asperitatem ordinis: dicendo frater tu habes unum annum probationis in ordine tali conditione; quod si tua societas ordini placuerit retinere te potest: si vero non placeas ordini, relinquere te potest. et similiter idem tu habes privilegium quod potes exire infra annum vel Remanere

Quibus factis dicuntur hi psalmi

psal: Deus in Adiutorium &c. gloria patri psalm ecce quam bonum &c. psalm. ecce nunc benedicite Dno &c psalm: laudate dnum in sanctis eius. Kyrie Eleyson, Christe eleyson. Kyrie Eleyson, pater noster et ne nos. vers. Ego Dixi Dne miserere mei R sana animam meam quia peccavi tibi. vers: salvum fac servum tuum R Deus meus sperantem in te. vers. mitte ei Domine auxilium de sancto R. et de syon tuere eum. vers. Dne exaudi orationem meam. R et clamor

meus ad te

meus ad te. Dnus vobiscum R. et cum spiritu tuo

Oremus

Deus qui Aplis tuis praecepta dedisti, ut sanctae divinitatis, et incarnationis fide mirabili, se invicem docarent fratres et paulum Jacobum et Joannem pro exemplo constituisti, bene ✠ dic hunc famulum tuum N. qui se hodie in tuo nomine fratrem fieri constituit; ut a modo deinceps per te nunc et in futurum valeat coronari, per Chrum Dnum nrum Amen Oremus

Deus qui ad aeternam vitam in te credentes filios advocasti, manus in Aplos extendisti, et in tuo noie petrum et paulum, Jacobum et Joannem ac philippum Germanos esse voluisti: exaudi nos pro famulo tuo N. utqp se hodie in amore tui nominis fratrem Confirmari voluit, crescat in eo amor sicut in Aplis tuis petro et paulo: timor ut in patriarchis: Dilectio ut in sergio et Baccho: castitas ut in melchisedech: veritas ut in Abraham: Humilitas ut in moyse; soliditas ut in petro: adiuvante te domine nro Jesu Chro, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus per omnia saecula saeculorum. Amen. Oremus.

Dominator Dne Jesu chre, qui fecisti hominem ad Imaginem et similitudinem tuam, qui praecepisti sanctis apostolis tuis philippo et Bartholomaeo fratres fieri, utque consuetudini carnali non obligati, sed fide et spiritu sancto et quemdm sanctos martyres tuos Sergium et Bacchum fres dignatus es fieri, ita Bene ✠ dic huic famulum tuum N. consuetudine, fide et spiritu sancto, Da ei intra se amorem sine odio, ut sine scandalo sit oibus diebus vitae suae, per intercessionem genitricis tuae virginis Mariae. quia te decet ois honor et gloria, per infinita saecula saeculorum. Amen Deinde Benedicuntur vestes

Vers: Dne exaudi oro. R. et clam.. vs. dnus vobis. R. et cum spu Oremus Dne Jesu chre qui tegumen nrae mor-

mortalitatis

talitatis induere dignatus es obsecramus immensam lar:
gitatis tuae abundantiam, ut hoc genus vestimenti quod
sancti patres ad innocentiae et humilitatis indicium secu
lo abrenunciantes ferre sunxerunt, ita bene ✠ dicere dig
neris, ut famulus tuus, qui hoc usus fuerit te induere
mereatur. qui vivis et regnas. ℟.

Hic fit aspersio qua facta recipi:
endo mantellum dicitur

Per istam regulam damus tibi societatem nram atque frater
nitatem ordinis B. Antony Hic imponatur ha:
bitus, dicendo hos psalms. psalm. Deus misereat
nri psalms. levavi oculos psalm. ad te levavi. Glor. patri ℟.
Kyrie Christe. Kyrie leison. pater noster, et ne nos ℟. ℣.
salvum fac servum tuum Dne ℟ Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Dne auxilium de sancto ℟ et de sion tuere eum.
℣. esto ei Dne turris fortitudinis ℟ a facie inimici. vers.
Nihil proficiat inimicus in eo ℟ et filius iniquitatis non
apponat nocere ei. ℣. Dne exaudi. et clam. Dnus vob. et cum
spu

Oremus

protege Dne qs hunc famulum tuum N. et gras tuae in eo
Dona multiplicia, ut ab oibus sit liber offensis, et tempora
libus non destitual auxilijs, et sempiternis gaudeat institu
tis. per Dnm nrum ℟. Amen.

Tunc recipiatur per manus iunctas di
cendo.

Nos te suscipimus in frem. facimusque te in oravibus et in
omnibus opibus bonis participem videlicet: in hymnis psal:
mis et canticis spiritualibus vigilijs ieiunijs, et Eleemo:
sinis et alijs pijs operibus et perducat te Dns ad regnum
Coelorum qui cum patre ℟. Amen

Post haec eo ad osculum recepto can
tatur

Veni sancte spus ℣. confirma hoc deus quod operatus es in
nobis ℟. a templo sancto tuo quod est in Hierusalem

oremus

oremus

~~[illegible]~~

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere

Professio Expressa

Ego fr. N. canonicus Monry sancti Antony ordinis sancti Augustini in viennen. Dioce expresse profiteor dictum ordinem B. Antony et stabilitatem Corporis mei Ecclie dicti monasterij viennen. Diocl. promitto coram Deo et sanctis eius in manibus, et in praesentia Rdi in chro patris Dni N. Dei gratia Abbatis dicti monasterij praelati mei; et Coeterorum astantium; in emendationem morum meorum praecipue in castitate et sine proprio, in obedientia vivere secundum gratiam in Deo mihi collatam, et virium mearum facultatem, vobisque Dno Abbati praelato, meo et vestris successoribus canonice intrantibus, et sanctae sedi Apostolicae, subiectionem obedientiam et reverentiam a sanctis patribus constitutam secundum Regulam B. Augustini, salvo ordine meo, perpetuo me exhibiturum promitto. Cum perlegerint alta voce singuli accedunt ad Altare et offerunt reverenter scedulam, in qua scriptus est sequens versus scilicet suscipe p. altari deosculato, et dicto ter praedicto versu, alta voce: Ps. suscipe me secundum eloquium tuum et vivam, et non confundas me ab expectatione mea. Tunc flectant genua ante Altare incipiente praelato antiph. sine cantu. suscepimus deus mcam tuam in medio templi tui.

Deinde dicuntur psalmi per ordinem

psalm. Magnus dnus et laudabilis nimis psalm: miserere mei deus psalm: Ecce quam bonum semper cum Glor: patri. Deinde Antiph. suscepimus deus 5 Kyrie Christe Kyrie eleison pater noster. et ne nos R. sed libera. vers. falcium fac servum tuum, R. deus meus speran in te. Ps. mitte ei

auxilium

auxilium de sancto R. et de sion tuere eum. V. esto ei Dne turris fortitudinis R. a facie inimici. V. Nihil proficiat inimicus in eo R. et filius iniquitatis non apponat nocere eis V. Dne exaudi. Dominus vobiscum OREMUS

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo N. et dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis aeternae, ut te donante tibi placita cupiat, et tota virtute proficiat per chrum Dnum nrum

Deus qui revertentibus a saeculo mansionem in coelis praeparasti dilata huius congregationis temporale habitaculum coelestibus bonis et praesta ut supnae teneatur compage caritatis unanimes atque continentiae praecepta custodiant sobrij simplices quieti gratis datam sibi gram professionis suae fuisse cognoscant concordet illorum vita cum nore ut professio sentiatur in opere per chrum Dnum

Deus qui non vis mortem peccatorum sed poenitentiam et emendationem semper inquiris, miae tuae clementiam humiliter imploramus, ut huic famulo tuo N. secularibus actibus renuncianti largam pietatis tuae gram coelitus infundere digneris, quatenus castris tuis insertus tibi militando stadium vitae praesentis percurrere valeat, et bracium aeternae remunerationis percipiat per D. N. Amen

Dne iesu chre, qui es via sine qua nemo venit ad prem quaesumus clementiam tuam ut hunc famulum tuum N. carnalibus desiderijs abstractum regularibus disciplinis subijcias, et qui peccatores vocare dignatus es dicens: venite ad me oes qui laboratis, et onerati estis et ego reficiam vos, praesta ut haec vox invitationis tuae in eo convalescat, quatenus onera peccatorum deponat, et tuam dulcedinem gustando tua refectione satiari mereatur, et sicut attestari de tuis ovibus dignatus es, agnosce eum inter oves tuas, et ipse te ita agnoscat, ut alienum non sequatur sed te, neque audiat vocem alienorum sed tuam qui dicis qui mihi ministrat hic me sequatur. qui vivis et regnas Deus &c. Amen

Deinde

Deinde recipitur de more ad pacis osculum.

Sequitur modus conferendi beneficium

Rdus Dnus praeceptor in praesentia duorum testium iubet per Ntm instrumentum collationis alta voce fri flexis genibus et nudo capite ante se provoluto praelegi quo lecto frater dextra manu ad pectus loco iuramenti apposita, iurat et promittit contenta in hoc fideliter observare velle. Deinde Rdus Dnus praeceptor confert per beretri capiti suo impositioem dicendo: in nomine Dei patris et filij et spus sancti, do et confero tibi hoc officium vacans &c in altari S. N. et in ecclesia nostra, et mandat Nto vi possessionem ei tradat. hanc collationem Nts subscribit, et Rdus Dns praeceptor sigillat. postremo Rdus Dns praeceptor reversale a Nto et fratre religioso subscript repetit atqs custodit.

Forma instrumenti

IN NOMINE DOMINI AMEN. Tenore praesentis publici instrumti cunctis pateat evidenter et sit notum, quod sub anno a nativitate Dni &c indictione &c pontificatus autem sanctissimi in ehro patris et Dni N. Dni &c divina providentia pp &c anno &c die quidem &c hora &c coram reverendo patre ac venerabili viro Dno &c N. Generali praeceptore Domus sive praeceptoriae Divi Antonij in colonia nec non vicario gnrali et speciali praeceptoriarum per universam Germaniam constitutarum a reverendissimo patre ac Dno nro divina miseratione Abbate inclyti Monrij sti Antonij de Sancto Antonio viennen diocesis tanquam superiore totius ordinis sancti Antonij deputato et etiam in vim privilegiorum a diversis summis pontificibus huic praeceptoriae sancti Antonij Coloniens gratiose concessorum in mei Ntrij publici testiumqs infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum atq rogatorum praesentia personaliter constitutus honorabilis et religiosus fr D. N. eiusdem Domus sive praeceptoriae sti Antonij colonien fr religiosus, et praesbyter prinlis principaliter

cipaliter pro se ipso in omnibus melioribus modo via, iure causa, forma et effectu, quibus melius et efficacius potuit ac debuit praefato suo Dno N. praeceptori, grali et vicario supra dicto simpliciter detecto capite, et humili qua decet instantia, viua voce, flexis genibus propter deum supplicauit, quatenus sibi officium vacans certarum missarum heb: domadatim in Altari N. in ecclia sancti Antonij colonien legendarum conferre, et de eodem cum omnibus suis iuribus et pertinentijs providere, seqp ad illud instituere seu potius de eodem inuestire dignaretur, quod alias quidam religiosus fr N. nuper defunctus, dum viueret obtinebat. Memoratus igitur R. D. N. praeceptor et vicarius diligenter perpendens, maturoqp consilio animadvertens. quod homines christianos et praecipue sacerdotes qui sunt Rom. christi fidelis ecclesiae lucernae sollicite considerare oporteat: ne qui plus Coeteris in hoc mundo accepisse cernuntur, ab auctore mundi inde gratiis iudicentur. cum enim augentur Dona, rationes etiam crescunt donorum, tanto ergo humiliorem atqp adserviendum Deo promptiorem quisqp debet ex munere. quanto se obligatiorem respicit in reddenda raoe, insuper si religiosus frater N. numquam rebellis sed semper humilis et obediens esse velit R. D. suo Abbati, nobis praeceptori et vicario nostrisqp successoribus canonice intrantibus, in licitis et honestis; atqp deligenter hmoi offcm respicere, et missas debito tempore et hora consueta cantare seu legere, nec non oibus et singulis missis horis Canonicis, matitunis, primis tertijs sextis nonis vesperis et Completorijs alijsqp horis diuinis, memorijs defunctorum et Benefactorum huius Domus, quae semper in septimana ter videlicet: Die lunae mercurij et veneris fient nisi festum Duplex vel maius Duplex impediat more solito, et Consueto interesse et eadem diligenter et Deuote Respicere, prout tenetur, veterius promittere

promittere velit, sub poena priuationis hmoi officij nisi
rationabilis causa vel infirmitatis vel specialis licentiae dicti
Dni praeceptoris et vicarij seu eiusdem locum tenentis pro
tempore intercesserit siue obstiterit, et tunc R. D. praecep
torem et vicarium sibi D. et fri N. prinli de speciali gratia
hmoi officium conferre, eiusdemque petitioni annuere
et sibi de eodem cum omnibus iuribus et pertinentijs prouidere
velle. videlicet quotannis altera siue tertia die post
festum gloriosi Confessoris Sti Antonij pro beneficio
siue vestiario, vt semper moris et laudabilis consuetudo
fuit, octodecim aureos Rhenen, et de pntijs quoque chori
quas pntiarius pro tempore inter fratres et religiosos dis
tribuit, per integrum Responderi velle, dixit. praeterea
praecepit R. D. praeceptor et vicarius, quod praefatus N.
debet consortia peregrinorum et ciuium et frequentes pota
tiones vitare, in choro in mensa, in Ambitu Domus cum
Conuenienti habitu stare sedere et incedere, nec sine speci
ali licentia Domum exire. ad haec quod omnino abstinere
debeat. ab omnibus Clandestinis colloquijs fratrum religiosorum
inter se: multo autem maxime a coniurationibus vel
conspirationibus quae tendunt in praeiudicium vel vili
pendium R. D. Abbatis vel Dni praeceptoris. Item quod
vltra collatum hoc officium nihil proprij sine R. D.
Abbatis vel praeceptoris sui habere, neque se administrator
rerum et negotiorum ad hanc domum Sti Antonij perti
nentium sine speciali mandato D. praeceptoris immiscere
sed liberam administrationem iuxta statuta D. praeceptori
relinquere et per omnia voto suo quod tempore professionis
praestitit satisfacere debeat, sub poena suspensionis et
priuationis si in malitia perseuerauerit. saepedictus
tunc frater N. prinlis praemissa omnia et singula prout
praemissum ac propositum extat medio suo Juramento
ac promissione alias R. D. praeceptori et vicario eiusque
successoribus

successoribus tempore primaeva suae receptionis et pro
fessionis per ipsum praestita fideliter et diligenter implere
velle promisit et firmiter addixit unde tunc R. D. praecep
tor et vicarius saepe fato fri N. principali ante pedes
suos nudo capite, cum ea quae decet reuerentia inclinanti
et id humiliter, uti praemittitur petenti, dictum officium
cantar. missarum in praetacto Altari S. N. seu alias in
Ecclia D. Antony p dicta hebdomadatim legendarum mo
do praemisso vacans, ne illud diutinae vacationis deploret
incommoda simpliciter propter Deum contulit, sibique de
eodem cum omnibus iuribus et pertinentijs suis per beretri ca
piti suo impositionem prouidit, et ad illud instituit eundem
curamque et onera diligenter perficienda commisit, Necnon
eidem fri religioso principali de fructibus et obuentionibus
eiusdem officij Responderi mandauit committendo mihi Noto
publico infrascripto gtus eundem in corporalem realem et
actualem possessionem dicti officij iuriumque et obuentionum
illius ponerem et induerem. Unde Ego Nts publicus infra
scriptus ad infra scripta legitime requisitus, in vim Colla
tionis et provisionis hmoi, nec non mihi Noto publico in
frascripto factae commissionis vigore, eisdem Anno, indic
tione, pontificatu, mense, die et hora praedictis praefatum
frem N. principalem in et ad Corporalem realem et actualem
possessionem dicti officij iuriumque et pertinentiarum omnium
eiusdem, per tactum quatuor cornuum dicti Altaris S. N.
libri Missalis calicis et ornamentorum ad saepe dictum Al
tare spectantium posui et induxi. sibique eorundem veram
realem Corporalem, et actualem possessionem tradidi et
assignaui, oneraque eiusdem officij sibi prout melius
potui et Debui commisi. super quibus omnibus et singulis
praemissis saepedictus fr N. principalis sibi a me No
tario pub

tario publico infrascripto unum vel plura publicum
vel publica fieri atque confici petiuit instrumentum
et instrumenta Datum et Actum Coloniae in praecepto
ria praedicta in maiori superiori stupha et respectiue
in ecclia praedictae Domus pntibus ibidem prouidis et dis
cretis N. et N. testibus ad praemissa vocatis spr
atque rogatis.

Religionis Sancti Antonij viennen. Sacræ Reformationis liber incipit feliciter

I IN NOMINE DNI AMEN Anno Chri 1477

Anno incarnationis dnicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, indictione ~~undecima~~ die vero vicesima sexta mensis februarij. pontificatus sanctissimi in chro pris et Dni nri Dni sixti, divina providentia ppæ IIII. Anno septimo, apud monasterium S. Antonij ad Romanam Ecclesiam pertinentes ordinis S. Augustini viennens Diocesis et in capella B. michael. loco solito consueto et assignato pro caplo conventuali eiusdem monasterij tenendo; ibidem personaliter constituti et congregati Rdus in chro pr Dns Joannes permissione divina Abbas præfati monasterij necnon venerabiles et magnæ religionis viri fres Guilmus Guillionis Decretor Doctor boteriar. petrus mitte de capratijs in Decretis licentiatus in Mennæ. Joes vacharelli Decretor Doctor operarius Dicti monasterij et vapmcen, Antonius de Rupemoora Decretor Doctor Albien Domor S Antonij præceptores Generales Aymericus valerandi sacrista maior. Joes de S. Marcello Sacrista B. mariæ. Franciscus Tozelli præceptor Sanctæ crucis, loco venerabilis fris philippi de veirmis prioris Dicti Monrij absentis, et Baltazarus Bermondi præceptor Albien. reformatores huius sacræ universalis Religionis ~~Religionis~~ S. Antonij per caplum generale ultimo in dicto monasterio celebratum electi et nominati ut vefra patebit. Necnon franciscus de vlesiaco præceptor viennæ. Antonius de poepia infirmarius Petrus rapassonis petrus formondi, Joes Robinardi, Joes Cobone Correrius Jacobus pererij Desiderius petineti claudius procheti. Antonius Cappanesij subeleemosinarius Canonici claustrales præfati monasterij. Michael Boerij Tholosæ et Antonius Sigandi de Biollio Domor S Antonij præceptores conventum eiusdem monrij facien, et repræsentantes, pia in domino Consideratione recolentes. quod nuper in sacro generali caplo prædicto ascensionis Dnicæ pxime præterito præfatus Rdus Dnus Abbas cum suo Conventu Necnon DD. præceptores gnrales priores

Statuta noua et ordinationes Condendi, et alia et alias cassandi, et annullandi, censura ecclesiastica coercendi poenas et multas imponendi, et alias quomodolibet Coercendi, prout eis secundum Deum et Conscientiam videbitur expedire, et generaliter totam ipsam religionem tam in capite quam in membris reformandi, Decernen etiam, et auctoritate huius sacri capli difinien, quicquid per ipsos reformatores, vel ipsorum maiorem et sanciorem partem, actum gestum, correctum, mutatum dispositum ordinatum et gnraliter reformatum fuerit plenum et perpetuum firmitatis robur obtinere debere, non obstantibus contrarijs quibuscunqp, et vt tampium, salubre, et laudabile opus non longius protrahatur, ipsis dnis sic Electis et eorum cuilibet in virtute sanctae obedientiae praecipimus et mandamus, et ob viscera misericordiae Dei nostri rogamus quatenus in principio futurae quadragesimae ipsi et eorum quilibet vel ab ipsis Dnis praeceptoribus Ranuersi et Flandriae commissi et Deputati apud istud Monasterium S. Antonij viennen personaliter se transferat pro ipsa reformatione, Altissimo concedente inchoanda et prosequenda qui siquidem Reformatores praedicto tempore in monasterio congregati, antequam reformationis praedictae negotium aggrediantur, recepto prius ab eisdem et eorum quolibet corpore Chri, iurabunt et iurare tenebuntur in manibus Rdi Dni Abbatis super sancta Dei Euangelia quod oibus poshabitis, odio fauore Rancore, ira seu inordinata affectione ipsa, secundum Deum, et conscientiam suam sub periculo animarum suarum, solum Deum prae oculis habentes, ipsi negotio Reformationis intendent diligenter et vacabunt, et similiter iurabunt dictam reformationem tenere secretam, et nemini propalare ante publicationem

licationem ipsius, in proximo gnrali capitulo per eos fiendam.
et Demum per sedem Aplicam confirmandam. Similiter ordina
mus quod die quolibet quo ipsi reformatores intendent seu
vacabunt negotio ipsius reformationis dicetur vna missa
de mane Sancti spiritus submissa voce, in qua interverunt
ex ipsis Reformatoribus illi qui commode potuerint interesse
et post ipsam missam intrabunt negotium ipsius reformationis
et conuenient in loco per eosdem Conuersando pro eadem refor:
matione fienda. Iterum diffinimus, ordinamus et declaramus
quod pro futuro celebrando capitulo vocentur omnes praecepto:
res gnrales, et subditi quorumlibet nationum, quo poterint
legitime euocari et quod oes quorum facultates subpetere
possint, ad veniendum sub poena inobedientiae venire tenean:
tur, vt oes interfint in ipsa reformatione publicanda, quam
Altissimus sua summa et ingenti clementia et Benignitate me:
ritis Beatissimae virginis Mariae et B.ssimi patris nostri
Antonij ad finem debitum et optatum perducere dignetur.
Vnde praefati R. D. Abbas Dniqs praeceptores Reformatores
et alij supernominati etiam ad hoc per sanctam sedem Aplicam
commissi et deputati per lras aplicas quarum tenor in:
ferius in actibus praesentibus suis loco et ordine inseretur.
Volentes tam pium opus caritatis ardore prosequi pro incho:
anda ipsa sacra reformatione dicta die vnanimiter congregati
facta prius processione solenni ac missa Sti spiritus conci
one exultabili per ipsum Dnum Abbatem celebrata pretioso:
qs chri Corpore per oes Dns Electos Reformatores ibidem p
ntes et nominatos paulo prius per ipsorum quemlibet in mis
sis suis humiliter recepto ipsi R. D. Abbas et Docti Dni Electi
Reformatores praefati ad praestandum iuramentum solenne
et ordinatum vltate vnanimi processerunt, in hunc
qui sequitur modum

forma Iuramenti

3 Quod praesfit R. D. Abbas pfatus

nos Joannes

Nos Joannes Abbas inclyti Monasterij S. Antonij Viennens Juramus coram Deo et sanctis Reliquijs huius Ecclesiae nrae S. Antonij quod in fienda sacra Reformatione status totius nrae religionis, tam in capite quam in membris secundum Deum et conscientiam, diligenter vacabimus et efficaciter intendemus. non siquidem odio non rancore non fauore, seu particulari aliqua commoditate seu affectione ducti ad aliquid agendum perperam opinandum seu diffiniendum quoquo ducemur. sed solum Deum praeoculis habentes, et quae sua sunt, tantummodo quaerentes animorum salutem et Coiem religionis utilitatem, iuriumque nrorum conservationem crebris desiderijs affectantes, iuxta quod nobis Deus ex alto concesserit, in ipsa fienda reformatione praesidebimus et uniformiter assistemus, Corrigendo Diffiniendo, et Reformando cum fribus nris ad hoc Deputatis, ipsius religionis nrae statum uniuersalem tam in capite quam in membris sic nos Deus adiuuet

Forma Iuramenti Dnor Reformator

Ego frater N. Juro coram Deo et sanctis reliquijs istius Ecclesiae B. Antonij viennen et coram vobis Rmo in Chro patre et Dno D. Joanne Abbate huius inclyti Monasterij, quod in fienda sacra Reformatione, uniuersalis status nrae Religionis S. Antonij tam in capite quam in membris, in qua siquidem reformatione, alter ex reformatoribus per sacrum Grale capitulum nri praefati ordinis electus, et per sanctam sedem aplicam commissus, et Deputatus sum, secundum Deum, et conscientiam diligenter intendam, et vocabo non siquidem fauore propria commoditate seu particulari aliqua affectione, non odio non rancore seu malignitate aliqua ductus ad quicquam perperam agend opinand vel diffiniend in ea reformatione ducar, sed solum Deum praeoculis habens, quae sua sunt tantummodo perquirendo animorum salutem, et coiem nrae religionis utilitatem, et iurium Dni nri Abbatis praefati conservationem crebris

Desiderijs

Desiderijs affectando, iuxta quod mihi Deus ex alto concesserit in ipsa fienda reformatione assistere, et cum alijs Dnis Co: electis reformatoribus et Difinitoribus intendere et recte diffinire conabor, sic deus me adiuuet, et haec sancta Dei Euan: gelia per me Corporaliter tacta ipm sig videm Juramentum modo praemisso praestiterunt praefati. Rx Dns Joannes Ab: bas, Dicti Monrij S. Antonij viennen. nec non ipsi Dni Reformatores, vnus post alium, videlicet Dni fres praefati. Guilmus Guillionis Boteriar. Decretor. Doctor. petrus Mitte de Caprarijs in Memmingen, Joes Vacherelli vapincen Antonius de Rupemora Alben Decretor. Doctores, Franciscus Tozelli sanctae crucis loco et nomine Dni fris philippi de Veirmis prioris Claustralis Dicti Monrij Domor. S. Antonij praeceptores Grales Aymericus valerandi Sacrista maior Joes de Sancto Marcello Sacristae mariae, et Baltazarus Bermondi Albien praeceptor quo sig videm Juramento per eos vt praemissum est facto et praestito Dns Abbas, et reforma: tores praefati ordinarunt Missam S. spas, qualibet die de mane dicendam, ante ingressum ipsius Reformationis in capella quam sub vocabulo quatuor sanctor. Doctor. sanc: tae matris Ecclesiae vulgariter Dictam capella Flandriae Rdus in ehro pater bonae memoriae quondam Dns Hum: bertus Abbas Dicti Monasterij fundauit, et ordinarunt lo: cum pro dicta reformatione fienda. videlicet in Camera Rubea domus Abbatialis sic vulgariter Dicta, et horas videlicet de mane, septima hora et postprandium hora secunda. Decernen et declaran pfati Dni Abbas, et Refor matores, ad pfatum reformationis negotium feliciter inchoandum alios dnos Refortores absentes Electos pau: ciores in numero dictam expectando procedere debere et procedere assignando horam secundam post meridiem

huius Diei in

huius Diei in loco prædicto. ulterius his peractis iu-
rauerunt præfati Rdus Dns Abbas et Reformatores sub
forma iuramenti per eos et eorum quemlibet ut supra facti
Dictam reformationem tenere secretam, et nemini propalare
ante publicationem ipsius in proximo grali capto fiendam
et demum per sanctam Aplicam confirmandam facta fu-
erunt hæc ubi supra, sub anno indictione, Die mense
et pontificatu prædictis, pntibus ibidem Rdo. venerabili
Egregio nobili et honestis viris Dnis philippo de Bello-
monte, sanctæ sedis Aplicæ protonotario. Antonio Drum
Decretorum Doctore canonico Brinaten Antonio Rotherij
Joe Andry et Joanne Bernardi Anicen Xanten et
Lugdunen Dioces. testibus ad hæc vocatis atque rogatis.
Deinde penultima dicti februarij in domo Abbatiali et 4
camera Rubea aggregatis dictis Dnis reformatoribus cir-
ca horam septimam de mane quia Dns præceptor Do-
mus sancti Antonij Ammilliani fuerat auctoritate ul-
timi capli gralis cum ipsis Dnis Reformatoribus, in pro-
motorem, Reformatorem ac secretarium et scribam huius
mei reformationis electus, nominatus et Deputatus, at-
tenta eius absentia, me petrum Guerini clericum auc-
toritatibus Aplica et Delphinali Notarium publicum.
præfatique Rdi Dni Abbatis secretarium, in locum
Dicti præceptoris Ammilliani circa actum Dictum Re-
formationis scribam et secretarium ipi Dni Reformato-
res susceperunt, et nominarunt, præstito prius per me
corporali ad sancta Dei Euangelia in manus eiusdem
Rdi Dni Abbatis, Iuramento in hunc qui sequitur modum
Ego petrus Guerini, iuro quod in scribendo actis
sacræ huius reformaois bene fideliter legaliter, et
secundum Deum, meum officium exercebo absque aliquibus
dolo fraude

dolo fraude seu machinatione in plus vel minus quam dictum vel ordinatum fuerit scribendo, et acta per scripta seu recepta in continenti tradam et expediam requisitus per paternitates destras, vel alicorum quorum poterit interesse, actaque sic per me recepta seu recipienda antedictae reformationis publicationem nemini propalabo, sic me deus adiuuet et haec sancta Dei Euangelia per me corporaliter tacta

Tenor vero Irarum Aplicarum supmentionatarum quarum vigore praefati Dni Abbas et Reformatores ad actum huius sacrae Reformationis processerunt sequitur et est talis

5 Sixtus Epus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam sedis Aplicae providentia circumspecta personas sub religionis observantia, diuinis vacantes beneplacitis studio piae vitae benigno favore prosequitur et quae pro illorum prosperis successibus prouide ordinantur, vt illibata permaneant aplico consuevit munimine roborare, sane pro parte dilectorum filiorum Joannis Abbatis et conuentus monasterij S. Antonij de sancto Antonio, ordinis S. Augustini viennen diocesis ac vniuersorum canonicorum dicti ordinis nobis nuper petitio exhibita continebat. quod nuper in eorum Capto gnrali vltimo in eodem monasterio celebrato pro felici et prospero statu eorundem, Electi fuere sex ex praeceptoribus praeceptoriarum dicti ordinis, qui cum Abbate praedicto et dilectis filijs priore maiore, ac duobus promotoribus dicti monasterij super singul statum et directionem monasterij, et quoad eos ordinis praedicti concernentibus infra certi tum expressi temporis spacium quae eis vtilia viderentur statuere et ordinare haberent et tenerentur, prout in quadam scriptura authentica desuper confecta plenius dicitur contineri, quare pro parte Abbatis conuentus et canonicorum praedictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt Electionis humor pro illius subsistentia firmiori nrae approbationis robur addere, et quae per dictos Abbatem priorem promotores et electos praeceptores

praedictos

prædictos statui et ordinari continget observari mandare aliasq; etiam præmissis oportune providere, de Benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati electionem et traditæ Abbati priori et promotoribus et sex Electis præceptoribus prædictis facultatis statuendi et ordinandi concessionem prædictam Auctoritate Aplica tenore præsentium approbamus et confirmamus, atq; per eosdem Abbatem priorem promotores et sex Electos præceptores prædictos facultatis huiusmodi vigore statui et ordinari continget quatenus honesta fuerint, sub censuris Ecclesiasticis observari mandamus, non obstan constitutionibus et ordinationibus Aplicis et Monasterij ac ordinis prædictorum Juramento, confirmatione Aplica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nræ approbationis confirmationis, et mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et B. petri et pauli Aplorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. petrum Anno incarnat. Dnicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo XIX Kalen februarij pontificatus nri Anno septimo

L De fulginio 6

Sixtus Epus servicus servorum Dei Venli fri Epo Nucerino et dilectis filijs cantori Viennen ac sacristæ Sancti Leonardi de Romano viennen Dioces Ecclesiarum salutem et Aplicam benedictionem, hodie ea per dilectos filios Abbatem et priorem maiorem ac duos promotores Monasterij S. Antonij de S. Antonio ordinis S. Augustini, viennen Dioces. Necnon sex præceptores in Grali caplo universorum canonicorum Dicti ordinis ultimo celebrato in Dicto monasterio ad hoc

Electos

Electos, super singulis statutis Directiom Monrij et ordinis prædictorum. Concernentibus, iuxta facultatem eis desuper concessam, a Caplo præfato statui et ordinari contingeret quatenus honesta forent per alias nras lras sub Cenris Ecclesiasticis observari mandauimus prout in dictis lris plenius continetur. quocirca Discretioni vræ per Aplica scripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut vnus vrum, per vos vel alium seu alios dictas lras et in eis vbi quando et quotiescunqz expedierit, ac pro parte Abbatis et conuentus prædictorum fueritis requisiti, solenniter publicantes, faciatis ea omnia et singula quæ statui et ordinari continget per eosdem Abbatem priorem promotores et sex præceptores prædictos electos, quatenus honesta fuerint, inuiolabiliter observari. non obstantibus oibus quæ in dictis lris volumus non obstare. seu si quibusvis coiter vel diuisim a sede Aplica indultum existat. quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per lras Aplicas non facien plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Contradictores per censuram Ecclesiasticam Appellatione postposita compescendo. Datum Romæ apud S petrum. Anno incarnationis Dnicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo XIX Kalend febr: pontificatus nostri Anno septimo

L De fulginio

7 Vniuersis et singulis pntes lras siue pns instrum inspecturis visuris. lecturis pariter et audituris. Joannes Dei et Aplicæ sedis grãa Nucermus Judex et Executor ad infra scripta vna cum quibusdam alijs infra scriptis nris in hac parte collegis cum illa clausula, quatenus vos vel duo aut

vnus vrum

Dnus vestrum ꝛ per vos et alium seu alios ꝛ a sede pfata
specialiter deputatus, saltem in Dno et nris humor imo ve:
rius Aplicis firmiter obedire mandatis. lras sanctiss. in
Chto patris et Dni N. Dni sixti divina providentia ppe
IIII. vnam videlicet grosam cum filis sericis, rubei
croceiqs coloris, et aliam executoriam, cum cordula canabis
ipsius Dni nri ppe more Rom. curiae bullatas sanas, sequi
dem et integras non vitiatas non concellatas nec in aliqua
sui parte suspectas. sed omni prorsus vitio et suspitione
caren ut in eis prima facie apparebat. Nobis venlum re
ligiosorum virorum dnorum Abbatis et conventus, monasterij S.
Antonij de S. Antonio ordis S. Augustini viennen diocesis princi
palium in eisdem lris Aplicis principr nominatorum coram No
tario publico et testibus infrascriptis pntatas. Nos cum ea qua
decuit Reverentia noveritis recepisse. quarum quidem lrarum
Aplicarum tenores de verbo ad verbum sequuntur successive et
sunt tales: Sixtus Epus servus servorum Dei ad fu
turam rei memoriam. ꝛ Datum Rom. apud S. petrum Anno in:
carnationis Dnicae millesimo quadringentesimo septuagesimo
septimo XIX. Kalen Febr. pontificatus nri Anno septimo
Sixtus Epus servus servorum Dei venerabili fri Epo Nuce:
rino, et dilectis filijs cantori viennen ac sacristae sancti le
onardi de Romano viennen diocesis ecclesiarum saltm et Apli
cam Benedictionem. ꝛ ut supra in folio praeceden. Post
quarum quidem lrarum Aplicarum pntationem et re:
ceptionem nobis et per nos ut praemittitur factas. fuimus pro
parte, dictorum Dnorum Abbatis et Conventus prinlium, ad
quorum et universorum canonicorum dicti ordinis nuper pfa:
tus sanctissimus Dns nr papa. ea quae per eundem Dnum Ab
batem et venerabiles et religiosos viros Dnos priorem maiorem
ac duos promotores dicti monrij nec non sex praeceptores in gra:
li caplo, universorum Canonicorum dicti ordinis ultimo
celebrati

celebrato in Dcto monrio ad hoc electos super singulis sta-
tum et Directionem monasterij et ordinis prædictorum concer-
nentibus, iuxta facultatem eis desuper concessam, a caplo præ
fato statui et ordinari continget, qvatenus honesta forent sub
censuris Ecclesiasticis inter alia observata mandavit. prout in
præinsertis lris Aplicis plenius Continetur, debita cum in-
stantia requisiti qvatenus ad executionem lrarum Aplicarum
earundem, et contentorum in eisdem procedere curaremus, iuxta
traditam seu directam, per eas a sede Aplica præfacta nobis
formam, Nos igitur Joes Epus et executor præfatus atten
dentes requisitionem hmoi fore iustam et consonam raoi
volentesqz mandatum Aplicum prædictum nobis in hac par
te directum reverenter exequi vt tenemur. idcirco auctorita
te Aplica nobis et qva fungimur in hac parte præinsertas lras
Aplicas hmoi et hunc nrum pntem processum ac oia et sin-
gula in eis contenta vobis vniuersis et singulis supradictis in
timamus, insinuamus, et publicamus, ad vestram et cuiuslibet
vestrum notitiam deducimus et deduci volumus per pntes, et
nihilo minus vos oes et singulos supradictos qvibus pns nr
processus dirigitur, et vrum qvemlibet tenore pntium requi
rimus et monemus. primo secundo tertio peremptorie coiq
et diuisim. ac vobis et vrum cuilibet in solidum in virtute
sctæ obedientiæ, et sub infrascriptarum suarum poenis distric
te præcipiendo mandamus, qvatenus infra sex dierum spatium
postqz pro parte Abbatis, et conuentus prædictorum fueritis re
qvisiti super hoc seu alter vrum fuerit requisitus immete
sequentes qvorum sex dierum duos pro primo duos pro secundo
et reliquos dies vobis vnicuiqz et singulis supradictis pro ter
tio et peremptorio termino ac monitione canonica assigna
mus, lras Aplicas prædictas et oia in eis contenta omnia
et singula

et singula ubi quando et quoties expedierit solenniter pub-
licetis et vestrum quilibet publicet, nec non ea quae per
Abbatem, priorem promotores et sex praeceptores Electos
praedictos statui et ordinari continget, quatenus honesta
fuerint, sine contradictione oppositione, difficultate aut di-
latione alia qualibet, inviolabiliter observetis, et vrum qui-
libet observet. ac per alios et ab alijs quantum in Dobis fuerit
publicari, et inviolabiliter observari faciatis, et quilibet
Drum faciat. quod si forte praemissa oia et singula non ad-
impleveritis, mandatisque et monitionibus nris hmoi, imo ve-
rius Aplicis non parueritis realr cum effectu, vos in vos et sin-
gulos praedictos, qui culpabiles fueritis in pmissis, et gralis
in contradictores quoslibet et rebelles, ac impedientes q mi-
nus ea quae per Abbatem priorem promotores et sex praecep-
tores electos praedictos statui et ordinari continget quatenus
honesta fuerint ut pfertur, observentur, ipsisque impedien-
tibus dantes auxilium, Consilium vel favorem publice vel
occulte directe vel indirecte, quovis quaesito colore, cuius-
cunque dignitatis status gradus, ordinis vel conditionis exis-
tant, ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc singulr
in singulos praedictam sex dierum canonica monitione pmissa
excoiem, in cupla vero conventus et collegia quaecunque is his
forsan quod absit delinquentibus, suspensionem a divinis et
in ipsorum delinquentium et rebellium Ecclias monasteria ca-
pellas, et alia loca Ecclesiastica interdicti Ecclesiastici sen-
tentias ferimus, in his scriptis et etiam promulgamus, vobis vero
et dnis reverendissimis et Rdis dnis patriarchis Archiepis
Epis dumtaxat exceptis quibus ob reverentiam vestrarum
pontificalium dignitatum deferimus in hac parte si contra prae-
missa, vel aliquid praemissorum feceritis seu fieri mandaveritis
per vos vel submissas personas, praedicta sex dierum canonica
monitione praemissa, ingressum Ecclie interdicimus. si vero

hmoi

humor interdictum per alios sex dies præfatos sex immete
seqventes sustinueritis, vel alter vestrum sustinuerit vos
in his scriptis simili canonica monitione præmissa suspendi
mus a diuinis, verum si præfatas interdicti et suspensionis
sententias per alios sex dies præfatos duodecim dies immete
seqventes, aio qvod absit indurato sustinueritis, vos in eis:
dem scriptis eadem Canonica monitione pmissa pcedenti excois
sententi auctoritate Aplica prædicta, innodamus Coeterum
cum ad executionem pmissorum vlterius faciendo neqveamus
qvo ad præsens personalr interesse, pluribus alijs arduis in
Romana curia legitime præpediti negocijs. vniuersis et singulis
Dnis Abbatibus prioribus pptis Decanis Archidiaconis Canto
ribus succentoribus Thesaurarijs sacristis custodibus tam
cathedralium qvam Collegiatarum canonicis, parochialiumqz
Ecclesiarum rectoribus siue loca tenentibus, earundem ple
banis, vice plebanis. Archipresbyteris, vicarijs quoqz perpe.
tuis. capellanis curatis et non curatis, Altaristis presby
teris clericis coeterisqz viris Ecclesiasticis ac Norijs et Tabel.
lionibus publicis qvibuscunqz per ciuitate et Diocesin vien:
nen ac alias vbilibet constitutis, et eorum ciuilibet in solidum
super vlteriori executione dicti mandati Aplici et nri facien:
auctoritate Aplica pdicta tenore prntium plenarie com:
mittimus vices nras, donec eas ad nos splr et expresse dux
erimus reuocandas, qvos et eorum qvemlibet in solidum eisdem
auctoritate Aplica requirimus et monemus primo secundo
tertio et peremptorie Coiter et Diuisim eisdemqz nihilominus
et eorum qvilibet in solidum in virtute sanitæ obedientiæ
et sub exois poena qvam in eos et eorum qvemlibet, nisi in:
fra sex dies. postqz pro parte Abbatis et conuentus prædicto:
rum fuerint seu fuerit super hoc requisiti seu requisitus
immediate seqventes, qvos dies eis, et eorum qvilibet pro
peremptorio

peremptorio termino ac monitione Canonica assignamus
fecerint quae eis in hac parte committimus et mandamus
praedicta canonica monitione praemissa ex nunc prout ex tunc
et econverso ferimus in his scriptis districte praecipiendo
mandamus, quatenus ipsi et eorum singuli qui super hac
ut praemittitur fuerit requisiti seu ferit requisitus, ita quod
in his exequendis alter eorum non expectet nec pro alio, nec
per alium se excuset, Ad vos universos et singulos praedictos
et vestrum quemlibet personaliter accedant, et praefatas litteras
Aplicas hunc quoque nostrum praesentem processum, ac omnia et singula in
eis contenta vobis Coeter vel divisim publicent, ubi quando
et quotiens expedierit. Nec non ea quae per Abbatem priorem
promotores et sex praeceptores electos praedictos statui et
ordinari continget, quatenus honesta fuerint, quantum in eis
fuerit, inviolabiliter observari faciant, et nihilominus omnia
et singula nobis in hac parte commissa plenarie exequantur
iuxta praedictarum litterarum aplicarum et contentorum in eis
dem ac praesentis nostri processus, vim formam Continentiam et
tenorem, ita tamen quod ipsi subdelegati nostri vel quicunque
alius nihil in praeiudicium Monasterij Abbatis conventus et
ordinis ac statutorum et ordinationum huiusmodi attentare vale:
ant quomodolibet in praemissis. Nec in processibus per nos
habitis aut sententijs per nos latis, absolvendi et suspendendi
aliquid immutare. in Coeteris autem quae in praemissis nocere
possent, ipsis et quibuslibet alijs potestatem omnimodam
denegamus, et si contingat nos super praemissis in aliquo pro
cedere, de quo nobis potestatem plenariam reservamus, non
intendimus propterea commissionem nostram huiusmodi in aliquo
revocare nisi de ipsa revocatione specialem et Expressam in
nostris litteris fecerimus mentionem. per processum autem nostrum
huiusmodi nolumus nec intendimus, nostris in aliquo praeiudicare
collegis, quo minus ipsi vel eorum alter servato tamen hoc
nostro processu

nostro processu

nro processu in humor negotio procedere valeant prout eis vel
eorum alteri visum fuerit expedire praefatas quisque lras apli
cas et huic nrum pntem processum ac omnia et singula hmoi
negotium tangentia volumus penes Abbatem et conventum vel
eorum procm remanere et non per vos aut aliquem vestrum seu
quemcunque alium ipsis vicitis quomolibet detineri. contrarium
vero facien pfatis nris senys prout in his scriptis latae sunt ea
dem canonica monitione praemissa volumus ipso facto subiacere
mandamus tamen copiam fieri de pmissis eam petentibus et habere
debentibus, petenti quidem proprijs sumptibus et expensis. Ab
solutionem vero omnium et singulorum, qui praefatas nras sencas
seu eorum aliquam incurrerint sive incurrerit quoquomodo
nobis vel superiori nro tantummodo reservamus. In quo
rum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum
pntes litteras sive pns publm instrum processum humor in
se continentes sive continens exinde fieri et per notarium pub
licum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus
sigilliqs nri iussimus et fecimus appensione communiri. Datum
et actum Romae in Domo habitaois nrae. Anno millesimo qua
dringentesimo septuagesimo octavo, indictione undecima die
vero XXVIII mensis Januarij, pontificat. Sanctiss. in Christo
patris et D. N. D. sixta divina providentia ppae IIII anno
septimo. praesentibus ibidem honibus viris Bernardo Nume et
Joanne Orsini clericis monasterien cucitatis et Traiecten.
Diocesis testibus ad praemissa vocatis spli et rogatis
Et Ego Jodocus Anpret clericus Cameracen Diocesis publicus
Aplica et imperiali auctibus Notarius, quia praedictarum
lrarum Aplicarum pntationi et receptioni Coeterisque prae
missis oibus et singulis, dum sicut praemittitur per Rdum
patrem Dnum Joem episcopum Nucerinum Judicem et Exe
cutorem praefatum et coram eo dicerent agerentur, et fierent
una cum praenominatis testibus pns fui, eaque sic fieri vidi
et audivi

et Iudicii in notam sui ex qua hoc pns publicum in-
strumentum sumpsi processum in se continens, manu aliena
me alijs occupato negocijs fideliter scriptum, exinde confeci
subscripsi et publicaui, et in hanc publicam formam redegi
signoque et nomine meis solitis et consuetis, vna cum pfati
Dni Episcopi Iudicis et commissarij appensione sigilli sig-
naui in fidem Robur et Testimonium omnium et singulorum prae-
missorum Rogatus et requisitus: Diuisio huius

Sacrae Reformaois Et primo de Officio Romano perpetuo tenendo cum additione rubricarum novarum et officiorum nouiter editorum institutione

Consequenter praefati Rdus Dns Abbas et reformatores 8
~~tacta~~ secunda hora post meridiem in Camera rubea praedicta
in vnum Capli congregati: inprimis visa ordinatione pfati
capli gralis superius inserta, et alijs quae superius dicta sunt
ipsi Dni Reformatores declararunt et pronuntiarunt ipsos
fore et esse rite et legime congregatos in loco praedicto pro ip-
sa sacra reformatione inchoanda fienda et prosequenda, et
ad ipsam reformationem inchoandam et prosequendam ipsos
procedere et debere procedere iuxta tenorem praefatae diffini-
tionis capli Generalis et procedendo ad actum eiusdem Refor-
maois praefati Dni Abbas et reformatores ipsam reformaoem
per eos fiendam diuiserunt in quatuor partes principales.
in prima siquidem fiet chro auxiliante reformao circa officium
diuinum et ministeria Ecclesiastica, in 2da fiet reformatio mo-
rum et Ecclesiasticarum observantiarum in communi. in ter-
tia de reformatione quorumlibet in particulari videlicet tam
officiariorum claustri, praeceptorum, pauperum, infirmorum
igne gehennali contractorum tam in capite quam in mem-
bris. in quarta fiet reformatio super rebus iuribus et alijs
rebus ordinis, et religionis praedictae. Et inprimis volentes
et merito a principaliori videtur Diuino officio inchoare se-
cundum primaeuam institutionem religionis praefatae, sta-
tutorumque suorum tenorem et continentiam observantiamque
laudabilem

laudabilem et antiquam dictae religionis, voluerunt decla
rarunt et diffinierunt et ordinauerunt praedicti Dni Abbas
et reformatores quod Romanum officium perpetuo in ipsa tota
religione tam in capite quam in membris teneatur et servetur
ad unguem, et quod omnes personae ipsius religionis utantur
Kalendario Correcto ad modum et usum huius monasterij S.
Antonij viennen. adijcientes praefati Dni reformatores quod
in tota ipsa religione tam in capite quam in membris fiat
Dedicationis festum Ecclesiae huius monasterij S. Antonij
viennen. qua siquidem die fuit praefata ecclesia dedicata vi
delicet die vicesima mensis martij, et fiat festum Duplex
sicut in alijs dedicationibus Ecclesiarum est fieri consuetum.
Item infra octauas festi S. Antonij cum sint solennes non
fiat de aliquo sancto, excepto festo Agnetis primo quod habet
officium proprium. infra octauas sicut in die dicatur in
missa. Credo in unum. Die vero octauarum ipsius festi
B. Antonij fiat officium Duplex sicut in alijs octauis so
lennibus. Item etiam de S. Augustino fiat ut consuetum est
octaua solennis, nec fiat de aliquo festo. excepto festo S. De
collationis B. Jois Baptistae, et in ipso festo et octauis di
catur in missa. Credo in unum Deum. scilicet ordinatum est
fieri per Dnum Gregorium ppam undecimum in omnibus festi
uitatibus quatuor Doctorum sanctor. Item in festo trans
lationis eiusdem S. Augustini fiat in tota religione officium
Duplex, et fiet de eodem festo sicut in die Augustini excep
tis oratione et lectionibus. Item in isto monasterio S. An
tonij viennen. fiat festum Duplex de S. Donato Confes
sore, quod est die mensis Augusti, et hoc ad eam fundaois
capellae predicti sancti Donati. item insequendo nouas or
dinationes officiorum curiae Rom. ordinarunt praefati Dni
Reformatores, quod nunquam antea de aliquo sancto, siue
veniat in festo maiori seu Duplici vel alio etiam simplici
fiat commemoratio, sicut antiquitus erat fieri ordinatum
sed de qua

sed de quolibet Sanctorum festiuitate quantumcunque eorum festiuitas simplex fuerit fiat vna die de per se officium expresse ita quod nulla festiuitas Sancti vel sanctorum de toto anno transeat per commemorationem quinimo de quolibet festo fiat officium per se loco et tempore suis vna die. Item visis certis capitulis generalium diffinitionum praeteritarum ordinarunt. vetra consueta et ordinata festa semiduplicia fieri in ipsa religione; festum semiduplex de Sancto fabiano et sebastiano. De Beata Apollonia De Beato Eutropio Xanctensi cuius festum celebrat vltima Aprilis De Beato claudio De Beata Margaretha et Martha De B. francisco et de festiuitatibus terrae seu patriae tam in capite quam in membris ordinarunt fieri iuxta cuiuslibet terrae consuetudinem

Item in festo visitationis B. Mariae fiat festum maius duplex iuxta ordinationem Dni vrbani papae VII et fiat octaua solennis de ipsa festiuitate cum commemoratione Aplorum petri et pauli et dies octauarum ipsorum petri et pauli die quo cadit cum commemoratione visitationis.

Item acceptauerunt consuetudinem ipsius religionis sup commemoratione B. Antonij nullo die ommittenda, durante anno nisi esset festum maius duplex seu duplex, et hoc quocunque tempore. item de festo transfiguratis Dni fiat officium maius duplex per totam religionem sicut ordinatum est per Dnum papam calixtum III. Item iuxta ordinationem Dni Gregorij praefati, in vigilia nativitatis B. Mariae virginis dicatur missa de vigilia sicut in festo Assumptionis eiusdem item de festis exaltationis et inuentionis sanctae crucis omnes procurent habere officium nouum, quo habito fiat integrum officium dictarum festiuitatum, et non fiant commemorationes

Commemorationes sanctorum quorum festiuitates veniunt diebus ipsis. sed suis loco et tempore fiat de ipsis officium per se sicut de alijs iuxta ordinationem Dni papae Martini V. Item ordinarunt quod tempore aduentus fiat ad minus de feria videlicet in quatuor temporibus. et omnibus diebus in quibus laudes propriae descriptae sunt et institutae. Et de festo S. Thomae apostoli. servetur Rubrica antiqua Item in quadragesima fiat de feria ad minus die cinerum. Item in quatuor temporibus et omnibus diebus quadragesimae, in quibus aliquod proprium Rm habetur seu describitur in officio. Tertia officium B. Mariae in choro dicendum in locis in quibus est dicere consuetum declarauerunt praefati Dni refortores quod. Infra octauas Natis Dni Epiphaniae. paschae pentecostes. corporis chri, et festiuitatum assumptionis et natiuitatis B. virginis praedictum officium non esse in choro dicendum sicut nec dicitur in festiuitatibus duplicibus. Respectu vero officij mortuorum semper dicatur ut consuetum est in quibus libet octauis, exceptis octauis praedictis Natis Dni. Ephiae, paschae et penthecostes. Item secundum Dispositionem iuris Cois in missis peculiaribus seu votiuis hymnus Angelicus dici non debeat, ordinarunt de Coetero in dictis missis ipsum hymnum Angelicum non dicendum nisi de B. maria missa diceretur. vel solenniter et Conuentualiter dicta missa peculiaris decantaretur aut talis missa peculiaris seu votiua in honorem B. Antonij diceretur prout hactenus fuit observatum. Item ordinauerunt per totam religionem festum duplex de sanctis tribus martyribus Speusippo Elasippo et Melasippo. quorum corpora in hoc sacro monasterio requiescunt. Item similiter fiat festum duplex per

totam religionem

totam religionem de Sancto paulo primo Eremita. de
Sancto Medardo, et de Sancta felicitate preterea insequen
do ordinationem antiquam et consuetudinem inconcusse
hucusque observatam in praefata religione ordinarunt praefati
Dni reformatores prima die martis cuiuslibet mensis fieri
officium de S. Antonio tam in capite quam in membris et si
festum impediat ipso die martis, tunc ad primam diem veneris
dicta celebratio transferatur, prout est fieri consuetum
Item cum in festo alicuius sanctae non virginis nec martyris
non habeamus legendam ad hoc ordinatam; statuerunt praefati
Dni, quod in talibus diebus qn non erit legenda propria legat
de sermone B. Hieronymi presbyteri sup cantica. et
cum praemissis additionibus, declarationibus, et modificati
onibus praefati Dni refertores voluerunt et iusserunt perpetuo
dictum Rom: officium in tota ipsa religione S. Antonij tam
in capite quam in membris, perpetuis futuris temporibus ob:
servandum. ordinando et huius sacrae reformaois auctoritate
statuendo, quod oes personae huius religionis, beneficiatae
non in sacris constitutae prout de iure tenentur; et etiam
non beneficiatae in sacris ordinibus constitutae ad officium
suum ingraliter iuxta ritum et ordinaoem Rom Curiae atque
suam ipsorum Dnorum reformatorum superius annotatam et descriptarum ordi
nationem sub poena peccati mortalis et alijs poenis a iure
inditis continuo devote dicendum seu decantandum. Et reli
giosi omnes tacite vel expresse professi licet non beneficiati
nec in sacris constituti ordinibus ad officium B. Mariae
et mortuorum die quolibet etiam dicendum efficacit perpe
tuo teneantur, monentes per viscera Miae Dei nri oes et
singulas religionis personas sup dictas, quatenus intima
cordis attentione, mentis exultatione et animi sinceritate
devotionisque fervore quanto magis, cum Dno poterunt et
valebunt

valebunt p̄fatum ipsorum officium impendant Altissimo humiliter et devote, præmium non modicum exinde Annuente altissimo recepturi

9 De missis conventualibus huius monasterij et De ministris Altaris hebdomadarys omittentibus sua officia vel deficientibus in eisdem et de Poena

Item præfati Dni Abbas et reformatores consideran inter alia præcipuum fore et valde necessarium, ut in dicendis missis conventualibus huius monasterij tanta et tam discreta consideratio habeat quod defectus qui in ipsis missis graviores et intolerabiliores viderentur, vigili solertia et disciplina et discretione multiplici præcludantur. ex eorum officij debito ducti, statutis antiquis et constitutionibus dicti monasterij inhærere volentes, statuerunt et ordinarunt, quod hebdomadarius missarum conventualium et aliarum cum nota et Alta voce qualibet die dicendarum in hoc monasterio, nec non ipsius Altaris ministri, ut puta Diaconus, sub diaconus, et alij ministri taliter et cum tanta diligentia et discretione prius provideant, quod in eorum officijs nullo modo deficere valeant sive possint. sive sit in legendo, catando, punctuando, attentuando, vel etiam in alijs observantijs et ceremonijs quibuscumque nec licitum sit aut quoquo modo permissum hebdomadarijs prædictarum missarum seu Evangeliorum alijs personis super hoc committere vices suas, nisi instante necessaria et legitima causa. vel nisi essent tales qui suorum prætextu officiorum, vel alias merito excusari deberent, et adveniente causa legitima p̄dicti hebdomadarij possint super hoc committere vices suas, dum tamen talibus Committunt personis et in tantum discretis, sufficientibus et idoneis, quod defectus aliquis et super p̄missis reperiri minime valeat sive possit. illi vero q̄ iuxta Consuetudinem huiusque observatam an dicto monasterio et debito tenentur ad Evangelia in prædictis Missis dicenda. videlicet oēs curati huius monasterij. Rectores omnium Capellarum, et Eleemosinarij in præmis

nary in præmissis diligenter provideant et intendant ita
quod non possint committere vices suas sup ipsis Euangelijs
decantan nisi in casibus et personis superius annotatis et
quod Diaconus subdiaconus et alij ministri Altaris teneant
personaliter interesse et assistere præsbytero decantanti ipsam
missam, a principio missæ usque ad finem, et hoc sub poenis in-
ferius designatis. Respu vero curatorum, qui tenentur di-
ebus dominicis et alijs necessarijs diebus interesse personaliter
in eorum Ecclesijs parochialibus ordinarunt præfati Dni
reformatores, quod illa die qua ipsi curati sic ut præmittit
erunt occupati, teneant providere circa præmissa de persona
idonea et sufficiente, quæ dictis diebus in oibus conuentualibus
dicere teneantur Euangelium modis et formis superius speci-
ficatis, quacunque consuetudine in contrarium non obstante
quo ad illum vero qui ad Epistolam decantandam in ipsis mis-
sis et hebdomadarius extiterit, præfati Dni ordinarunt ut
nullus ipsam Epistolam decantare præsumat, nisi proprius
capisciolus seu magister nouitiorum illum sic Epistolam dicere
debentem auscultauerit et instruxerit in eadem, et provideat
diligenter cabisciolus ut ipsos Epistolarum hebdomadarios
videlicet in subdiaconatu ac minoribus ordinibus constitu-
tos, et in refectorio legere et servire debentes sicut consuetum
est in missarum tabula conscribat, et in cunctis pmissis
dicendis cantandis et rite gerendis sollicitus sit, pariter et
attentus, si reatus sui periculum decreuerit euitare, præ-
terea ut qui non virtutes amore poenæ saltem formidine
eaque superscripta sunt implere et observare cogantur: vo-
luerunt statuerunt et ordinarunt Dni Abbas et reformatores
pfati, ut quicunque in et super præmissis repertus fuerit
culpabilis, negligens, defectuosus, seu alio quouis modo
remissus, ultra poenas alias per statuta huius monasterij
inditas

inditas, vel per ipsius Monasterij obseruatam consuetudinem introductus, Hebdomadarius deficiens, vel sine iusta causa, vel indigno committens libra sua illius diei in qua defectus vel ommissio facta extiterit, excepto pane integraliter sit priuatus, et dicta libra incontinenti per priorem vel ab eo deputatum pauperibus erogetur. Nec prior claustralis, nec alius quicunque super ipsa libra eadem die dimittenda seu etiam restituenda, quouismodo habeat potestatem seu etiam facultatem et si reiteratis vicibus eadem persona in praemissis reperiatur culpabilis seu negligens vltra praemissa regulari subiaceat disciplinae, quo ad eos vero, qui praebendati non sunt in monasterio et in praemissis deficien et negligen extiterint, grauis vltra consuetam imponatur poena, iuxta praefati prioris arbitrium et talis videlicet quod alij eorum exemplo perterriti a similibus arceantur et diligenter in praemissis observan et implen praefatus prior claustralis provideat, ne in praemissis negligens extiterit seu remissus

10 De alys missis ordinarijs in ipso monasterio fundatis et ordinatis et de deficientium in eisdem poena

Item super cursibus missarum ordinariarum in dicto Monasterio per claustrales eiusdem monasterij rite celebrandarum secundum antiquas eorundem fundationes et dotationes ordinarunt et declararunt praefati Dni Reformatores, quod religiosi claustrales, qui secundum tabulam coem tenentur dicere dictas missas iuxta intentioem fundatorum, easdem missas oio dicant et celebrent per se vel per alios religiosos dicti ordinis horis competentibus et statutis, ac in capellis ad hoc deputatis et hoc sub poena priuationis emolumentorum dictarum missarum, et vltra dictam poenam puniantur arbitrio prioris claustralis et vt praemissa ordinatio non sit delusoria, ordinarunt praefati Dni Reformatores, quod magistri capellarum singulis septimanis die Sabbathi post vesperas oes et singulos defectus dictarum missarum teneantur fideliter et veraciter declarare

ter declarare sub poenis inferius contentis neminem excu
sando nisi ratione infirmitatis aut alias si ipse hebdoma
darius pro servitio monasterij et conventus esset impeditus;
et hoc ad ordinationem prioris et capli conventualis ipsius
monasterij. inhibentes praeterea ne ipse magister capellarum
possit suscipere onus providendi in praedictis missis ultra
tres dies pro quibuscunque religiosis cursum facere debenti
bus, nisi ad hoc ipse magister capellarum religiosum expres
sum habeat qui dictas missas dicere valeat, quem teneat
exhibere praefato priori vel subpriori ipsius monasterij et
hoc sub poena suspensionis dicti sui officij capellarum et
emolumentorum eiusdem per unum mensem quam poenam
ipse prior claustralis remittere non possit

De missa singulis mensibus celebranda ad causam defectuum sigui in missis interve nerint pro fundatorum salute animarum 11

Insuper quia ut dictum est religiosi deficientes in suis missis
celebrandis iuxta ordinationem tabulae communis singulis sep
timanis ponuntur in defectum pro numero dierum quibus de
fecerunt, et sic emolumentum dictorum defectuum consueuit di
uidi inter fres claustrales dicti monasterij. Reseruato pro quo
libet grosso, imo liliardo eidem magistro capellar. et quia is
tud videtur esse in fraudem fundatorum dictarum missarum
ordinarunt praefati Dni taliter super his per priorem claustra
lem providendum fore, ut nullus defectus reperiri possit in ipsis
missis dicendis, et deficientes sigui sint, praefatus prior ulta
poenam superius ordinatam acriter puniat, et casu quo su
per hoc integrlr providere non possit, praefati Dni reforma
tores ordinarunt, quod in aliquam recompensam praemissorum
et pro salute animarum dictorum fundatorum praefati Dni
conventuales teneantur et debeant singulis mensibus videlicet
secunda die lunae cuiuslibet mensis anni celebrare solenniter
unam missam mortuorum et unum anniuersarium grale pro
animabus

Dictorum fundatorum, et in aliqualem recompensam missarum non dictarum, et cum hoc praefati Dni Conventuales debeant Emolumenta dictorum Defectuum in utilitatem ipsius Conventus Convertere sicut Consuetum est, reservata eidem magistro capellarum portione sibi debita seu Consueta

De missis in hoc monasterio feriatim et ordinate dicendis Competentibus et ordinatis locis et horis, ab hora matutinali usque ad horam nonam, ita quod omni hora missae reperiantur in Ecclesia

12 Item cum plures missae sint fundatae per dnos principes praelatos et alios plures et diversos fundatores dicendae singulis diebus in dicto monasterio, ut continue et singulis horis cuiuslibet diei reperiantur missae celebrandae in Ecclesijs monasterij saltem ab ortu diei usque ad horam nonam quod valde erit honestum, utile imoque pernecessarium propter affluentiam peregrinorum igitur praefati Dnus Abbas et reformatores ordinarunt et statuerunt quod missae, quae debent dici secundum fundationem ipsarum hora qua dicuntur, matutinae et horis sequentibus usque ad missam primae inclusive dicantur et celebrentur omnino in capellis in quibus ordinatae fuerint dici videlicet prima missa in capella S. pauli Eremitae missa prima Bossicandi in sua capella, missa regis Jacobi retro magnum Altare inter matutinas et primam, item dum dr prima dicatur missa Dni Humberti Abbatis quondam in sua capella quatuor SS. Doctorum. missa etiam Dni Joannis quondam de monte camito cellerarij in sua capella S. trinitatis, quae debet dici immete post Elevationem corporis Chri missae primae etiam missa Dni Arnoldi de vassant dicenda in capello omnium sanctorum eadem hora, declarantes nihilominus non esse licitum aliquibus Religiosis aut alijs praesbyteris quibuscunque in praesenti monasterio celebrare praedictas missas aut alias quascunque ante auroram diei iuxta dispositionem iuris excepta, si qua ex indulto Aplico ante diem dici et decantari potest. nisi forte aliquibus ex in

dulto Aplico

dulto aplico amplior foret concessa facultas, item veterius ordinarunt, quod immete post missam primae dicantur duae missae simul videlicet una in capella B. Magdalenae et alia in capella trium martyrum, et successive illis dictis decantantur aliae duae missae, una videlicet in capella B. Thomae de Crans, et alia in capella B. Claudij, et illis dictis dicant aliae duae missae, una videlicet in capella B. Annae, et alia in capella S. Crucis, aliae vero missae, quae debent dici in alijs capellis ipsius Ecclesiae dicantur prout hactenus consuetum est. ita videlicet quod qualibet hora diei inter primam et tertiam reperiatur missa celebranda in Ecclesia ipsius monasterij

De hora qua debet tertia pulsari et missa secunda bossicandi et missa Dominorum dici et de missa capellae sancti brachij dicenda post pulsationem nonae diebus singulis in futurum 13

Item pariter ordinarunt quod de coetero a festo B. Michaelis usque ad pascha inclusive hora tertiarum pulsetur immete post nonam horam exceptis diebus vigilearum et ieiuniorum, alio vero tempore post octavam horam, et hoc ut peregrini affluentes ad dictam Ecclesiam de mane venientes possint audire divinum officium in dicta Ecclesia; ordinantes praeterea quod missa ultima Dni Bossicandi de coetero non dicatur, nisi dicta Epistola magnae missae conventualis, missa vero omnium sanctorum, vulgariter nuncupata missa dnorum. non dicatur nisi post Elevationem corporis Chri dictae magnae missae conventualis et ut ipsi peregrini affluentes ad dictam Ecclesiam valeant audire missam saltem usque ad horam undecimam. ordinarunt praefati Dni reformatores, quod missa quae debet dici singulis diebus, videlicet in capella S. Brachij de coetero non dicatur saltem diebus quibus quibus non servatur ieiunium in ipsa Ecclesia, nisi post pulsationem horae nonae, adjicientes propterea quod si dicta missa commode non possit celebrari dicta hora in dicta capella S. Brachij propter magnam affluentiam peregrinorum prout saepissime

continuit

Contingit, quod in eum casum dicatur, et celebretur in capella Dni Bossicandi, et ita pfati Dni Abbas et reformatores ordinarunt statuerunt et declararunt fieri debere de Coetero et observari in dicto monasterio mandando et praecipiendo magro capellarum, ut praemissa ptus officium suum concernunt diligenter et fideliter observet, sub poena in precedentibus articulis mentionem de eo faciēn, mencionata, Nec ante horas superius ordinatas ipse magister capellarum, seu ab eo commissus, missas superius designatas celebrare volentibus capellas aperiat, sub poenis praedictis, declarān nihilominus quod hebdomadarij, qui praedictas missas in capello omnium sanctorum et S. Brachij, si commode non poterint interesse in prandio et refectorio cum alijs dnis, conventualibus, quod nihil perdant de his quae solent dari pro avanturam prandentibus in dicto refectorio. et hoc si tales sint religiosi qui consueverint personalr hora prandij in conventu cum Coeteris religiosis interesse alias secus

14 De Religiosis Claustralibus huius monasterij ad Sacerdotium promouēn et quod claustrariae religiosis non praesbyteris seu in aetate pbrandi constitutis assignari seu conferri non possint

Item ipsi Dni Abbas et reformatores, crebris desiderijs affectantes ut divinus cultus in hoc monasterio talr et tam provide celebretur, quod nullomodo in posterum ob defectum religiosorum in sacris constitutorum, seu alius divus cultus seu missarum celebrāo quolibet cmittatur Considerān quod in isto monasterio sunt fundatae quam plures missae ordinariae singulis ordinatis hebdomadar diebus dicendae et celebrandae quodqs mltoties ob defectum religiosor claustralium qui non sint presbri nec in sacris constituti ordinibus, cursus ipsarum missarum ut praemittitur fundatar fieri seu compleri non possint, quin imo valeant ipsae missae, quod est multum intolerabile indecensqs. unde volentes de efficacissimo sup

hoc remedio providere, non immemores quod propter officium
datur ecclesiasticum beneficium, statuerunt ordinaverunt
et perpetuo valituram constitutionem sanxerunt praefati Dni
Abbas et reformatores quod oes religiosi claustrales pntis
monasterij qui nunc sunt, et imposterum fuerint, in aetate tn
legitima constituti teneantur et debeant se ad oes sacros or
dines facere promoveri, alioquin poenas inferius annotatas
modis et formis ibidem descriptis, incurrant, et ut de Coetero
maior numerus claustralium psbyterorum sit, et esse debeat
in pnti monasterio, qui dictas missas sic fundatas celebrare
habeant, pfati Dni Abbas et reformatores ut sup. statuerunt
et ordinarunt, ut perpetuis futuris temporibus, inter religi
osos claustrales et praebendatos dicti monrij, quorum nrus
pro nunc ad quinquaginta quatuor claustrales ascendit
semper ad minus quadraginta quatuor psbri claustrales
existant q possint et valeant integrum cursum ipsarum
missarum sicut p missum est fundatar vel in ipso monrio
fundandar facere efficaciter et complere, qtus animae
fidelium defunctorum pro quorum salute dictae missae insti
tutae sint pariter et fundatae, suis sine culpa non fraudent
intentionibus tam pijs et memoratu dignis. Adjicien huic
ordinationi, quod quamdiu et quotiescunqs nrus quadragin
ta quatuor religiosorum claustralium psberorum in hoc
monasterio sancti Antonij viennen adimpletus non erit
integrali et completus, vacantes pro tempore seu claustrariae
seu praebendae huius monasterij nulla ratione sive causa conferri
possint, seu etiam assignari religiosis non psberis quibus-
cunqs nisi tales essent, et talis aetatis, quod infra annum
iuxta iuris Cois dispositionem, ad oes sacros possent ordines
promoveri, et collatio dictarum praebendarum aliter facta
sit ipso iure irrita et inanis, illi vero quadraginta qua
tuor claustrales psberi sic assumpti per se ipsos si fieri
potest, alio:

potest alioquin per alias personas ordinis ad hoc sufficienter i:
doneas et discretas praefatum eorum cursum et officium iuxta or
dinationes prius descriptas, et etiam inferius describendas sub
suarum periculo animarum diligenter discrete et fideliter exequantur

15 1 De poena claustralium et officiariorum huius monasterij qui recusant seu differunt ad sacros ordines promoueri

Et ne ipsi religiosi claustrales, et alij huius monasterij officiarij, qui nunc sunt, et in posterum fuerint, et qui presbyteri non sunt, huius praetextu se valeant quolibet excusare. ipsos et eorum quoslibet in aetate legitima constitutos praefati Dni reformatores primo secun:do tertio, et peremtorie monuerunt, ut infra unum annum, a die pub licationis statuti hmoi initiandum se faciant ad omnes sacros or dines promoueri, alioquin suarum praebendarum seu claustriarum fructibus tam diu sint et maneant ipso iure priuati, quamdiu in non recipiendis sacris ordinibus pertinaces exstiterint seu rebel:les decernen etiam eadem poena plectendos omnes illos, qui ordinem praebyteratus assumpserint, si infra sex menses post susceptum eun dem ordinem, impedimento cessante legitimo eorum missam non celebrauerint. Si vero per unum alium alium annum sequentem in non adhuc obediendo, contumaces extiterint seu rebelles; claus trarijs suis, et officijs praedictis sint ipso iure priuati, declaratione tm necessaria in praemissis et nequis de praedicta declaratione aliqmo possit praetendere ignorantiam, ordinauerunt praefati Dni Abbas et reformatores, quod singulis annis hmoi ordinatio in caplo gnali legatur et publicetur. quae quidem publicatio vim monitionis praecisae et peremptoriae quod ad poenarum cursum ha:beat et importet. Circa praeceptores autem ordinis qui recusant seu differunt ad sacros ordines promoueri per praemissa nihil an:tendunt praefati Dni Abbas et reformatores, innouare, sed inferius suo loco poenas iuris et statutorum ordinis contra eosdem declarare adjicientes praefati Dni Reformatores, ut nullus religiosus ipsius ordinis siue sit claustralis seu alias officiarius, aut quodcunque ordinis beneficium habens in caplis gnralibus seu conuentu alibus in ipso ordine celebrandis seu alijs ipsius ordinis Con

gregationibus

gregationibus vocem nullatenus habeat: prout de iure non habet, etiamsi hoc sibi ab alijs libere concedatur nisi saltem in subdiaconatus sit ordine constitutus, prout sanctiones canonicae id exposcunt

De Claustralibus et officiarijs huius monasterij in eodem non residentibus et de Poena 16

Et quoniam propter non residentiam personalem ipsorum Claustralium et officiariorum Ecclesia ipsa in suis officijs plerumque patitur laesionem, attenta quod omnia Beneficia et praesertim religiosorum de iure communi Residentiam requirunt personalem ordinarunt praefati Dni Abbas et Reformatores, ut nullus claustralis seu officiarius huius monasterij absque ea legitima et rationabili ab eodem se monasterio absentare praesumat. quae si quidem Causa tunc fit rationabilis et legitima, si in iure vel dictae religionis statutis vel ordinationibus sit patenter expressa; et in casu non residentiae alias a iure permisso provideatur debite, et loco religiosi tunc absentis de persona sufficienti et idonea, ipsiusque religionis quae possit et valeat in missis et alijs officijs loco absentis personaliter deservire, Adjecen veterius, et ordinantes praefati Dni Abbas et reformatores, ut anno quolibet in capitulo generali tales moneantur publice per lecturam huius praesentis ordinationis, vel alias legitime, quatenus infra sex menses secundum iuris formam si fuerint absentes ad ipsum monasterium revertantur suum altissimo officium impensuri quod si vetra sex menses regressum distulerint aut dilatauerint, procedatur incontinenti ad privationem ipsarum claustriarum et officiorum suorum iuxta canonicas sanctiones, quae inferius suo loco de praeceptoribus non residentibus describentur in tabula suo robore permansuri

De fructibus suspensorum a suis beneficijs propter non promotionem seu non residentiam quibus usibus ipsi fructus debeant applicari. 17

Et quia superius in praedentibus ordinationibus fuit imposita poena privationis Emolumentorum claustralibus et officiarijs

officiarijs huius monasterij negligentibus suam promotionem ad sacros ordines, et contra non claustrales, et officiarios non residentes modis et formis in ipsis ordinationibus specificatis, ne ipsae ordinationes et poenarum impositiones ludibriae sint: ordinauerunt praefati Dni Abbas et Reformatores, quod Emolumenta huius mori et fructus dictorum officiorum, et claustrariae durante ipsa priuatione sint et cedant ad vtilitatem et augmentum Cois ordinis modis tn et formis sequentibus. primo videlicet quod de pecunijs q dantur p Dnum cellarium ipsis claustralibus et officiarijs singulis Annis pro vestiario, et florenorum SS Antonij et Pois tertiam partem retinebit ipse Dns cellarius tanquam executor sup dictarum ordinationum, alias vero duas partes, vna cum alijs oibus pecunijs, quae consueuerunt dari et distribui per conuentum recipiat, Sacrista maior huius monasterij ad hoc specialr deputatus, conuertendas ad vtilitatem huius monasterij. videlicet pro reparatione ornamentorum Ecclia ad ordinationem tn Dnorum Abbatis et Conuentus

18 De officio hebdomadarij Missae maioris et quis in eius absentia in choro debeat incipere et quod omnes Religiosi intersint a principio horae cuiuslibet usque ad finem. et de poena eorum qui contrarium fecerint

Item quod praefati Dni Abbas et Reformatores huius monasterij constitutiones et observantias in sequendo antiquas statuerunt et ordinarunt quod hebdomadarij missae maioris, et Conuentual: huius monastij omnes horas dici per se ipsos si commode fieri pot in choro incipiant, in ipsis horis officiando vti consuetum, nisi cum caa rauabilis et legitima excusaret; et tunc sufficienti et idoneo committere teneatur. Nec alius quilibet religiosus pter ipsius hebdomadarij voluntatem ipso in choro pnte easdem horas incipere quomodo praesumat, sub poena eidem ad Arbitrium Dni

priores

prioris imponenda. cum vero ipse hebdomadarius horae missae maioris, pro eadem celebranda impeditus erit, tunc in choro exerceat, et loco ipsius officiet hebdomadarius missae primae conventualis, circa officium horarum tertiae et sextae quibus horis tum ipse praesbyter est impeditus, in chora autem omnes simul congregati, diligenter provideant et attendant, circa ea quae in ipso choro legenda erunt pariter et tractanda. et inhaerentes statuto antiquo huius monasterij praefati, ordinarunt praefati Dni Abbas et Refortores, ut omnes religiosi claustrales ipsius monasterij, et alij tenentes eorum libram, quatus horis canonicis omnibus intersint, a principio usque ad finem, nisi essent legitimo impedimento detenti; de quo prius, si commode fieri potest priori claustrali, vel illi qui suo loco praesidebit, fidem facere teneat, alias siquis in matutinis vel missa defecerit, in prando. Si vero in vesperis, in coena eidem vinum per cellerarium nullatenus ministretur. quae siquidem poena per priorem remitti non posset vel aliter quomodolibet relaxari. et veterius in altera dictarum horarum seu in processione cum fieri debebit, defecerit, regulari subiaceat disciplinae. Alij vero Religiosi simplices existentes in monasterio non claustrales nec libram habentes, etiam compellantur per priorem claustralem in praefata Ecclesia deservire cum alijs religiosis, quamdiu moram traxerint in ipso monasterio, et in omnibus sicut alij priori obedire teneantur

Quod illi qui in Ecclesia habent legere vel cantare taliter provideant, quod in cantu non deficiant, vel accentu 19

Quoad eos vero, qui in Ecclesia ipsa seu in choro eiusdem legere habent, vel cantare, voluerunt, et ordinarunt praefati Dni Abbas et refortores, in sequendo ipsius monasterij constitutiones

stitutiones et obseruantias, vt taliter hoi provideant quod in cantu nullomodo deficiant, vel accentu et sub poena superius in proximo capitulo annotatis quas etiam ipse prior remittere non possit, Adiicien quod cabiscolus vel magister Nouitiorum, tales sic legere seu cantare debentes, presertim non presbyteros, instruere in eorum officijs teneatur et debeat iuxta Consuetudinem hactenus obseruatam

20 De modo cantandi et psalmodiandi in hoc choro et Ecclesia

Voluerunt prefati praeterea Dni Abbas et Reformatores, vt ipsi Religiosi sicut premissum est, in choro congregati iuxta consuetudines antiquas ipsius monasterij obseruantias, officium suum impendant Altissimo, humiliter et deuote, cum debita attentione cum mentis exaltatione, ac cordis deuotione seruentque ac diligenter attendant ad ea quae laudabiliter in choro huius monasterij descripta, et annotata sunt in haec verba. psalmodiam non multum contrahamus: sed rotunde, et viua voce cantemus medium et finem versus simul intonemus, et simul dimittamus punctum nullus teneat sed cito dimittat post punctum bonam pausam faciamus. Nullus ante alios incipere aut nimis currere praesumat, aut post alios nimium trahere vel punctum tenere, simul intonemus simul pausemus semper auscultando, item ad illud quod sequitur

Quando Deo psalles psallendo tu tria serues
Dirige corsursum, profer bene respice sensu
Si cor non orat, in vanum lingua laborat
Non clamor sed Amor pulsat in aure Dei.
Qui psalmos resecat aut qui sua verba volutat
Non plus inde fert quam si sua lingua taceret
Syncopa discursus, vaga mens erronea verba
Tollunt canonicas meritum dicentibus horas
Profero distincte certo moderamine verum
Quo Diapason habet, cum Diapente locum

De officio

De officio cantorum et de poena omittentium vel in officijs suis deficientium et de destinatione in eorum officio adhibenda 21

Quoad eos vero qui in ipso choro cantorum officium iuxta suarum cursus hebdomadarum exercere tenentur statuerunt et ordinarunt prefati dni Abbas et Reformatores, ut tales ad hoc ordinati et destinati quibuslibet diebus tam duplicibus quam alijs per se ipsos eorum officium exequantur, et hoc a principio cuiuslibet horae, usque ad finem, nec dicto officij exercitium committere possit seu valeat nisi alijs religiosis ad hoc bene sufficientibus et idoneis, qui vero contrarium fecerint in omittendo defectuose predictum officij sui exercitium pro illa hora qua tunc defecerit libra sua excepto pane integrale sit privatus. si autem in predicto officij exercitio aliter defecerit in male officiando seu cantando seu tarde venendo seu in alijs ceremonijs deficiendo puniatur eadem die in refectorio sine mia in pane et aqua ut consuetum est. nec prior claustralis dictam poenam remittere valeat sive possit

Item ipsi cantores in diebus maioribus vel duplicibus cum erunt in choro statutis horis cappis induti, praecaueant diligenter ut non discurrant per chorum, nec aliquibus verbis seu sermonibus se impliceant, sed devote et reverenter sua officia exerceant, ut tenentur, stando in loco ad hoc eisdem deputato. provideantque sollicite in his quae per eos legenda sunt, vel cantanda, et ad Ceremonias. cum autem invitabunt religiosos ad cantandum Responsos vel alias res ut consuetum est, provideant ut coaequales personas habeant invitare, et capiscolus presertim diebus solennibus circa officium et personas ipsorum cantorum diligenter provideat, ut omnia super eodem officio rite gerantur 22

Quomodo et per quos Lectiones in matutinis dici debeant 23

Item

Item circa lectiones et alia officia in matutinis decantanda oes provideant diligenter, et cabscolus seu magr novitiorum, eos qui lectiones habebunt decantare in matutinis. praesertim in monoribus ordinibus constitutos instruant diligenter et per prius auscultent. ordinan quod tres primae lectiones matutinarum p iuniores novitios dici debeant et cantari. et si sint alij maiores novitij, non in sacris vnam vel duas ex sequentibus lectionibus cantare teneantur, ita tamen quod dictae lectiones talr. distribuantur vt nullus duas in eisdem matutinis dicere quoquomodo praesumat et in dicendis dictis lectionibus iuvenes religiosi antiquis et non beneficiatis deferant. Adjiciendum in festivitatibus, in quibus sunt tres ~~persona~~ propriae Lectiones vel vna tantum, illae propriae Lectiones, vel illa semper debeant seu debeat primitus decantari, antequam ad lectiones de communi recurratur

24 De caeremonijs et reuerentia erga mistros missarum magni altaris

Item super missarum Ceremonijs statuerunt praefati Dni Reformatores vt presbyter dicens magnam missam, et omnes ministri Altaris, cum honestate gravitate et devotione servent ceremonias circa magnum Altare stando reverenter non discurrendo non loquendo seu vagando, sed religioso more versando, non ibidem patines seu soquetes ligneos quoquomodo deferendo seu portando sub poena disciplinae regularis. cui poenae subiaceant etiam oes presbyteri alias eorum missas etiam submissa voce dicentes, si praefatos sequentes seu patinos ligneos tunc celebrando in pedibus deferre praesumant, et caveant ipsi ministri Altaris. iuxta Dictamen Regulae, ne ante horam prandij eodem die quo ministri Altaris erunt, aliquid alimentorum sumant

25 De Ceremonijs missarum aliar capellar

Item in alijs missis in dicti monasterij capell. dicendis servetur honestas et sanctimonia, videlicet vt reverenter et modeste ipsas

deste ipsas missas dicant, non properanter vel nimium prolixe easdem celebrantes, sed cum discretione, quae omnium virtutum dignoscitur esse mater. Omnia rite gerantur ergaque ipsum sacratissimum sacramentum vitale salutificum, et omni suavitate repletum tota mentis devotione et sinceritate ac fidei fervore reverentiam exhibeant, quo ad humana patitur fragilitas competentem. qui vero in praemissis defectuosus repertus exstiterit ad prioris claustralis arbitrium puniatur

De ceremonijs chori et reuerentia altissimo ibidem exhibenda 26

Super Ceremonijs autem chori districte voluerunt et praeceperunt observari contenta in Tabula descripta in choro ipsius Ecclesiae, et in antiquis libris et ordinationibus huius monasterij ordinata, cuius quidem Tabulae tenor sequitur et est. Talis Congregatis in Ecclesia fratribus ad omnes horas canonicas et ~~ultima~~ pulsatione facta et finita, dicatur pater noster et facto intervallo coi, quo fratres congregari valeant et venire de termino Claustri incipiat hebdomadarius vel alter pro ipso ut supra dictum est officium in sede sua erectus verso vultu ad altare, et alij etiam versis vultibus capla et orationes etiam dicantur a sacerdote in suo loco. et Nota, quod quandocunque psalmodia dicitur plane sine nota, fratres debent stare erecti praeterquam in psalmodia mortuorum, in qua, qui vult sedeat, stent etiam erecti in psalmis: Laudate Dnum de coelis, Laudate Dnm omnes gentes. quicunque vult. Benedictus, Magnificat et Officio B. Mariae plane dicto, et Nunc dimittis, ac omnibus hymnis. Item in Missa, nota, quod quandoque Dns vobiscum in prima collecta dr, stent fratres erecti, versis vultibus contra altare usque ad primum per Dnum nrum, in alijs autem orationibus, quae dicuntur post primam orationem stent erecti et ad se conversi, item in Missa a Dicto. orate pro me fratres, usque ad sanctus. stent ad altare

conversi

Conuersi, et post sanctus similr, quamdiu aliquid non cantat
Item prosternent se ad Eleuationem corporis Chri, usque ad
per omnia, ante pater noster tunc erigant se versis vultibus
ad Altare, usque ad Agnus Dei, et dicto Agnus Dei versis vulti
bus ad Altare, usque ad Communionem. item quandocunque
dicitur Gloria patri, semper ab omnibus inclinetur aequaliter
et profunde, similiter quando Jesus nominatur aut Maria
et quando dicitur Te ergo quaesumus famulis tuis p. gloria
in Excelsis Deo, et quando dicitur, suscipe depreciationem nram
et in fine omnium hymnorum et in penultimo versu de Bene-
dicite Dicto de festis dicen est de ferijs. et Nota. quod ferialibus
diebus dicitur pr noster in principio horarum, et in precibus
et suffragijs et orationibus B. mariae, videlicet in illis q dicuntur
ante omnes sancti Dei, ista via debent Dici flexis genibus
Item in missa et ferialibus diebus Prosternant se fres, quando
sacerdos: Dicit primam Collectam, ad alias omnes surgant. Item
prosternant se dicto sanctus, et surgant ad per omnia p. pax
Dni p. item dicto Agnus Dei, prosternant se usque ad Communi
onem, item prosternant se in ultimo pr nr qn dicuntur gra-
tiae in Ecclesia in choro, aliter non. Item quandocunque in
missa dicitur Dns vobiscum, debent se vertere ad Altare, donec
Respondeant: et cum spiritu tuo: et in missis servetur modus
sicut de ferijs. Attendatur diligenter ne fres discurrant
vel exeant chorum sine licentia prioris vel alterius loco ip-
sius praesidentis, nisi illi quibus datum est. et sic continetur
in statutis. item intrantes et exeuntes plane inclinent se bene
et profunde. Item Dicto tertio versu in horis non praesumat
aliquis intrare chorum, et in missa dicta Epla, nisi quibus
datum est. Item quando aliqui fres deseruientes in Ecclesia
B. mariae sunt vel fuerunt hebdomadarij magnae missae in
magna Eccla, incipiat horas pro ipso hebdomadarius primae
missae. S.

missae S. pauli primi Eremitae in defectum istius hebdomadarij primae, vel Brachij, aut S. Jacobi, vel S. catharinae, ita facientes quod non sit defectus, aliter puniantur. ordinauerunt praefati Dni Abbas et reformatores, et tam auctoritate Aplica quam huius sacrae reformationis praetate statuentes. quatenus via et singula in eadem tabula contenta serventur ad unguem, et diligenter obseruentur absque praetermissione qualibet eorundem, et quicunque in aliquo praedictorum defectuosus negligens seu remissus extiterit taliter sicque hoc per priorem claustralem puniatur, quod cedat caeteris in exemplum, Adjecien ut cum Ddus Dns Abbas interesset in choro omnes diligenter intendant erga obseruantias et ceremonias tunc fieri debitas et consuetas, et praesertim circa pacis osculum effectualiter in missa, unus alteri sine quauis fictione praebendum et dandum ita quod saltem unus frater alterum osculetur sine defectu quocunque

De incessu honesto et reuerentijs in Processionibus 27

Praeterea ordinarunt praefati Dni Reformatores quod in processionibus fien. Religiosi honeste ordinate et reuerenter incedant. bini et bini honeste sicum habitum deferendo non loquendo seu fabulando. sed Gradatim et lento passu ambulando qui autem Contrarium fecerit Regulari subiaceat Disciplinae

De silentio integraliter in choro et Ecclesia tenendo et obseruando perpetuo et de poena contrafacientium 28

Item praefati Dni Abbas et reformatores consideran quoque valde nrium fore ut in Ecclesijs huius monasterij, et praesertim in choro silentium debitum obseruetur. inhaerentes statutis Antiquis ipsius monasterij prouida deliberatione tam auctoritate Aplica quam huius sacrae reformationis, eisdem Dnis reformatoribus attributa potestate, ordinarunt et iusserunt, ut silentium in choro ipsarum Ecclesiarum, dum diuinum officium

num officium in ipsis Ecclesijs celebratur, taliter et cum tanta diligentia ab oibus observetur, ut nulli licitum sit aut quoquomodo permissum in ipso choro quacunque ratione seu causa quolibet loqui etiam modica et paucissima verba nisi adesset tanta et tam urgens aut ineuitabilis necessitas concernens ipsum diuinum offm duntaxat. quod necessarium foret prouitando maiori scandalo aliquid in choro submissa voce loqui, et sub paucis verbis exprimere quo casu pmissum existat et nullo alio euentu, aut occurrente casu. quod etiam erga ministros missarum conuentualium magni Altaris districte et inuiolabiliter volumus volumus obseruari

Circa silentium vero in dictis Ecclesijs extra chorum tenend et obseruan voluerunt et ordinarunt pfati Dni reformatores, ut durantibus horis, quibus Diuinum offcum siue in choro siue extra chorum in ipsis Ecclesijs celebratur, seu missae dicuntur, nulli etiam sit licitum, infra ipsas Ecclesias et extra chorum loqui seu cum alijs personis confabulari seu discurrere, vagari seu ambulare infra ipsas Ecclesias nisi ea raoabilis et legitima loquendi cum aliqua superveniente persona necessario praeberet facultatem, quo casu licitum sit, dum tamen submissa voce et sub paucis verbis pmissa locutio fiat. ordinando districtissime prohibentes oibus Religiosis et personis pfati ordinis. et sub periculo animarum suarum, ne infra ipsas Ecclias maxime cum aliquibus mulieribus, confabulari, seu aliquos sermones quantumcunque modicos cum eisdem mulieribus habere seu referre praesumant. qui vero in pmissis vel eorum aliquo reperti fuerint culpabiles negligentes, seu alias quoquomo remissi aut transgressores p priorem claustralem acriter et sine mia puniant per Disciplinam regularem per panem et Aquam in Prandio, ut Consuetum est. et

alijs grauioribus

alijs grauioribus poenis ad eius arbitrium statuj quod si aliqui ex contemptu et pertinacia vel alias malitiosa inobedientia p̃missa obseruare contempserint, ad alias grauiores poenas contra ipsos procedatur prout iuris erit et ratio et prout regulares obseruantiae suadebunt

De non legendo per se vel cantando in choro seu ibidem consistendo cum dicuntur missae seu aliae horae canonicae decantantur 29

Item ꝓfati Dñi Reformatores etiam inhaerentes statutis huius monasterij voluerunt et ordinarunt vt nulli sit licitum in choro per se legere in alicuius libro seu cantare aut alias orationes et suffragia legendo dicere cum alij religiosi dicunt horas canonicas in ipso choro, vel cum missa dicantur sed cum alijs quilibet attenta deuotione tam super chorum quam in pulpito cum tempus aderit, cum alijs cantet legat, oret et diuina contempletur vt adimpleri possit circa nos quod scribitur in regula. et sit vobis cor vnum, et anima vna in deo, nec etiam licitum sit quibuscunq religiosis confiteri seu confessiones audire, infra horam quando horae canonicae ibidem decantantur, vel missae celebrantur, nisi essent separati abea parte chori, in qua non solet cantari et quae parum distat ab alijs religiosis, qui vero contrarium fecerit regulari subiaceat disciplinae

De ministris altaris hebdomadarijs non ꝓsbyteris videlicet quod communicare teneantur Die dominica in prin° suae hebdomadae et quibus lib alijs temporibus Religiosi non ꝓsbyteri communicare teneantur 30

Item insequentes ordinationes antiquas huius monij ordinarunt, vt ministri altaris videlicet Diaconus et Subdiaconus semper communicent in missa maiori prima dominica suae hebdomadae, nisi forte essent ꝓsbyteri qui celebrassent ea die, insequentesq dispositionem iuris communis et ordinationem

et ordinationem antiquam dicti monasterij voluerunt et ordinarunt, quod omnes religiosi qui non sunt presbyteri prima Dnica cuiuslibet mensis etiam communicare teneantur et etiam tam dicti religiosi non presbyteri, quam omnes infirmi conuersi et donati ipsius religionis vt consuetum est, vltra praemissa teneantur recipere corpus Chri, videlicet in festiuitatibus Natalis Dni resurrectionis, pentecostes, oium sanctorum, assumptionis B. mariae, et die Jouis sancta sicut in antiquis statutis dicti monrij continetur

31 De officio solenni defunctorum quolibet die lunae pro defunctis fribus et Infactoribus celebrandis in perpetuum

Item Inhaerentes statutis dicti monasterij ordinarunt dicti Dni Reformatores quod prima die lunae cuiuslibet mensis si non sit dies feriata seu festum maius duplex fiat officium solenne pro defunctis fribus infirmis conuersis donatis et alijs benefactoribus ordinis in capite et in membris, Alioquin die veneris proxime sequentis, et qualibet hebdomada celebretur vna missa pro eisdem vbi fuerint dico presbyteri vel plures sicut in statutis antiquis Continetur

32 Ad quid tenentur Religiosi infirmi et donati huius ordinis pro animabus Defunctorum

Item in sequentes dicta statuta ordinarunt, quod pro quolibet fre defuncto quilibet canonicus seu religiosus presbr infra octo dies postquam obitus sui notitiam habuerit teneatur dicere seu dici facere vnam missam, Coeteri vero fres clerici psalterium integrum; laici vero conuersi et conuersae, infirmi et infirmae centum quinquaginta pater noster et totidem Aue Maria infra eandem hebdomadam dicere in Ecclesia si commode fieri poterit, teneantur, et vice versa religiosi presbyteri orare teneantur pro animabus defunctorum infirmorum conuersorum et donatorum. et quod contigerit Dnum Abbatem qui fuerit pro tempore, ab hac luce migrare

tam in hoc

tam in hoc Monrio quam in omnibus membris ipsius ordinis pro salute animae suae officium et missae supradictae per omnia duplicentur

De non celebrandis missis in magno altari seu ibidem, ministrando per religiosos qui in matutinis non interfuerint illa die 33

Item insequentes huius Monrij antiquam consuetudinem statuerunt et ordinarunt idem Dni reformatores, ut nullus in magno altari dicti Monrij seu etiam Ecclesiae B. Mariae missam celebrare praesumat alta seu submissa voce, nec in ipsis magnis missis ibidem celebrandis quoquomodo ministrare, seu Euangelium vel Eplam dicere nisi eadem die personaliter in matutinis interfuerit et illud idem obseruetur in omnibus praeceptorijs, in quibus horae canonicae celebrantur. quod si quis contrarium fecerit, puniatur sicut consuetum est fieri in monasterio

Quod nullus Religiosus transitum faciat ante altare maius, dum ibidem sacra officia decantantur 34

Item statuerunt et ordinarunt, ut nullus religiosus odis praesumat transitum facere ante altare maius huius Monrij dum et quando diuina officia in ipsa Ecclia cantantur et celebrantur nisi tales essent religiosi qui suorum pretextu officiorum necessario tunc ibidem transitum facere haberent

De praeceptoribus Religiosis et infirmis huius ordinis quibus personis sua possint et debeant peccata confiteri et quis eos possit absoluere seu audire 35

Consequenter die mercurij de mane, ubi supra circa horam septimam quinta mensis martij, congregatis ibidem memoratis Dnis Abbate et Reformatoribus, consideran quod tam secundum iuris dispositionem quam continentiam statutorum huius monasterij oes fres religiosi, et tam clerici quam laici tenentur ex debito necessitatis semel in anno sua peccata integraliter

integraliter suo superiori confiteri declarauerunt prefati Dni Abbas et Reformatores per superiorem eligendum quo ad hoc in ipso Monasterio Dnum Abbatem seu eius vicarium vel Dnos priorem et subpriorem ipsius Monrij seu commissos ad hoc et Deputatos per ipsum Dnum Abbatem et caplum generale ordinis, sicut fieri consuetum est, anno quolibet in ipso caplo, alio vero tempore anni durantis possint ipsi religiosi toties quoties confiteri ipsis religiosis sic electis per dictum caplum Generale et descriptis seu nominatis in Tabula missarum Inhibentes districtissime ne aliquis religiosus ipsius ordinis non Electus et in tabula prædicta non scriptus seu nominatus quorumlibet aliorum religiosorum confessiones audire quoquomodo præsumat saltem sine licentia dnorum Abbatis prioris aut alterius loco ipsorum præsidentis et sub poenis inferius annotatis. Quoad præceptores vero voluerunt et statuerunt præfati Dni Abbas et Reformatores et huius statuti vigore et auctoritate concesserunt, ut cuilibet præceptori in sua præceptoria seu Balliuia licitum sit sibi eligere confessorem, dum tamen talis persona sic electa, sit religiosus ordinis, et hoc si commode possit haberi. Qui confessor sic electus vice et auctoritate Dni Abbatis eis et nunc et in perpetuum in hac parte commissa et concessa possint Dictos præceptores absoluere, etiam a transgressione Regulæ et statutorum istius ordinis, et hoc in foro poenitentiali, ut euitet periculum Animarum et cum ipsi præceptores in ipsis domibus suis, in quibus religiosi claustrales sunt et morantur ipsorum religiosorum ibidem existentium superiores sint voluerunt et concesserunt præfati Dni Abbas et reformatores, ut ipsi præceptores, in domibus in quibus sunt religiosi

claustrales

claustrales ibidem deseruientes possint et valeant Com-
mittere, et deputare aliquos ex ipsis religiosis, qui aliorum
Confessiones audiant et eos absoluant, nec alijs sit licitum
ipsorum Confessiones audire seu ipsos absoluere. qui vero
contrarium fecerit, siue sit Confitens siue confessarius pu-
niatur secundum canonicas sanctiones, et alias regulari
disciplinae subdatur. quoad infirmos vero hospitalis huius
monasterij curatus ipsorum eisdem ministrare teneatur, vt
consuetum est ecclesiastica sacramenta

De confessoribus in tabula scribendis et duobus Poenitentiarys Auctoritate Apostolica deputatis 36

Item cum secundum tenorem indulti Aplici Dni Eugenij
Papae quarti, duo primi Electi confessores per Abbatem
et capitulum Grale, anno quolibet, et in tabula ipsius Mon-
rij descripti seu nominati in hoc monasterio habeant potes-
tatem auctoritate Aplica deputati, voluerunt et ordinarunt
ipsi Dni Abbas et Reformatores quod prior claustralis et
subprior huius monasterij, cum ipsi alias habeant vt p
missum est ordinariam potestatem confessiones religiosorum
audiendi, In antea non scribantur in ipsa Tabula confessores
sed duo alij in ipsa tabula primo loco descripti et nominati iux
tenorem ipsius indulti aplici. semper erunt Pntiarij iuxta
tenorem ipsarum literarum Aplicarum. volentes pfati Dni
Abbas et reformatores, et auctoritate huius sacrae refor-
mationis decernentes, vt curatus huius villae S. Antonij
qui nunc est et pro tempore fuerit, semper sit et esse debeat
primus electus ex duobus poenitentiarijs praedictis, et nihi-
lo minus auctoritate qua supra statuentes, vt singulis annis
perpetuo in grali capllo ipsius ordinis, dictus curatus villae
in primum ex ipsis poenitentiarijs p ipsum Generale capllum
nominetur

nominetur eligatur, et deputetur voluerunt etiam praefati Dni Reformatores, quod anno quolibet scribantur et eligant praedicti confessores in bono numero et competenti et in ipsa tabula describantur. praecipiendum omnibus sic Electis confessoribus in virtute S. obedientiae, ut sine quacunque difficultate prompti sint et parati ac faciles cum requirunt ad easdem Confessiones audien praefati vero poenitentiarij electi et per sedem Apliciam deputati suum officium libere et sine exactione qualibet exequantur quorumlibet tam religiosorum quam peregrinorum quorumcunque venientium confessiones audiendo et eis salubria monita et medicamenta praebendo, et siquidem eis pro praemissis absque exactione, qualibet gratis et libere elargitum fuerit, pro praemissis aut donatum, illud sic concessum et donatum ipsorum quilibet prout cuilibet ipsorum datum fuerit, in suam possit, et valeat convertere utilitatem, nec pro dicti officij poenitentiarij exercitio ipsi sic electo, poenitentiarij, alicui personae quicquam pensionis praemij vel utilitatis tradere seu persolvere, in antea quolibet teneatur, nec ad hoc astringi valeant sive possint, et ex nunc pro ipsis poenitentiarijs elegerunt et nominarunt dictum curatum villae et curatum S. Joannis de Fommentalibus

37 De solennitatibus in quibus Dns Abbas tenetur officium facere et quis in eius absentia facere debeat

Item cum secundum statuta antiqua istius monasterij Dns Abbas consueverit et teneatur facere officium in ecclesiis huius monasterij diebus sequentibus videlicet Nativitatis Dni Epiphaniae, Antonij purificationis, et Annuntiationis B. Mariae, paschae ascensionis Dni, pentecostes, solennitate corporis Chri. assumptionis B. Mariae

tionis B. marie, Natiuitatis eiusdem & omnium sanctorum
nec non etiam certis diebus ex dictis facere officium in pro
cessionibus solennibus cum cappis, diebus videlicet S. Anto
nij, purificationis assensionis Dñi & corporis chri. ordina
runt dicti Dni Abbas & Reformatores quod in absentia
ipsius Dñi Abbatis vel ipso impedito prior claustralis ipsius
mon dictum officium facere teneatur, exceptis diebus so
lennitatum B. marie, quibus missa conuentualis solet di
ci in Ecclia B. marie, quia tunc sacrista dicte Ecclie
in absentia eiusdem Dñi Abbatis vt consuetum est eandem
missam celebrabit, diebus vero circumcisionis Dñi. Iouis sancte
& festorum petri & pauli dictis prior faciat officium,
in absentia vero dictorum Dnorum Abbatis & prioris, vel alias
ipso priore impedito legitime subprior, qui habet tenere
eidem loco dicti prioris dictum officium habeat facere vbi
vero dictis prior esset presens & nollet dictum officium facere
in eum casum sacrista maior dicte Ecclesie dictum officium
faciat, & similiter die tertia festiuitatum Natiuitatis Dñi
pasche & pent hecostes. idem sacrista faciet officium, pos
suposito tamen quod dicti Dnus Abbas prima die, & prior
secunda die missas ipsas dixerint, quando vero contingit
ipsum priorem in absentia Dñi Abbatis dicere missam prima
die. sacrista maior secunda die debeat dicere, & subprior ter
tia, & ita dicere ordinarunt debere obseruari in dictis solen
nitatibus, in alijs autt diebus & solennitatibus per hebdo
madarios vt consuetum est, & missa & alia celebrentur
Cum vero prelatus Dns Abbas facit officium, ministros Altaris
& alios sibi assistere ad illum possit & valeat accipere bene
placitum. Alij vero qui vt premissum est missas habebunt
celebrare predictas, vt puta Dns prior sacrista & alij super
nominati pro ministris videlicet diacono & subdiacono heb
domadarios accipere teneant, & non alios accipere debeant

de abate

38 De ætate qualitate et examine ordinandorum et de eorum missorijs

Item præfati Dni Abbas et Reformatores desiderant divinum officium in tota religione annuente altissimo prosperare volen ideo ut tales ad sacros ordines in eadem religione promoveantur, qui sint idonei, scientia moribus et ætate statuerunt et ordinarunt, tam auctoritate Aplica quam huius sacræ reformationis eisdem attributa facultate ut nullus Religiosus ipsius ordinis de coetero præsumat ad sacros ordines recipiendos accedere, nec ad ipsos recipiendos lræ dimissoriæ concedantur priusquam diligenter et sollicite examinatus fuerit, si dignus ad hoc extiterit, scientia moribus et ætate, et examinatores ipsi erunt videlicet in hoc monrio Vicarius Dni Abbatis, qui religiosus sit, et prior claustralis huius monrij, in præceptorijs vero quilibet præceptor in sua præceptoria Balliuia examinabit religiosos suos claustrales ad sacros promoveri ordines volen, ut præmissum est priusquam eisdem lras dimissorias ad præmissa concedat. præcipien præfatis examinatoribus sicut præfatum est, ex nunc et in futurum, electis et deputatis et sub suarum animarum periculo eisdem districtissime iniungentes, ut nullum illegitimæ ætatis dicti ordinis religiosum, tanquam promotione ordinum dignum reputent dicant seu attestentur, sed neque alias etiam scientia et moribus. nisi in quantum humana fragilitas nosse sinit eosdem per examinationem solertem eos teste Conscientia reperierint esse tales. quod si contrarium fecerint ex nunc eorum Conscientias dicti Dni reformatores onerarunt, nec lræ dimissoriæ ipsis religiosis expediant nisi prius de examine facto extiterit plena fides per lram vel supplicationem alterius dictorum examinantium

39 De corpore chri continuo tenendo supra Altare maius huius monasterij.

Item considerantes valde condecens imoq3 perniecessarium fore, in Ecclesia p̄fati mon.ri habere ante Altare maius ciborium seu custodiam in quo reponatur corpus Chri, Ordinarunt ibidem Dni reformatores, quod ad instar Ecclesiarum Cathedralium, et aliarum nobilium ante dictum Altare maius fiat ciborium Argenteum deauratum, cum decente et honesta coopertura desuper dicto maiori Altari dependenti honesto et decentiori modo quo fieri poterit, et hoc hinc ad proximum natalem Dni. in quo quidem ciborio seu custodia reponatur corpus Chri pro communicatione religiosorum huius monasterij fienda toties quoties necessaria fuerit ordinan etiam dictum ciborium singulis mensibus visitari per hebdomadarios pro tempore in dicto maiori Altari existen cum ministrabunt corpus Chri religiosis non p̄bijteris seu alijs ministris in principio suarum hebdomadarum iuxta ordinationes superius Annotatas

Curatus villae S. Antonij ut poenitentiarius tenetur infirmis Religiosis huius mon.ri ministrare Ecclesiastica Scmta 40

Et quia supra ordinatum fuit, et Auctte aplica diffinitum ut curatus villae S. Antonij qui nunc est aut pro tempore fuerit in primum ex poenitentiarijs auctte aplica in hoc mon.ro deputatus. anno quolibet in gratia, capitulo eligatur et deputetur. voluerunt p̄fati Dni Abbas et refortores. et auctoritate qua super statuerunt et ordinarunt ipso curato villae qui nunc est videlicet fre Antonio Falconis p̄nte, et pro se et dictis suis successoribus in ipsa cura annuente et expresse consentiente, in mei notarij publici etiam praesentia et audientia ut ipse curatus villae qui nunc est et pro tempore fuerit, non tamen tanquam Curatus sed tanquam poenitentiarius sicut praemissum est auctte aplica commissus et deputatus teneatur et debeat per se vel vicarium suum sine difficultate qualibet seu contradictione de coetero perpetuo dare seu ministrare ecclesiastica sacramenta omnibus religiosis infirmis, et alias in necessitate

constitutis

Constitutis in isto Mon^rio commorantibus, Residentibus et aduenientibus, et tam auctoritate Aplica quam per dictum Dnum Abbatem ad hoc specialiter commissus et deputatus ex nunc et in futurum. Finis 1 Partis

Hic incipit Secunda pars huius Reformat

41 Quoniam primordialiter de diuinis offijs merito dictum extit, et aliqualiter diffinitum, iuxta illud oia rite geruntur, si cuiusqz rei principium decens sit et amabile Deo. Ad mores igitur reformandos cum nihil sit humanae saluti gloriosius quam mores virtutibus Educati, pfati Dni Abbas, et reformatores diuinis imploratis suffragijs processerunt in hunc qui sequitur modum

42 ## De Regula B. Augustini perpetuo in tota Religione Seruanda

Inprimis praefati Dni Abbas et reformatores ordinauerunt declarauerunt et diffinierunt, Regulam B. Augustini per sanctam sedem Aplicam eis datam perpetuis futuris temporibus in isto Mon^ro sancti Antonij, atqz in quibuscunqz membris, ecclesijs domibus, Balliuijs praeceptorijs, prioratibus et hospitalibus dicti ordinis S. Antonij per vniuersum mundum Constitutis per oes et singulos Religiosos ipsius ordinis perpetuis futuris temporibus tenendam fore et integraliter obseruandam

43 ## De mantello seu habitu Religionis Sancti Antony et eius colore modestia et habitus Prohibita diuisione

Item Praeterea cum religiosorum habitus exterior, quales ipsi sint interius profecto demonstret et teste Bernardo ex corde sine dubio procedit quicquid exterius vanitatis apparet, et ideo S. patres certum habitum in quacunqz religione ad innocentiae et honestatis indicium ferri sanxerunt, igitur pfati Dni Abbas et reformatores vt praemissum est auctoritate aplica deputati statuerunt et ordinarunt quod omnes religiosi istius ordinis S. Antonij viennen teneant et debeant sicut hactenus consuetum est, mantellum de panno nigro aut sargia nigra, ad modum consuetum cum potentia de

serico

98v

seu sandello persico desuper deferre cum decenti fodera
tura eiusdem coloris cum mantello, et hoc tam in Mon.ro
p.nti claustro eiusdem, et per totam villam istam s. Antonij
eidem monasterio contiguam, quam etiam in quibuscunque prae
ceptorijs, locis, Ecclijs et oratorijs ab eodem Monrio dependen.
Nec non etiam in ciuitatibus, villis et alijs locis publicis
et Eminentibus, et ubi populi multitudo seu affluentia, ita
tamen quod in dicto monasterio seruetur antiqua Consue
tudo, videlicet quod omnes Religiosi ibidem residentes
et alij ibidem quolibet se transferentes teneantur et debeant
etiam caputia induta portare in Eccl.a claustro et villa
praedictis, et hoc tam in morando ibidem stando quam etiam
eundo, redeundo et Equitando exceptis religiosis nouitijs, qui
a festo paschae usque ad festum omnium sanctorum simpliciter
cum mantello absque caputijs incedere consueuerunt in prae
ceptorijs vero circa formam mantelli attendatur cuiuslibet
religionis Consuetudo, dum tamen religiosi in vnaquaque prae
ceptoria ad inuicem super forma mantelli se conforment
ne aliqua inter eos possit notari deformitas, et ad hoc per
ipsum praeceptorem eorum superiorem possint districte com-
pelli. Salua tamen modestia et differentia respectu man-
telli in longitudine et Breuitate inter eos qui viatores sunt
et eos qui in aliquo sunt residentes, equitantes seu itine-
rantes, adycientes praeterea, quod religiosi in itinere Con
stituti peregrinationis aut alias legitima causa seu etiam
in campis causa honestae et licitae recreationis, pariter et in
eorum domibus et cameris locisque alijs priuatis et secretis
et non in Conspectu hominum existentibus, si eos contingat
dictum mantellum deponere, quod tunc ad minus in eorum
vestibus superioribus, honestis tamen religiosis et con-
decentibus, debeant habere portare, et patenter exhibere
potentiam quae iuxta religionis dictae primaeuum institu
tionem, fun-

institutionem fundationem et observantiam, est ipsius religionis et dicti habitus signum potissimum per quod signum ab alijs quibuscunque religiosis discernimur et segregamur, et inter alios quoscunque religiosos quorumlibet ordinum, fres religionis S. Antonij cognoscuntur, et clarissime demonstrantur Declaran Dni Abbas et refortores praefati auctoritate Aplica eisdem attributa, ut praemissum est, quod religiosi ipsius ordinis, qui non causa Euagationis, sed ex superius expressatis, et alijs legitimis causis, cum animo statim reassumendi, et non in odium contemtum seu indignationem ipsius habitus, eundem habitum aliquando dimiserint, dum tamen tunc semper deferant, et patenter in eorum vestibus predictis ostendant ipsam potentiam, quae ut praemissum est, signum est potissimum cognoscibile et indubitatum ipsius habitus. non dicantur habitum suum temere dimittere seu propterea dimisisse nec ideo poenas iuris contra habitum suum temere dimitten ex hoc incurrere seu incurrisse, aut incurrere debere quomodolibet in futurum

44 De qualitate Colore et honestate Vestium et de prohibitis vestibus coloribus et foderaturis

Insuper consideran praefati Dni Abbas et Reformatores. illud quod dicit Augustinus, in Regula non sit notabilis habitus vester, nec affectetis vestibus sed moribus placere, et subdit in incessu statu habitu ac in oibus motibus vestris nihil fiat quod cuiuscunque offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanitatem quodque talia esse debent religiosorum vestimenta, in quibus nihil possit notari vanitatis nihil superfluitatis, nihilque quod pertineat ad superbiam vel vanam gloriam, quia ut inquit Hyeronimus non tenera vestis, sed munditia mentis, ornatum facit clericum. etiam impleat in nobis, quod per Aplum scribit nolite vos conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate

spus vestri

spiritus Vestri, hac igitur pia consideratione moti p fati
Dni Abbas et reformatores tam auctoritate Aplica eis in
hac parte commissa, quam etiam auctoritate huius sacrae
reformationis ordinauerunt statuerunt ac etiam inuiola
biliter de coetero in ipsa religione obseruari sanxerunt vt
nullus Religiosus huius sacrae religionis S. Antonij viennen
cuiuscunque status gradus aut conditionis existat, nec in
hoc monasterio, nec vltra ipsum vbicunque sit de coetero por
tare praesumat, vestes de voluto aut serico. sed tamen de pan
nis honestis et condecentibus non rubei coloris, viridis aut
alterius coloris nimis clari sed griso nigro. persico, aut viole
to, obscuri et honesti coloris. pariter etiam non praesumat quis
praecipue in dicto Mon^rio portare foderaturas dictarum
vestium nimis preciosas prout de martris. letitijs. griso et va
rio, et alijs preciosis foderaturis. seu etiam de quocunque pan
no sericeo, portentque dictas vestes superiores non scissas
sed rotundas. nec nimia breuitate aut longitudine notandas
clausas ab vtraque parte, et talares. nisi cum equitant aut
sint extra mon^rium tunc enim eis licitum sit portare
vestes aliquantulum breues et non clausas. Mantellus vero
de quo supra fecit facta mentio sit et esse debeat de panno
nigro aut sargia nigra cum foderatura eiusdem coloris
inhibent nihilominus omnibus religiosis, ne de coetero portare
praesumant foderaturas in praedictis mantellis alterius colo
ris quam nigri, Nec etiam de quocunque serico nisi sint prae
ceptores officiarij, aut in Theologia, aut in altero iurium Doc
tores seu etiam licentiati, sicut alias antiquitus extitit or
dinatum. Extra tamen mon^rium non interdicimus praeci
pue Dno Abbati seu praeceptoribus maioribus ipsius relig
onis portare mantellum sive togam aut etiam vestem de
camelotto honesti et nigri coloris

de capitijs

45 De caputijs induen. Semper in hoc monasterio et villa deferen. et de poena male habituatorum.

Item etiam statuerunt et ordinarunt praefati Dni Abbas et reformatores quod omnes Religiosi portare debeant caputia eiusdem coloris sicuti est mantellus, et semper et ubique cum breui corneta in monasterio videlicet continue tam infra claustrum quam in villa induta sicuti superius dictum est. Adjiciendo praeterea ne quis religiosus praesumat intrare vel exire claustrum sine caputio induto quantumcunque tamen paruo et modico nec etiam per villam nec etiam per villam incedere sit sit religiosus continue ibidem residens, nec aliquomodo per claustrum et villam praesumat aliquis religiosus portare cornetam, forenses vero religiosi licite possunt venire usque ad suum hospitium sine caputio, sed priusquam claustrum intrent procurent habere caputium et illud vestiant, aliter sine eo et mantello honesto non praesumant intrare praedictum claustrum, quod si quis contrarium facere praesumpserit Regulari subiaceat Disciplinae, et nihilominus qui repertus fuerit portare vestes aut alias res superius et inferius in sequentibus prohibitas, auferantur ab eo et pauperibus erogentur, super caligis vero seruetur antiquum statutum, quo cauetur ut religiosi non utantur deinceps nisi caligis nigris vel albis aut alterius coloris honesti et religiosi, qui vero contrarium fecerint, auferantur ab eo et dentur pauperibus, idem etiam dicendum et obseruandum circa sotulares inhonestos et prohibiti coloris.

46 De zonis in hoc monasterio non deferendis et praesertim zonis sericis seu deauratis, alijsque habituum superfluitatibus prorsus euitandis et praecauendis et de poena

Item pariter ordinarunt quod deinceps in ipso monasterio nullus praesumat portare vestes superiores cinctas seu zonatas sed quemadmodum antiquitus obseruabatur incedant sine zona, nisi alias hoc fieret propter infirmitatem seu etiam

propter

propter temporis indispositionem, praecipue tempore fri
gido et pluvioso et tunc tantummodo possint ipsi religiosi
cingere seu stringere vestes superiores cum zonis de panno
laneo, ex ipsius panni lizeris seu extremitatibus factis et com
positis absque aliquali preciositate seu etiam quolibet ornatu
nec etiam unquam alicui sit licitum quacunque praefulgeat
dignitate zonas de serico vel teissuto argenteas seu etiam de
auratas quoquomodo infra ipsum monasterium deferre, nec mi
nus etiam liceat alicui religioso quicunque sit, super suam ves
tem ad zonam de infra ipsum monasterium portare Jabissyras
aliquas cum ferris et sine ferris, et tam de corio quam etiam de
serico seu voluto aut etiam cultellum seu cultellos munitos
argento vel non munitos. quod si quis deinceps portare prae
missa repertus fuerit nisi monitus destiterit, incontenenti
auferantur ab eo et dentur pauperibus, et nihilominus alias
regulari subiaceat disciplinae, sicut eius forte proteruitas
suaderet

De annulis in hoc monasterio non deferendis et de poena 47

Item pariter et ordinarunt quod nullus religiosus Dno Abbate
excepto de coetero infra claustrum pntis monasterij annu
lum aureum vel argenteum seu etiam annulos aut aliquos la
pides preciosos publice in manu sua portare seu deferre prae
sumat, Alioquin contrarium faciens puniatur, et nihilo
minus ab ipso Annuli auferantur et ad reparationem ioca
lium ipsius Ecclesiae convertantur

Quod Religiosi comam non nutriant sive barbam, et de corona et rasura ipsorum 48

Caveant etiam religiosi huius ordinis infra monrium
et alibi ubilibet constituti ne comam nutriant, sive Barbam
aut etiam crines protensos et longos portent. Sed coronam ho
nestam ad arbitrium Dnorum Abbatis et prioris ipsius mon
rij iuxta antiquam consuetudinem et ordinem seu etiam suorum
praeceptorum in quorum praeceptorijs degunt et sibi fieri fa
ciant praecipue

praecipue hebdomadarius missae maioris. Diaconus, subdiaconus et alij ministri altaris die veneris praecedentem eorum septimanam sine defectu, coeteri vero de quindecim in quindecim diebus, ut statuto cauetur, qui vero in praemissis culpabilis repertus fuerit puniatur infra monasterium per priorem vel subpriorem per subtractionem suae libras illius dici excepto pane sine mia, extra vero monasterium per suum superiorem per potum aquae in conuentu, aut alias regulari subiaceat disciplinae

49 De modestia circa Bonetos Religiosorum

Caueant insuper Religiosi et praecipue in monasterio residentes ne bonetos nimis altos, rubeique coloris, aut etiam desuper crines replicatos quoque modo portare praesumant, alioquinsi semel moniti a praemissis non destiterint auferantur ab eis praedicti boneti sic indecentes, et sine aliqua remissione vltra primam monitionem pauperibus erogentur

50 De incessu honesto et habitu religioso deferendo

Monentur etiam religiosi quatenus de coetero bene et honeste ac etiam condecenter, praecipue dum sunt in Ecclesia et processionibus aut etiam dum vadunt per claustrum et villam suum deferant habitum non replicando super spatulas aut nimis leuando. ita quod alia sua vestimenta vltra modum videantur, Alioquin qui in praemissis culpabilis repertus fuerit, post legitimam monitionem regulari subiaceat disciplinae

51 De pileis et cornetis maxime de voluto praecauendis perpetuo et de poena

Insuper praefati Dni Abbas et Reformatores inhibuerunt omnibus religiosis suae religionis ne de coetero pileos portare praesumant, nisi sint viatores et in itinere constituti nec etiam Cornetas maxime de voluto. quicunque autem

in praemissis

culpabilis fuerit repertus, regulari subiaceat disciplinæ, et si monitus a præmissis desistere noluerit, auferantur ab eo præmissa et dentur pauperibus

De poena venientium Religiosorum ad hoc monasterium si se illico non reformauerint habitibus et moribus aliorum 52

Vt autem omnes Religiosi et præsertim maiores præceptores ordinis quorum vita et conuersatio aliorum inferiorum directorium esse debet. ad præmissa obseruanda propensius inducantur, voluerunt et ordinarunt præfati Dni Abbas et Reformatores. vt si aliquis præceptor aut prior ordinis seu alius quilibet religiosus cuiuscunque gradus aut conditionis existat ad hoc monasterium declinauerit, vel pro generali caplo celebrando, aut pro suis negotijs, vel alias quomodolibet hic appulerit. et in habitibus superius prohibitis aut ipsorum aliquo indecenter habituatus repertus fuerit, si monitus tunc iuxta ipsarum ordinationum continentiam prædictos excessus omnino non relaxauerit et alijs in ipsis habitibus illico non se conformauerit, talis præceptor seu religiosus quicunque sit, nec in choro nec in capitulo neque in processionibus seu congregationibus cum alijs religiosis et præceptoribus quomodolibet admittatur

De honestate grauitate et decentia morum vitæque modestia Religiosorum 53

Et quoniam in religioso pectore debet esse spiritualis cultura cordis, et ad modum industrij agricolæ debet religiosus aciam suam excolere vitia extirpando, et virtutes inserendo et iuxta Matthæum sit arbor fructus bonos faciens: caueant religiosi istius ordinis et præsertim in hoc monasterio constituti ab illicitis vanis et ociosis sermonibus, a verbis etiam turpibus. quia teste seneca eorum licentia impudentiam nutrit. considerent diligenter quod domum dei decet sanctitudo: et eorum corpora sint templa spiritus sancti, non discurrant per claustrum nisi suaserit caa. teneant silentium vbique quanto maius cum Dno poterunt et valebunt, et si loquantur sit vox

sine clamore

sit vox sine clamore incessus sine tumultu, non eis ingrata sit admonitio sit neque aspera reprehensio, concordet vita eorum cum nomine et professio eorum ~~teneat~~ teneatur in opere spectaculum enim facti sunt mundo, deferant sanctimoniae habitum ipsorum cum potentiae continua et pateti demonstratione ipsum habitum ut plures solent non post tergum trahant, seu proiciant retrorsum, intendant litteris utcunque poterunt, continue se exerceant operibus virtutum libros legant et lras ament. secolem illud Hyeronymi ad Mochum Anima scientiam scripturarum et carnis vitia non amabis, et illud ocia si tollas periere cupidinis arcus, caueant ne in eorum verbis quorumlibet detractores existant non maledicant: non putent in monasterio se pro suo arbitrio viuere debere, viuant sub superiorum disciplina, consortioque meliorum, discant cum Bto pre Antonio, ab alio humilitatem ab alio patientiam sic silentium mansuetudinem, doceat semper virtutum vicariam intra se mutuam charitatem habentes, et ut ista auctore Dno feliciter obseruentur praefati Dni Abbas et reformatores omnes istius religionis religiosos exhortatione multiplici duxerunt principaliter commonendos, ut quilibet diligenter et deuote in praemissis attendat et efficaciter animaduertat

54 De commessationibus ludis, ebrietatibus omnino praecauendis et de poena

Cum regularum obseruantia ex eo plerumque deturpetur ut plures religiosi in superfluis comessationibus insolentijs cartarum tax illorum, et alearum ludis non solum tempus quo nihil preciosius quin etiam eorum, vel ut verius dicatur christi pauperum substantiam destruunt dissipant et inique consumunt, in perniciem dispendium non modicum et iacturam. ex quibus quanta mala prouenient, et quanta scandala, quantaque sit in hoc offensa dei omnipotentis, nullus sanae mentis ignorat. volen igitur praefati Abbas et Refortores mentis affectione prouidere

in praemissis

in præmissis præceperunt tam auctoritate aplica quia fun-
guntur quam huius sacræ reformationis eisdem attributa
potestate ut de cœtero omnes personæ ipsius religionis tam
beneficiatæ quam non beneficiatæ diligenter et sollicite præ-
caueant a præmissis superfluis comessationibus, cartarum tax
illorum, et alearum alysqz prohibitis ludis ordinantes quod
huius constitutionis seu statuti violatores et temerarij con-
temptores monitione præmissa per substractionem beneficiorum
suorum, et alias iuxta iuris formam et regularem obseruantiam
compellantur desistere a præmissis, in ludis vero etiam a iure
præmissis nullus religiosus publice ludere quouis modo præ-
sumat alioquin poenis subiaceant supradictis

De Iuramentis Blasphemijs et periurijs omnino præcauendis et de Poena 55

Item præfati Dni Abbas et Refortores attenden quam inde-
cens sit et præcipue in religiosis nomen Dei Blasphemare ut
cum quis iurat per ipsius membra, vulnera, et intestina seu
etiam similia quæ de Dei abnegatione taceamus, quæ oca
in irreuerentiam Dei et execrationem sonant sintqz talia
iuramenta oio illicita et maxima punitione digna quamob-
rem præfati Dni Abbas et Refortores ordinarunt et statuerunt
quod siquis religiosus in præmissis culpabilis repertus fuerit
tam in præsenti monrio quam alibi publice Deum gloriosam
virginem mariam et sanctos Blasphemando et taliter execrando
quod prima vice Regulari subiaceat disciplinæ, quod si secundo
assuetus in præmissis similiter in ipsa Blasphematione de-
præhendatur detrudatur in carceribus in pane et aqua per
tres dies sine misericordia, et nihilo minus in capto regularem
recipiat disciplinam et si forte quod absit post prædictam
disciplinam correctionemqz tertio de prædicto crimine
Conuincatur secundum iuris dispositionem etiam per pri-
cationem

uationem beneficij acriter puniatur quod quidem in omnibus praeceptorijs et membris ipsius religionis obseruari voluerunt et iusserunt, salua tamen modificatione, quod de priuatione Beneficij infra dicetur et ordinabitur respectu praeceptorum generalium

56 De continentia Religiosorum et primo De non tenendis in hoc monasterio mulieribus etiam honestis et benefamatis ac Consanguineis

Sancti Patres multum abhorruerunt cohabitationem clericorum ac mulierum iuxta illud Hieronymi Hospitiolum tuum numquam mulierum pedes terant nec sub eodem tecto mansites quam non pot toto corde cum Dno habitare qui mulierum accessibus copulatur, igitur praefati Dni Abbas et Refortores animarum periculo obuiare volen statuerunt ordinauerunt et auctoritate ipsa decreuerunt ut nullus religiosus istius monrij siue sit praeceptor, prior, officiarius aut alterius Conditionis quilibet in ipso monrio moram trahens, mulieres quaslibet etiam honestas et benefamatas quantumcumque de eius sint Consanguinitate, affinitate seu attinentia etiamsi tales sint mulieres, in quibus naturale foedus nihil permittit saeui criminis suspiciari infra istud monasterium S. Antonij viennen secum tenere, et pariter in vna et eadem Domo cum ipsis habitare praesumat, nisi forte hoc esset per aliquos dies causa visitationis honestae, seu etiam causa infirmitatis, vel alia rationabili causa, ita tn quod dicta mora ad Residentiam non trahat. qui vero Contrarium fecerit. per substractionem libra aut alias per censuram Ecclesiasticam a praemissis desistere Cogatur

57 Quod nullus Religiosus ordinis infra Villam S Antonij moram trahat etiamsi

sit domus

Sit Domus suorum Parentum, et quod libræ nullo modo tradantur seu librentur et de poena

Item pariter nullus Religiosus Claustralis istius monasterij seu officiarius vel alius religiosus in ipso monasterio libram accipiens, infra villam ipsam S. Antonij moram trahere possit seu valeat. nec in aliqua domorum ipsius villæ stare seu residere comedendo ibidem libram suam seu alias quolibet habitare etiamsi talis sit domus pntium seu Consanguineorum suorum, cum etiam cum mulieribus consanguineis iura clericos stare nullomodo permittant, et idem decreuerunt obseruandum de religiosis alijs libras non habentibus, in Monrio tn residentibus. et siquis in præmissis culpabilis repertus fuerit libra eidem auferatur et alijs religiosis assignetur, Non habentes vero libram ad Arbitrium Dni Abbatis seu prioris claustralis puniantur, Nec prior ipse licentiam in præmissis dare possit, nec ipsas poenas valent relaxare, Adijciendo præterea quod seruitores Conuentus seu cellerariæ non præsumant libras Debitas tam ipsis religiosis quam manillerijs et alijs officiarijs seu seruitoribus conuentus tradere expedire seu librare aliquibus mulieribus, ipsas nomine Religiosorum officiariorum et seruitorum prædictorum petentibus et requirentibus, prædictique seruitores in hoc negligentibus Arbitrio Dni Abbatis seu prioris claustralis exin puniantur

De fugiendo et præcauendo vbilibet consortio mulierum 58

Item pariter ordinarunt et statuerunt, quod Religiosi oes ipsius ordis S. Antonij vbilibet constituti de ligno et tota mentis integritate præcaueant a consortio conuersatione familiaritate et accessu quarumlibet et qualiumcunque mulierum Recolen quod mulieres cum clericis nullo pacto

conuincta

coniuncta permittitur conuersatio, et illud Augustini nihil est quod ex arce magis deiciat virilem animum quam blandimenta foeminea, et hoc inuiolabiliter obseruetur tam in monrio ipso S. Antonij viennen, quam alijs locis, omnibus et praeceptorijs ab eodem dependen, et cum ex tali indebito consortio et mulierum allocutione, indiscreta et nimis assidua etiam boni religiosi plerumque decepti fuerunt voluerunt et ordinarunt praefati Dni Abbas et refortores quod tales Religiosi qui in praemissis reperti fuerint negligentes moneantur per eorum superiores desistere a praemissis, et si moniti non destiterint ad hoc efficaciter compellant

59 Ne infra hoc monasterium et alias domos ordinis mulieres quaelibet inducant

Et insuper prouideant Religiosi oes istius ordinis ne infra istud monrium S. Antonij nec in alijs domibus locis et praeceptorijs istius ordinis mulieres ad se venire procurent et permittant seu venire faciant. et praecipue publice suspectas dissolutas et defamatas quouismodo in suis domibus non admittant nec eas venientes recipiant, aut in ipsis domibus vel locis alijs teneant, neque cum talibus conuersari praesumant

60 De poena Religiosorum concubinariorum

Et vt praemissa perpetuis futuris temporibus obseruentur inprimis circa religiosos praefati ordinis S. Antonij sive sint praeceptores priores aut alij beneficiati in domibus ordinis vel alijs vbilibet publice concubinas concubinas habentes seu tenen voluerunt et ordinarunt praefati Dni Abbas, et reformatores cum insequendo tenorem, vt tales per superiores seu ab eis deputatos primitus moneantur easdem dimittere concubinas. et si moniti easdem non dimiserint beneficijs suis suspendant, quod si suspensi easdem praesumpserint retinere

retinere beneficijs ipsis perpetuo excludantur et priuantur et alias si incorrigibiles sint puniantur iuxta iuris formam et obseruantias regulares, et ne aliquis desuper præmissis possit se aut valeat quolibet excusare. ordinarunt præfati Dni Abbas et Reformatores quod hoc statutum anno quolibet in generali Capto loco monitionis canonicæ publicetur

De Poena Religiosorum qui infra hoc monasterium seu alias Domos Ordinis vel etiam extra mulieres incluserint seu habuerint 61

Quoad eos qui infra septa huius monasterij S. Antonij viennen vel infra Domos præceptoriarum in quibus degunt, resident et morantur reperti fuerint seu conuicti cum aliqua muliere inhonestatem committere, vel mulieres suspectas, et diffamatas in ipsis domibus locis secrete includere intromittere seu tenere voluerunt et ordinarunt præfati Dni Abbas et Refortores, ut tales ilico disciplinentur iuxta solitum morem, et moneantur ut desistant, omnino et deinceps præcaueant a præmissis. si autem 2da vice, quod absit deprehensi fuerint iterum id ipsum quod supra dictum est facere, in locis supradictis. incontinenti intrudantur in carceribus, in quibus per nouem dies continuos panis tantummodo eis ministretur. et post nouem dies in conspectu aliorum fratrum publice disciplinentur, præterea si malis mala accumulando omnia præmissa contempserint, et iterum tertio cum aliqua muliere inhonestatem committere, vel ipsas mulieres suspectas et diffamatas modo prædicto secrete in ipsis domibus receptauerint, beneficio siquod obtinent, sint ipso facto priuati et ne tales contagione pestifera plurimos perdant

iuxta dictum

iuxta dictum Augustini in regula a Monrio expellantur reddaturque inhabilis perpetuo ad aliquod beneficium obtinen iuxta tenorem antiqui statuti ipsius rigorem ex certa scientia in alijs mitigando. Si vero talis beneficium non obtinet, quo priuari possit, et tertia vice vt praemissum est, repertus fuerit in tanto crimine seu reatu per Dnum Abbatem seu eius praeceptorem illico in carceribus detrudatur et per vnum annum integrum in pane et aqua, reseruata tamen misericordia Dni Abbatis in hoc Monrio et praeceptoris in suis praeceptorijs in eisdem carceribus recludatur et expresse detineatur. Si vero extra Monrium vel domos ipsius ordinis reperti fuerint mulieres publice aut secrete tenere aut alias incontinenter viuere, seu vt praemissum est, inhonestatem committere, priuantur per Dnum Abbatem vel eorum superiorem seu praeceptorem, vt supradictum est, vel alias prout eis videbitur expedire

62 De pueris non tenendis seu leuandis de sacro fonte per Religiosos istius ordinis

Vt vt habitandi occasio cum mulieribus praecludatur et suspecta collogiua et consortia penitus euitentur praefati Dni Abbas et reformatores tam iuris communis traditiones, quam huius religionis institutiones plurimas insequen, tam auctoritate aplica quam huius sacrae reformationis diffinitione sanxerunt, et sub poena excois inhibuerunt vt nullus religiosus ipsius ordinis, cuiuscunque status gradus, aut conditionis existat pueros tenere, aut de sacro fonte leuare, commatres facere aut compaternitatem contrahere cum aliquibus mulieribus

quoquomodo

praesumat, nisi ex magna et arduissima causa quo casu petita tamen et obtenta a Dno Abbate licentia, dum tamen non multiplicatis vicibus, hoc facere possint. qui dnus Abbas consideret si talis sit legitima causa vel non, et aliter sine magna causa non concedat. quoad praeceptores aut ultra tres leucas a monrio distantes voluerunt praefati Dni quod si causae sint legitimae et honestae, super quo eorum conscientias iidem Dni refortores onerarunt, eis huius statuti auctoritate liceat praemissis casibus pueros leuare, compaternitatem contrahere, et alia praemissa facere, dum tamen non saepius. ipsi etiam praeceptores subditis suis ex praemissis causis hanc licentiam recedendi habeant facultatem. et caueant ne absque causa arduissima ipsam licentiam concedant, Adycien ut praemissis casibus nullis licitum sit quoquomodo in monrio post ipsam licentiam sic obtentam ipsos pueros portare per villam eundo et redeundo de Baptismo, sed solum et dumtaxat ipsos pueros teneant in catechismo, et supra fontes

De festo nuncupato stultorum seu innocentium nunquam in antea celebrati 63

Eadem Die secunda hora post meridiem, ubi supra praefatis Dnis reformatoribus in unum congregatis super consuetudine seu verius iniquissima corruptela, quae nefandissimo et temerario ausu aliqui iam pridem festum stultorum ab aliquibus appellatum Ludibria et spectacula circa festum ss. innocentium exercere praesumit, dicti Dni Abbas et refortores super hoc debite prouidere volentes, ordinationem antiquam et solennem in hoc monrio per diffinitiones tunc capli gnralis factam renouarunt approbarunt receperunt et perpetuis futuris temporibus duraturam eiusquidem constitutionis tenor sequitur in haec verba, Item cum proximis actis temporibus

ctis temporibus per sacram Theologiae Almae vniuersi
tatis parisien facultatem per certas conclusiones et De
cretum reprobata sit quaedam detestanda et superstitiosa abusio
et damnabilis ritus, quod festum fatuorum appellatur quod
ab initio a ritu paganorum et gentilium traxit originem
in quibus decreto et conclusionibus expresse cauetur quod ex
ercentes tale festum fatuorum vehementer sunt in fide sus:
pecti et de haeresi arguendi. sacerdotesque et clerici in sacris
ordinibus constituti habitum dimittentes et talia turpia
exercentes apostatant a Regula et honestate sacerdotij recen
senque praefati Dni Abbas et Diffinitores istud in sacerdotibus
et clericis secularibus nefandissimum et detestandum fore
et ratione fortiori in religiosis qui regulae sunt astricti quodque
in contemptum dei et vilipendium Ecclesiasticae dignitatis
cupientes huiusmodi detestabilem ritum et errorem ab vniuersa
sua religione et suppositis eiusdem penitus extirpare et era
dicare. vniuersis et singulis religiosis S. Antonij cuiuscunque
status et gradus fuerint tam in capite quam in membris
et vbilibet degentibus et commorantibus, et futuris ac infir
mis utriusque sexus in virtute sanctae obedientiae praecipiunt
et iniungunt, ne de coetero quis ausu temerario festa lucus
mor exercere in eisque quomodolibet ingerere, et immiscere
neque se in aliquo gestu aut habitu in dictis festis difforma
re praesumant, et sub certis formidabilibus poenis in contra
facientes per suos superiores infligendis, Declaran praefati
Dni Abbas et reformatores, et auctoritate Aplica decer
nen, ne de coetero praedictum festum sic fatuorum appella
tum, et in monasterio fieri solitum quocumque modo in antea fiat
seu attentetur

seu attentetur; Nec super eodem fiendo in hoc monasterio et alijs quibuscunque locis Religionis licen facultas seu auctoritas per Dnum Abbatem seu alium quemlibet dari possit ne tabula super hoc fieri solita quoquomodo signari. Volentes praeterea quod pecuniae quae in praemisso festo dicto stultorum, per novitios huius monasterij expendebantur inter novitios tantum in vigilia, Nativitatis Dni Anno quolibet perpetuis temporibus distribuant et inter eos dividantur

De choreis et nuptijs et conviuijs omnino fugiendis et praecauendis. 64

Item praefati Dni Abbas et refortores statuerunt et ordinarunt ne aliquis religiosus istius ordinis chorizare seu choreas frequentare quoquomodo praesumat neque intersit in publicis conviuijs seu nuptijs, nisi tales, pro quibus sic nuptiae celebrantur de eius consanguinitate affinitate seu intima amicitia forent, et tunc etiam si talis sit religiosus ad ministratione carens petat prius et obtineat Licentiam a superiori suo quibus casibus, si religiosi intersint in ipsis conviuijs seu nuptijs parentum seu Amicorum suorum habitum suum honeste deferant. caueant et procideant ut praedictum est, ne coreis se immisceant, non lasciuo cantu se implicent, capulam vitent, comessationem et turpitatem fugiant turpiloquium detestentur, non ibidem pernoctent, sed quantocius poterint ad propria reuertantur. recolen quod sicut pisces sine aqua: sic religiosus sine claustro. Adycien praefati Dni reformatores et districtissime prohiben ne religiosus aliquis ipsius ordinis cuiuscunque conditionis existat sponsas ad Ecclesiam ducere seu conducere praesumat quoquomodo, easdem ad manum tenendo ut aliqui solent. siquis aut in praemissis culpabilis repertus

fuerit

fuerit seu in aliquo violator acriter puniatur, et taliter ut
alij eius exemplo perterriti a similibus arceantur

65 De conuersatione honesta Religio
sorum cum sint in villis seu alijs locis
publicis

Insuper Dni Abbas et Refortores pfati statuerunt et or
dinarunt ut religiosi ipsius ordinis, cum in hac villa S. An
tonij seu quibuscunque alijs locis ciuitatibus villis et oppidis
pro suis necessarijs tractandis negocijs, seu alias de licentia
suorum superiorum personaliter interierunt, caueant omnino
et abstineant a colloquijs ipsarum mulierum non intrent
Domos ipsarum nisi adesset necessitas urgentissima, et tunc
etiam soli non ingrediantur, et iuxta hyeronimum: solus
cum sola secreto, et absque arbitro vel teste cum eis numquam
sint, tantaque loquendi sit fiducia, ut intrante alio nec pa:
ueant nec erubescant, speculum enim mentis facies, cum
erunt in ipsis villis et locis publicis, decenter et religiose
incedant, non ad ludos, non ad spectacula, seu secularia
commercia quocumque modo intendant. fabulas et colloquia
secularia prorsus euitent, et fugiant, nec ipsi se his vide:
licet ludis fersis, spectaculis se immisceant quoquomodo
nimis iocula toribus, et histrionibus non intendant. Ta
bernas et alia loca inhonesta fugiant. et religiose con:
uersentur ut cum Augustino in Regula pfati ordinis, in eis
nihil inueniri possit quod cuiusquam offendat aspectum.
sed quod eorum deceat sanctitatem. si quis aut praemissis
culpabilis repertus fuerit per superiorem suum grauiter pa
nietur

66 De sententia Excois quam ipso facto
incurrunt oes Religiosi ordinis in:
trantes villam vel hospitale seu claus
trum exeuntes

trum exeuntes absq; licentia, et quis possit absoluere a p̄fata excois sententia

Item præfati Dni Abbas et refortores insequen formam antiq statuti huius mon^rij ordinarunt et perpetua constitutione sanxerunt quod nullus fr̄ siue sit conuentualis siue præceptor siue prior ordinis infra villam S. Antonij extra mon^rium bibat, comedat vel iaceat, nec ipsum monasterium exire vel hospitale intrare præsumat, nisi prius a priore claustrali vel ab eo qui in eius absentia loco ipsius erit in mon^rio petita licentia et obtenta, cā rationabili exitus vel ingressus sui dicto priori patefacta, et tunc etiam iuuenem præsbyterum secum ducere teneatur. vel alium fr̄em idoneum iuxta ordinationem prioris claustralis qui contrarium fecerit exeundo de monasterio in dicta villa aut intrando dictum hospitale sine licentia incurrat sententiam sententiam excois ipso facto, nec trahant seu extendant ipsam licentiam ad alias cāas quam expressas p̄fato priori in ipsius licentiæ petitione et concessione, ab ipsa aut excois senia in monasterio nullus possit absoluere quam Dnus Abbas vel eius vicarius. hoc siquidem statutum inter cætera districtissime auctæ aplica p̄fati Dni Abbas et Refortores perpetuis futuris temporibus decreuerunt ordinauerunt et statuerunt in hoc monasterio irrefragabiliter obseruandum

De licentijs generalibus nulla ratione concedendis et quod ingressus hospitalis in licentia non comprehendatur 67

Item Dni Abbas et Refortores consideran quod propter licentias gnrales, quam in plurimis Religiosis huius monasterij hactenus passim et indiferenter concessas, Regularis obedientia plerumq; læsa fuit, et infracta diuinique officij seruitium ex hoc plerumq; defraudatur, quodq; indecens et dis-

cens et disonum valde vt tales licentiae quas gnrales vocant absq; causa vrgentissima concedantur, idcirco statuerunt ordinarunt et auctae aplica diffinierunt quod de coetero prior claustralis huius mon^ri^ sup prior vel alius qui cunq; loco ipsorum subrogatus non possint neq; valeant huiusmodi licentias gnrales aliquibus religiosis dicti ordinis dare seu concedere quoquomodo nisi duntaxat praeceptoribus ipsius religionis aliisq; religiosis forensibus ad capitulum gnrale vel alias ad pns monasterium pro suis negotijs venientibus qui necessario tunc habebunt hospitari in villa aut etiam officiarijs et beneficiatis pntis mon^ri^, qui suorum praetextu officiorum seu etiam beneficiorum necessario habebunt in dicta villa vel extra eam dictam negotiari, et tunc etiam indifferenter non posset dare gnalem nisi ad certum seu modicum tempus eius arbitrio limitandum seu moderandum nec sub tali generali licentia ingressus hospitalis quomodolibet comprehendatur nisi in concessione licentiae expresse et specialiter exprimatur. per praemissa tamen non intendunt praefati Dni Reformatores praeiudicare in quoquam iurisdictioni, et auctati ipsius Dni Abbatis et idem ordinarunt statuerunt et diffinierunt praefati Dni Abbas, et Refortores tenendum et obseruandum in quibuscunq; domibus et praeceptorijs ipsius ordinis in quibus sunt religiosi claustrales commorari videlicet, quod non possint seu praesumant exire septa ipsarum Domorum, et limites ordinatos et statutos nec extra ipsos limites comedere Bibere siue pernoctare absq; speciali et Expressa licentia suorum praeceptorum vel in eorum absentia illius qui ad hoc, per ipsum praeceptorem commissus fuerit et deputatus petita et obtenta et hoc quilibet praeceptor ordinis in sua domo seu praeceptoria

sub poena

sub poena inobedientiae, disciplinae, et carceris faciat inviolabiliter observari. Et si qui religiosi claustrales vel alij praemissa observare contempserint, post praemissas poenas remittantur Dno Abbati velut inobedientes poenam pro meritis recepturi. Adycien quod in praeceptorijs ubi non erunt limites ordinati. quilibet praeceptor in sua praeceptoria ipsos limites instituere possit, ordinare et stabilire secundum quod eisdem videbitur expedire

Quod nullus Religiosus ordinis Privatim allogui praesumat mulieres infirmas hospitalis et eius Poena in S. Antonio vien: 68

Item cum per superius descriptas ordinationes statutum fuerit et generaliter inhibitum, ne religiosi ipsius monasterij quovismodo praesumant frequentare mulieres, aut illicitis alloquijs cum ipsis fabulari. per quam maxime tamen praefati Dni Abbas et refortores totis desiderijs affectan honestam religiositatem et continentiam observari inter religiosos ipsius monasterij, et mulieres infirmas dicti monrij ac magni hospitalis S. Antonij viennen hac perpetuo valitura constitutione et diffinitione ordinaverunt et acute aplica decreverunt, vade coetero Religiosi istius monrij quicunque sint nisi sint tales qui praetextu suorum officiorum necessario ad hoc astringuntur, omnino praecaveant ab allocutione privata publica vel occulta ipsarum mulierum infirmarum dicti hospitalis. inhibentes acute qua sup et sub poena Excoicaois omnibus religiosis huius monasterij, exceptis supradictis ne de coetero quovismodo occulte secrete seu in alio suspecto aut hora suspecta; sed neque etiam publice assidua seu longa allocutione nisi hoc esset in praesentia et audientia plurium honestarum personarum, et maxime ante portam dicti magni hospitalis cum ipsis mulieribus hospitalis loqui seu confabulari praesumant, seu ulias quomodolibet conversari; nec

uersari nec etiam per interpositas personas seu nuncios eis aliquid mandare sed neq; occasione suorum vestimentorum seu alias quomodolibet cum ipsis mulieribus conuersari et si quis ex religiosis huius monasterij in præmissis repertus fuerit culpabilis et inobediens, incontinenti vltra predictam poenam in carceribus intrudatur et alias graviter puniatur et taliter quod omnibus sit Exemplum præcipiens magistro hospitalis, qui pro tempore erit religiosus ipsius ordinis sub dicta poena excomunicationis vt diligenter in præmissis attendat, vel prouideat, vt religiosos in hoc culpabiles detegat, et declaret Dno Abbati vel priori incontinenti vt super præmissis fiat prouisio debita bona hora, cuia seruitores autem claustri statuerunt prefati Dni Abbas et Refortores vt qui in præmissis fuerint reperti culpabiles in carceribus intrudantur et debite puniantur

69 Quod Religiosi iuuenes non teneant cameras in monasterio et quibus ipsæ cameræ conferri seu assignari debeant

Deinde die martis decima mensis prædicti martij, de mane ante septimam horam, præfati Dni Abbas et Reformatores vbi supra in vnum Congregati consideran quod plerumq; loci oportunitas est causa peccati volen igitur Amputare materiam et occasionem peccandi, hac perpetua et irrefragabili diffinitione, Auctte Aplica qua funguntur vnanimiter decreuerunt statuerunt et ordinarunt, ut numquam de Coetero quauis occasione seu causa aliquis religiosus istius ordinis, nisi sit claustralis et in sacerdotio constitutus, et talis qui post ipm susceptum sacerdotium per tres annos integros in hoc monasterio S Antonij viennen steterit et laudabiliter conuersatus fuerit, aut nisi sit officiarius claustri preceptor ordinis aut alius beneficiatus in ordine, tenere possit vel habere quouis modo

Domum

seu cameram ꝑ se infra istud monasterium S. Antonij vien
nen, neq; infra ipsam Domum etiamsi alias ad eam pertine
at per se stare seu residere, vt principalis persona, Guberator
seu administrator ipsius camera seu domus, præcipien ꝑfati
Dni Abbas et refortores sub poena excoicationis vt oes et
singuli religiosi ipsius monrij qui non fuerint conditionis
aut qualitatis supradictæ, videlicet claustrales ꝓbyteri,
et qui post susceptum ꝓbyteratum in ipso monasterio per
triennium continuum non steterint, aut aliter officiarij
seu beneficiati, vt dictum est, debeant et necessitate tene
antur, et cogantur stare residere seu morari et libram
suam Comedere cum Religiosis antiquis prouectis et bene
probatis. Claustralibus officiarijs vel alijs beneficiatis ip
sius monasterij nec contra hoc statutum alicui imposterum
licen concedi potest aliqualiter siue dari. Qui vero contra
hoc statutum ire præsumpserit, vltra poenam supradictam
libra sua tam diu integraliter sit priuatus, quam diu præsump
tuose præmissis præsumpserit contraire nec ad ipsam libram
dandam seu tradend eidem claustrali sic inobedienti celle
rarius huius monasterij quomodolibet teneatur, sed Dnus
Abbas eandem libram alteri Religioso ad serviendum in Eccle
sia sufficienti, et idoneo incontinenti conferre teneatur. Ad
iciend vt quicunq; contra hanc institutionem, et diffiniti
onem venire præsumpserit, velut inobediens, et temerarius
contradictor vltra præmissa acriter puniatur et vt sta
tutum præmissum tenacius obseruetur. ordinarunt ꝑfati
Dni Abbas et Refortores ut de coetero domus et camera
exeuntes in claustro ꝑntis monrij distribuantur et de
eis prouideatur per Dnum Abbatem officiarijs ipsius
claustri Religiosis beneficiatis et alijs claustralibus
antiquioribus

antiquioribus et proueitis. volen vltra præmissa vt præceptores ordinis qui habent Domos in hoc monasterio non possint eas tradere alijs religiosis quam supius dictis et declaratis. Aliter Dnus Abbas possit eas alijs religiosis ad hoc idoneis, vt supra dictum est realiter expedire

7° De residentia claustralium huius monastery et De claustrariis nullo casu in perpetuum arrendan et de ipsorum libris cursibus et Distributionibus et quales fructus in absentia per claustrales recipi possint

Insuper pfati Dni Abbas et Refortores prouida consideraoe pesantes quod propter non residentiam Religiosorum claustralium et aliorum beneficiatorum huius monasterij S. Antonij viennen Ecclia ista plerumqz in diuinis officijs et alijs spiritualibus exercitijs defectum patitur et detrimentum statuerunt et ordinarunt vt pfati Religiosi Claustrales et officiarij secundum foam superius in præcedentibus ordinationibus contra non residen contentam et declaratam et alias per censuram Ecclesiast et oibus vijs et remedijs iuris ad residentiam personalem in hoc monasterio faciendam efficaciter compellantur nisi de non residendo eos causa legitima et rationabilis excusaret Adycien, et hoc in perpetuum valitura ordinatione et diffinitione, Auctoritate Aplica decernen, vt numquam in antea licitum sit, vel quacunqz raoe permissum quibuslibet claustralibus huius monasterij S. Antonij vienn, arrendare, admodiare seu ad firmam tradere claustrarias suas præbendas vel canonicas portiones istius monasterij siue fructus et procientus, earum. nec super hoc licentia vel accitas eisdem per Dnum Abbatem vel alium quemlibet quacunqz raoe siue caa imposterum concedi valeat siue possit. voluerunt tamen, declarauerunt et ordinarunt præfati

narum prafati Dñi Abbas et Reformatores, et Religiosi claustrales huius monasterij iuxta consuetudinem antiquam tam in psentia quam absentia, si sint absentes videlicet ex legitima causa percipiant et percipere possint et debeant grossos fructus prebendarum seu claustrariarum suarum integr et quotiens contigerit aliquem Religiosum claustralem ipsius monasterij aut etiam officiarium eiusdem nisi esset de illis qui consueuerunt ex suo officio tenere religiosos et recipere suas libras quotidianas in ipsorum absentia a pnti monasterio ex aliqua ca legitima se absentare Dnus Abbas aut in eius absentia prior claustralis possit teneatur et debeat assignare dare seu tradere libram ipsius Religiosi absentis alicui ex religiosis alijs non claustralibus ipsius monasterij, dum tamen sit sufficiens et idoneus pro seruitio Ecclesie loco alterius absentis faciendo et pro cursu suarum missarum continuando et celebrando. Voluerunt in prafati Dñi Abbas et Reformatores et de gratia speciali concesserunt. quod quilibet claustralis aut officiarius qui se velit absentare habeat et teneat domum seu cameram infra claustrum pnte monij, ne ipsa domus siue camera in eius absentia maneat sine custodia propter pericula que solent euenire, possit et valeat pntare dicto Dno Abbati seu in eius absentia priori claustrali pntis monasterij unum Religiosum sibi gratum, qui durante sua absentia recipiat libram suam integram in domo ipsius Religiosi se absentare volentis et ipse Dnus Abbas debeat sibi dare dictam libram ~~claustralis absentis, ut pmissum est in omnibus, et per eum seruiat~~, dum tamen ipse Religiosus taliter pntatus sit sufficiens et idoneus. quequidem religiosus recipiens libram claustralis absentis, ut pmissum est, in omnibus et per eum seruiat loco absentis et faciat cursum missarum integraliter

integraliter durán alterius absentia & ita promittet
cum dabitur sibi predicta libra, & de ipso cursu Claustralis
absens dabit religioso libram suam recipienti decem flore-
nos monete currentis pro quolibet anno, vel partem con-
tingentem secundum ratam temporis quo ipse cursum fecerit
habendo respectum ad dictam summam decem florenorum
pro qua quidem summa decem florenorum ipse tenebitur fa-
cere integraliter dictum cursum absq; alicuius defectu & si
aliquem faciet defectum sibi soli imputabitur & defalca
bitur super predicta summa decem florenorum & totum re-
siduum dicti cursus quod cunq; sit & qualitercunq; solvatur
sive in fine cuiuslibet Ebdomade sive in fine anni vel
alias habebit, & recipiet ipse pns Claustralis, sicut sepe
ius ordinatum est de aliis grossis fructibus ipsarum Clau-
strariarum in absentia recipien & quia de novo in pti
monasterio fuit missa Dni nri Regis singulis diebus dicenda
fundata pro cuius fundatione certe debent fieri distribu-
tiones religiosis Claustralibus in ipsius celebratione inter-
essentibus ut ipsa missa maiori cum devotione celebretur
ordinarunt pfati Dni Abbas & Reformator quod religiosus
recipiens libram absentis, qui tenetur facere cursum mis
sarum ut dictum est, teneatur etiam interesse personaliter
dum & quando predicta missa celebrabitur ratione cuius
ipse de dicta fundatione Dni nri Regis recipiet, certam
partem ipsarum distributionum ad causam missarum
de coetero faciendarum. Alias vero Distributiones. Alias
vero distributiones que sunt manuales pro aliquibus anni
versarys & processionibus aut alys quovismodo recipiet
integraliter ipse religiosus recipiens libram absentis ita
& taliter quod ipse claustralis absens durante ipsa ab-
sentia nichil de ipsa distributione fundationis Regis reci
piet, nisi si

piet nisi nisi si et in quantum alias ipsa fundatio per
mittit recipere absentibus, sed alia duas partes ultra ter
tiam partem quam recipiet Religiosus libram recipiens
cum alijs defectibus, et totum quod supererit omnibus solutis
in fine anni redditis computis ponetur in Thesauro Coi
pro communibus negocijs religionis iuxta mentem dictae
fundationis in missis et circa premissa dictam fundationem
reformam qui vero contra praemissa aliquid attentare pre
sumpserit ipsas libras seu claustrarias arrendare volendo
seu de facto arrendando seu contra premissa seu eorum aliquod
aliquid attentando premissum arrendamentum et quicquid in
contrarium premissorum presumtum extiterit sit ipso iure irritum
et inane

De libris absentium Religiosorum conferen nouitijs qn nus Religiosorum cursum facientium est completus 71

Item statuerunt et ordinarunt quod de libris absentium
Dnus Abbas prouideat presbyteris religiosis qui cursum
faciant absentium et pro eis deseruiant in diuinis et quo
ties numerus presbyterorum cursum facientium erit completus
ita quod cursus non cessabunt, prouideat ipse Dnus Abbas de
libris Nouitijs Religiosis in cabiscolaria existentibus non
tn illis pueris, q sunt de fundatione regia

Quod Religiosi post campanam vocatam Recullee nullo modo in claustro videantur et de portis bona hora clauden et de poena 72

Item prefati Dni Abbas et Reformatores inhibuerunt expresse
omnibus religiosis istius monasterij presentibus et futuris ne de
coetero hora tarda de nocte discurrant, confabulentur seu
mutuis colloquijs se implicent infra claustrum istius mo:
nasterij et praesertim nullo modo praesumant ire per claustrum
seu ex ire domos quas inhabitant, pulsata campana quae
appellatur la retracte, siue recueillie et si contrarium fece:
rint et in ipso claustro post supradictam horam reperti fu
erint, puni

erint puniantur, in crastinum per disciplinam aut alias
prout Dno Abbati seu priori claustrali videbitur expedire
similiter post praedictam horam servitores claustri absque cau
ratione rationabili non discurrant seu vadant quovismodo per claustrum
Adyccen ut custodes portarum huius monasterij bona hora
claudant de coetero portas istius monasterij, nec ultra horam
qua pulsatur dicta campana quae appellatur la retraite.
ipsae portae recipiant. aptae et si contrarium fecerint pri
ventur obventionibus quas recipiunt a monasterio, et ul:
terius per Dnum Abbatem acriter puniantur. neque sub dicta
poena ipsi custodes a dicta hora aperiant portas pro qui:
tuslibet religiosis seu alijs personis absque licent Dni Abbatis
praedicti vel prioris claustralis, nisi essent personae quae prae
textu suorum officiorum necessario tunc exire vel intrare
73 haberent

De vigilia festivitatis B. Antonij et quinque festivitatum B. Mariae in posterum ubilibet in religione ieiunandis

Et quum ad sobrietatem et abstinentiam hortatur nos Apos
tolus tanquam quae vera est vitiorum mortificatrix statu
erunt praefati Dni Abbas et Refortores ut universi ipsius or:
dinis religiosi sub praetis statuti praecepto teneantur et debeant
ieiunare vigilia festivitatis B.ssimi patris nri B. Antonij
quae est de mense Januarij. Item voluerunt et statuerunt ut
vigiliae festivitatum B. Mariae virginis, videlicet Natis et
purificationis etiam pariter per totam religionem et tam
per religiosos quam infirmos donatos et conversos ieiunentur.
De vigilijs autem festivitatum Annunciationis et conceptionis
B. Mariae cum altera in adventu, altera vero in quadragesi
ma consueverat evenire, neque etiam de vigilia Assumpti
onis eiusdem cum talis sit sub praecepto ecclesiae non est fienda
regula spalis cum in illis etiam alio capite ieiunium indif
ferenter debeat observari, et ita fieri praeceperunt, et or
dinarunt

ordinauerunt Adycien vt per ieiunium ad pns indictum super vigilia ipsius Natiuitatis B. Mariae virginis Religiosi claustrales huius monasterij nihil perdant de libra sua illa die propter vigiliam ipsius Natiuitatis et hanc ordinationem tam in capite quam in membris voluerunt perpetuis futuris temporibus obseruari

De abstinentia Carnium feria quarta ab oibus Religiosis et personis ordinis tam in capite quam in membris 74

Item praefati Dni Abbas et Reformatores inhaerentes statutis huius monrij decreuerunt vt nunquam fres ipsius monasterij seu ordinis neque etiam infirmi conuersi seu donati feria quarta vtantur carnibus nec in capite nec in membris nisi adesset caa infirmitatis seu alia rationabilis et tunc hoc faciant de licentia Dni Abbatis vel praeceptoris si sint balliuijs commorantes

De feria sexta semper ab omnibus in tota religione ieiunanda. 75

Item iuxta consuetudinem antiquam et statuti tenorem statuerunt ordinarunt et auctoritate Aplica decreuerunt vt feria sexta semper ab oibus fribus infirmis, conuersis et donatis ipsius ordinis sine intermissione qualibet ieiunetur tam in capite quam in membris exceptis tantummodo personis quae de iure et a ieiunio excusantur, et ipsa die vti possint piscibus vel caseis prout eis melius videbitur iuxta regionis in qua erant facultatem seu consuetudinem dum tamen obseruent ipm ieiunium. Si vero ipsa sexta feria esset festum maius duplex non teneantur ad ipsum ieiunium obseruandum sicuti neque antiquitus secundum statutorum huius ordinis continentiam per prius tenebantur

De quadragesimali ieiunio nulla raoe violanda et de abstinentia in hoc monasterio duobus diebus post dominicam 50me 76

Item caueant oes fres ipsius ordinis ne quauis temeritate quadragesimale ieiunium violare quouis modo praesumant ieiunanta cibo pariter et a vitijs, non interrumpant ipsum ieiunium memores

memores ipsius quod scribit Augustinus qui vnam diem quadragesimae abstinendo praetermiserit totam quadragesimam violasse videtur, et propter modici temporis cibum magnum fructum laboris amiserit, interdicen omnino et districtissime inhiben esum carnium in hoc monasterio, feriis 2da et tertia post Dominicam quinquagesimae seu carnispriuij in alijs aut domibus aut praeceptorijs religionis decreuerunt regionis consuetudinem obseruand

77 De aduentu Dni ieiunando et obseruan

Item iuxta statutum antiquum Aduentus Dni ieiunio quadragesimali semper vbiqs tam in capite quam in membris ab octbus obseruetur ubi autem feliciter pisces non habentur seu commode illo tempore, vti possint ouis et caseis dum tamen ipsum ieiunium aliter obseruent, ididem possint ipsi praeceptores videlicet vt eo casu ouis vel caseis si pisces commode non habent circa vero infirmos debiles seu als impotentes vel senes pfatus Dnus Abbas et praeceptores in suis praeceptorijs dispensare possint super esu carnium si fuerit necessarium, indulgendo quod tamen sine magna caa fieri non debeat

78 De modo distribuendi cappas Religiosis huius monastery diebus quibus fiant processiones Solennes

Item praefati Dni Abbas et Refortores volen ergo mores cum processiones in hoc monasterio gnales cum cappis celebrandae sunt taliter prouidere, vt vnitas in animis, Identitas in modo faciendi. Decentia in ipsis cappis accipien et vniformitas obseruetur. voluerunt statuerunt et ordinarunt dicti Dni Abbas et Refortores quatenus quotiescunqs de coetero processiones Generales. cum cappis in hoc monasterio erunt celebrandae. Sacrista maior huius monastery non debeat quouismodo religiosis quibuscunqs ipsas cappas tradere ante horam tertiarum, quin imo paulo ante praedictam horam infra chorum istius Ecclesiae S. Antony portet seu portari faciat cappas

ciat cappas ad hoc ordinatas. videlicet tot quot ad hoc necessaria videbuntur. vna pro quolibet Religioso et cum alijs indumentis ad necessarijs et consultis, et ipsas cappas infra chorum sup tabulas seu mensas ad hoc ex num ordinandas reponet et ordinet, pulsata vero tertia et oibus religiosis cappas habere volentibus et debentibus in choro congregatis et ipsam horam tertiarum decantantibus, cabiscolus duos ex nouitijs seu alijs iunioribus constitutis Religiosis tunc exhibeat infra ipsum chorum sacristae seu deputato ab eo pro cappis tradendis, et sacrista praefatus, vel ab eo commissus per vtramq partem chori p ipsos nouitios cappas singulariter singulis in choro stantibus et existentibus deferri faciat et honeste reponi ante eos, a dignioribus in choro existentibus incho ando, et cappas venustiores, dignioribus et Antiquioribus pntando. Ita tamen quod nulli ex religiosis ipsius monasterij sit licitum ipsas cappas refricare seu alias ornatiores postulare. sed absq murmure quilibet cappam sibi pntatam recipiat. et incontinenti dicta seu decantata tertia quilibet ipsorum religiosorum cappam sibi traditam infra chorum absq alibi diuertendo induat et omnibus sic indutis et congregatis adueniente Dno Abbate de reuestiario si ipse officium faciat seu alio psbytero ipsum officium celebrante, omnes vnanimiter, de choro processionem incipiendo bini et bini exeant ordinate, et ambulent processionaliter, et cum honestate, sctite et deuotione processionem faciant Adyccen vt nulli religiosorum cappa debeat tradi extra chorum nisi essent ex Religiosis seu ministris assistentibus cum Dno Abbate, qui cum eo infra reuestiarium cappas suas induant et recipiant. seu erunt ex religiosis deseruientibus in Ecclesia B. mariae si induti fuerint de vestimentis pfatae Ecclesiae B. mariae bini et bini vnanimiter venire

miter venire teneantur, et debeant ad Ecclesiam magnam et intrare chorum ipsius Ecclesiae cum alijs religiosis. Decernen. praeterea vt omnes Religiosi praedicti qui in choro supradicto cappas acceperint cappas ipsas ibidem dicta et peracta ipsa missa infra chorum dimittere efficaciter teneantur Nec extra ipsum chorum easdem quouismodo deferre praesumant, Religiosi autem deseruientes in Eccl.ia B. Mariae etiam cappis induti in simul reuertantur ad Eccl.iam B. Mariae ibidem suas cappas dimissuri, et ita ordinarunt. Praefati Dni Abbas et Reformatores de coetero debere seruari in pnti monasterio nisi forte in diebus Ascensionis Dni et festiuitate corporis Chri propter magnam affluentiam peregrinorum, talis ordo in praedicto choro minime seruari posset nam tunc ad ordinationem prioris Claustralis et ipsius sacristae in altera ex capell. ipsius Eccl.iae poterit modo praemisso ipsarum capparum distributio fieri utroqz tamen casu oibus religiosis in ipso choro existentibus, ut supradictum est, qui vero contrarium fecerit regulari subiaceat disciplinae. Ordinauerunt pterea pfati Dni Abbas et Refortores, quod sacristae istius monasterij qui ex suis officijs habent custodiam vestimentorum, et iocalium eccl.iarum dicti monrij nullo modo psumant et hoc sub poena excois tradere seu etiam praestare aliqua vestimenta ipsarum Ecclesiarum pro aliquibus ludibrijs ludis inhonestis farsis choreis seu etiam spectaculis faciendis per hoc tamen non intendunt prohibere. quin praedicta possint praestare pro aliquibus historijs licitis et honestis, aut etiam repraesentationibus deuotis faciendis hic in monasterio hoc tamen prius exposito in caplo conuentuali

79 Quibus diebus et per quos ecclesia et capellae huius monasterij scopari debeant seu mundari et de poena

Item praefati Dni Abbas et Refortores consideran qua decens
sit Domum Dei hoc est ecclam tenere mundam, tersam seu
scopatam idcirco ordinauerunt et statuerunt quod de coetero
singulis annis ipsa Ecclia pntis monry S. Antonij viennen
diebus sequentibus p infra nocatos bene et diligenter mundetur
et scopetur. primo in vigilijs Natis Dni B. Antonij et purifi
cationis B. Mariae. Die martis ante cineres, Sabbathi ante Do
minicam qua cantatur Jubilate post pascha; in vigilijs ascensi
onis Dni pentechostes. Solennitatis Corporis Chri Aplorum
petri et pauli. B. magdalenae. Assumptionis B. Mariae. Natis
eiusdem, dedicationis B. michaelis. oium Sanctorum et sab
bathi ante primam Dnicam de Aduentu, et ut qui recipiunt
emolumentum teneantur humoi onus subportare prout quem=
libet tangit raoe sui officij, cum etiam alias raoe suorum officio
rum ad id raoabiliter teneri videantur, idcirco ordinauerunt
pfati Dni Abbas et Refortores primo videlicet quod custos
Altaris seu eius seruitor luminaria teneatur singulis supra
dictis diebus mundare, et scopari facere totum ps byterium
hoc est inter chorum et maius Altare, ac in circuitu ipsius mag
ni Altaris, tam de retro quam ante. Sacrista vero seu eius ser
uitor teneatur similiter supradictis diebus mundare et scopare
seu mundari facere Reuestiarium et chorum ipsius Ecclie, ex
cepto tamen quando scrm infra dictum chorum. Item
Brasserius seu custos Sti Brachij teneatur mundari facere
ipsis diebus capellam Sti Brachij et similiter ante dictam
capellam. Mgr vero Capellarum praedictis diebus teneat
mundari facere oes capellas ipsius Ecclie exceptis capellis
quae proprios habent rectores, quas ipsi rectores teneantur
pariter mundari facere. operarius vero totum residuum eccle
siae teneatur pariter diebus supradictis mundari facere
per magnillierios ipsius Ecclie qui quidem magnillierij
pariter

pariter tenebuntur oes immunditias supdictorum vna cum alijs extra dictam Eccliam portare. Dum tn ipsas extra loca sup designata praeparatas inueniant. prouideant ergo supra nominati tali hora in mundatione quae ipsorum quemlibet tangit vt ipsi magnillierij pdictas immunditias extra pdictam Eccliam ponere valeant. et idem obseruari ordinauerunt respectu Eccliae B. mariae ipsius monrij videlicet quod sacrista eiusdem saltem chorum eiusdem et ante Altare teneatur mundari facere diebus supra designatis et qui in praemissis defecerit prout quemlibet tangit puniatur poena pecuniaria videlicet pro qualibet due, qua aliquis ex supra dictis deficiet prout quemlibet tangit in tribus grossis monetae arren qui retinebuntur ipsis deficientibus de distributione Dni nri Regis

80 De capitulo intrando diebus ad hoc ordinatis et de correctionibus ibidem faciendis et de poena deficientium in ipso caplo et in quo loco alia conuentus negotia debeant ptractari

Et qnm Regularis obseruantia moribus disciplinatis ornata fructum affert mirificum. Ea propter cum huius monasterij constitutio de priore claustrali caplum die qualibet intrare debente certis rauabilibus et legitimis causis ad tres dies septimanae cuiuslibet p subsequentes ordines consuetudinemqz huc vsqz obseruatam redacta fuerit pariter et reducta ea pter pfati Dni Abbas et Refortores tam auctte Aplica quam huius sacrae reformationis diffinitione perpetuo valitura, ordinationeqz sanxerunt vt prior Claustralis huius monrij S. Antonij viennen feria secunda, quarta et sexta cuiuslibet hebdomadae in continenti finita prima intret caplum cum oibus fribus Religiosis in ipso monasterio commorantibus. In quo caplo lecto prius per alterum ex nouitijs ad hoc hebdomadarium vno vel duobus caplis Regulae B. Augustini et ipsis caplis Rom lingua per priorem expuatis et declaratis fient ibidem

Correctiones

Correctiones et punitiones De commissis negligentijs culpis delictis, et commissionibus et tractetur vnanimiter de salute animarum postq; cabiscolus materna lingua explicabit seu exponet quae illa die et sequenti per conuentum circa officium Diuinum in missis horis ac processionibus fuerint facienda vel ordinanda super quibus ibidem debite prouideatur et taliter quod ex illa hora difficultas aliqua ignorantia seu excusatio ab oibus praecludatur. In ipso aut capto nullus fratrum deficiat, alioquin sine misericordia perdat libram vini in prandio, quae incontinenti tribuatur pauperibus. Neq; per priorem remissio fieri possit de eadem nisi caa rationabilis aliquem excusaret, vt si celebraret, vel alia legitima, quibus casibus ipse prior licentiam dare poterit si eidem videatur expedire. Adyciend et sub poena Inobiae districtissime prohiben vt in ipso capto nihil de rebus familiaribus, nihil de alimonijs seu alijs negotiationibus ipsorum minusq; de rebus prophanis et secularibus quomodolibet pertractetur. sed cum ipse esse debeat locus deuotionis sanctitatis et pacis, ibm solummodo q Dei sunt et salutem animarum concernunt, deducantur in medium et salutifere terminentur, cesset ibidem ois clamor, ois dissolutio, cesset dispensio q inter abusus claustri enumerari solet. si aut tunc per ipsos Conuentuales aliqua necio in capto ptractanda foret. quae alibi commode expedire non possent, vt inuestiones. procurum constitutiones seu similia. praemissis peractis et absolutione mortuorum iuxta consuetudinem pfinita. puerisq; seu nouitijs, alysue religiosis admissam decantandam accedentibus: prior claustralis ibm aliquantulum cum procuratoribus et officiarijs conuentus alysue claustralibus ad hoc necessarijs in ipso explendo negotio alias

licito et honesto remanere possit et valeat. ordinan pterea
pfati Dni Abbas et Refortores et in virtute sanctæ obedien
tiæ præcipiend fribus conuentualibus huius monasterij vt
infra dicos Annos proximos, infra hoc monasterium et extra
ecclam habeant sibi eligere et prouidere locum vnum ad hoc
aptum et idoneum, in quo diebus cuiuslibet septimanæ, vide
licet feria tertia et quinta in prima hora post meridiem et
alias toties quoties eisdem videbitur expedire in simul cum
priore claustrali seu eius locum tenente ipsi officiarij pro
curatores et alij ad hoc necessarij conuenire pariter habeant
et debeant ipsius conuentus negotia incontinentia ibidem cum
decenti moderamine tractaturi

81 Quis debet in monasterio qn prior est absens vel in matutinis deficit sedem in capitulo tenere, et correctiones facere et alia ad pms prioris officium pertinentia exercere et quæ sint stipendia debita pro præmissis

Item statuerunt et ordinarunt quod illa die qua prior claustralis non erit in matutinis non præsumat tenere sedem in caplo nec correctiones faciat seu Regulam exponat. sed sup prior si in matutinis interfuerit, supradicta faciat. et si ambo quod esset valde inconueniens et fere intolerabile, deficerent in matutinis. ordinarunt pfati Dni Abbas et refortores antiquum huius monasterij statutum dubium et indiuiatum super hoc declaran vt sacrista maior ~~in matutinis ipsa die non interesset, dictis priore et suppriore absen, vel in ipsis matutinis non interessentibus. cabiscolus huius monasterij eo casu sedem teneat et Regulam exponat, correctiones et alia supra dicta~~ ipsius monasterij qui in ipsis matutinis interfuerit ipsam sedem in caplo Regulam legendo seu exponendo correctiones faciendo, et alia vt pmissum est, faciendo et exercendo

et exercendo tenere auctoritate statuti huiusmodi debeat et imposterum teneatur, verum si quod absit pfatus sacrista maior in matutinis ipsa die non interesset dictis priore et supriore absentibus, vel in ipsis matutinis non interessentibus Cabiscolis huius monasterij eo casu sedem teneat et Regulam exponat, correctiones et alia supra dicta auctorite statuti huiusmodi faciat compleat et facere teneatur, et idemfieri ordinauerunt et decreuerunt pfati Dni Abbas et resortores obseruan sore circa alia ad prioris Claustralis officium spectantia. puta licentiar concessionem, et alia oia cum ipm priorem ab hoc monasterio contigerit sore absen, vt videlicet in cuis absentia primo loco supprior secundo sacrista et tertio loco cabiscolus dicti prioris claustralis offm exercere efficaciter teneatur, proquen vt ille ex pdictis tribus videlicet subprior, sacrista, et cabiscolus, quis secundum supra dictum ordinem ipsius prioris Claustralis defectum seu absentiam modo premisso suppleuerit seu complebit absq; difficultate seu contradictione qualibet recipiat. et recipere debeat libram. quam dictus prior claustralis ultra quam libram ordinariam et alijs fratribus dari solitam, in hoc monasterio recipit, ac recipere debet et consueuit et pariter recipiat quotidianas distributiones pecuniarum, tam fundationis missae Regiae quam aliarum quotidianarum distributionum. quas ipse prior reciperet. si pns et personaliter interesset, et hoc dum tamen ille qui dicti prioris absen supplet officium in expositione supradicta Regulae seu alias ad dicti prioris offm pertinentibus et expectantibus defectum non fecerit. sed ipsius prioris officium rite exercuerit, ad quod per subtractionem ipsius libra super excrescentis et aliarum Distributionum pdictarum efficaciter compellatur vbi aut in matutinis ipse prior interfuisset, et alijs impeditus regulam

legere

legere seu correctiones facere non posset, eo casu p̄missa subpriori committere possit, si in matutinis interfuerit et idem in alijs supius nominatis. Ordinum veterius ut ille ex supradictis suppriore sacrista et cabiscolo, quot præmissum est in capto leget et exponet regulam et correctiones faciet, quamdiu præmissa faciendo erit in ipso capto in sede sit prior omnium aliorum ibidem existentium sicut esset ipse prior Claustralis si ibidem personaliter interesset. Nisi forte durante ipso capto Dnus Abbas personaliter ad dictum captu accederet. nam tunc quilibet in suo loco sedere debeat. Si vero contingat priorem illa die, qua non interfuerit in matutinis ex aliqua caa necessaria captum intrare, in loco suo sedeat. Subprior tamen, aut ille qui in suo ordine in dicto capto præsidebit. Regulam legat et correctiones faciat. ut dictum est. Salvis nihilominus in omnibus alijs extra cpm captum unicuiqz suis præeminentijs et prærogativis prout inferius latius continetur

82 De religiosis iuvenibus singulis diebus ad scholas Gramaticales huius monry transmittendis

Item ut materia vagandi Religiosis residen in monrio omo præcludatur et ignorantia quæ est mater cunctorum errorum omo evitetur, attento per maxime quod ex ordinatione iam noviter facta in præsenti monrio continuo debet esse mgr in grammaticalibus; ordinarunt et statuerunt insequentes antiquas ordinationes super hoc editas quod religiosi præcipue in minoribus constituti in pnti monasterio residen singulis diebus frequentare habeant et personaliter accedere ad scholas Grammaticales istius pntis monrij et ibidem efficaciter dare operam litteris et doctrinæ et ad hoc compelli possint et debeant per Dnum Abbatem vel priorem claustralem per substractionem libræ aut alias per incarcerationem et subcabiscolus iuvenes religiosos

sub sua cura

sub sua cura positos singulis diebus et horis congruis ad ipsas scholas remittat, et omnino ire compellat. Decernen. praefati Dni Abbas et refectores et auctoritate Aplica ordinantes, ut praemissa fundatio et ordinatio de ipso magistro in monasterio continue tenendo et habendo perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur

Quod incontinenti post missam magnam oes Religiosi accedant ad refectorium pro refectione corporali sumenda, ut sint in primo benedictionis mensae 83

Item praefati Dni Abbas et Refectores attenden. et consideran. quod post refectionem aiae necesse est reficere corpus idcirco ordinaverunt et statuerunt quod singulis diebus immediate post magnam missam, dicta sexta vel nona secundum diei occurrentiam et in quadragesima dictis vesperis, oes Religiosi insequen. antiquum statutum huius monasterij, et antiquam consuetudinem in refectorio simul conveniant pro refectione corporali sumenda et qui a primo videlicet in benedictione non intererit, postea intrare non praesumat. puniaturque poena consimili sicut ille qui defecerit

Quis debeat in Refect.o praesidere et de silentio ibidem observan. et quod omnes intersint et de poena deficientium et de honesta refectioe sumenda, et quo ordine sedere debeant 84

Item singulis diebus in ipso prandio prior vel ille, qui loco ipsius prioris locum et sedem tenuerit teneatur et debeat personaliter in ipso refectorio comparere, et ibi cum alijs fratribus prandere nisi forte ex caa iusta et rationabili veniat excusandus. et tunc in eum casum teneatur alium requirere qui loco sui die quo fuerit impeditus locum suum in ipso refectorio teneat. Dum tamen sit de illis qui suo ordine debent vices ipsius prioris supplere. qui prior vel ille qui loco suo in dicto refectorio praesidebit, faciat oio silentium in ipso refectorio et alias regulares observantias observari Adycien

uari Adycien praeterea quod nullus religiosus claustralis istius praesentis monasterij vel alius loco claustralis libram percipiens extra refectorium comedat nisi de licentia prioris claustralis vel illius qui praesidebit petita et obtenta cum causa rationabili. Nec correctius istius monasterij tali Religioso libram suam, debeat extra refectorium quouismodo librare seu librari facere nisi prius sibi constet de praedicta licentia, et qui secus fecerit libram illius horae amittat quae incontinenti pauperibus erogetur. caueant tamen religiosi in ipso refectorio comedentes ne in sedendo vel etiam praecedendo fiat aliqua inordinatio. quin imo non claustrales claustralibus, et inter claustrales iuuenes senioribus, et non beneficiati beneficiatis et officiarijs omnino in sedendo deferant, si quis in praemissis defecerit incontinenti per priorem vel praesidentem compellato coram omnibus suum defectum emendare, et alteri quem indebite praesumpserit praecedere locum et honorem exhibere. quod si gratis facere recusauerit priuatione libra suae illius diei puniatur

85 De lectione mensae in hoc monasterio. et in praeceptorijs ubi congregatio Religiosor, est in prandio fienda.

Item pariter ordinauerunt et statuerunt quod in monasterio et praeceptorijs siue Domibus Religios. ~~ubi~~ est congregatio religiosor et diuinum officium celebratur, in refectorio dum fres et religiosi prendent lectio legatur per hebdomadariam ad hoc ordinatum in principio prandij bono et longo tractu, et similiter in fine et ante finem videlicet de homilia, legenda vel historia illius diei secundum quod hactenus consuetum est et taliter prouideat ipse legens in praedicta lectione quoquomodo deficiat. siue in legendo punctuando siue accentuando et ne in praemissis deficiat. procuret sibi dictam legendam facere auscultari per cabiscolum ad cuius officium in talibus prouidere et oculum peruigilem habere. Religiosi vero in dicto refectorio praesentes omnino tunc silentium teneant, et sine tumultu et contentionibus. quod eis secundum consuetudinem

consuetudinem legitur, attentius audiant et auribus cordis percipiant, ne secundum Augustinum in Regula: solae fauces sumant cibum: sed et aures percipiant Dei verbum. quod si prior vel ille qui tunc in dicto refectorio praesidebit aliquos religiosos contrafacien. praeuiderit, eos acriter increpet. et nihilominus aliter iuxta casus exigentiam debite puniat, et quia interdum inter religiosos inaequalitas ciborum parat inuidiam. Idcirco praefati Dni Abbas et Refortores oibus religiosis in ipso refectorio comedentibus inhibent, ne aliqua cibaria delicatoria ad dictum refectorium particulariter sibi portari faciant, aut eis utantur coram alijs religiosis

Ut Correrius personaliter sit in coquina conuentus librando et distribuendo libras et vocatus ad praesidentem ad praesentiam eius veniat auditurus quid mandare velit ad sedandam murmurationem, 86

Item ne religiosi in dicto refectorio comeden. causam murmurandi habeant ordinauerunt et statuerunt praefati Dni Abbas et Reformatores quod illi qui administrare debent iuxta regulam dicti ordinis et antiquum istius monasterij obseruantiam siue sint seruitores cellerariae siue etiam nouitij Religiosi qui habent in dicto refectorio secundum suas hebdomadas ut consuetum est deseruire. Adeo sine murmure seruiant fratribus quod merito nulla murmurandi praebeatur occasio. vt in praemissis non sit. ordinauerunt praefati Dni Abbas et reformatores quod de coetero singulis diebus hora prandij correrarius ipsius conuentus. qui ex suo officio habet praefatis Religiosis claustralibus libras quotidianas ministrare et distribuere. personaliter in coquina ipsius conuentus tunc fuerit eidem dicendum. quod si forte aliquis in praemissis defecerit. puniatur acriter ad Arbitrium dicti prioris claustralis, vel ibm tunc praesidentis

De silentio seruitorum mensae seruientium sine aliquo tumultu tenendo et eorum decenti vestitu haben. et 87

de poena

de poena contrafacien.

Item simili modo ipse prior claustralis vel tunc in refectorio presidens inter seruitores religiosorum ibidem comedentium silentium facias omnino obseruari. et tumultum euitare. et licet alias sit ordinatum quod seruitores Religiosorum debeant honeste induti, ita quod vestes bispertitas aut aliter inhonestas minime portare debeant, hoc precipue in presenti monasterio obseruari debeat adeo quod nullus Religiosus presumat in ipso refectorio introducere aliquem seruitorem ad sibi seruiendum nisi sit in honesto habitu et decenti. quod si forte quis contrarium facere presumat. illico prior claustralis vel alius ibidem presidens dictum seruitorem in ipso refectorio cum inhonesto et indecenti habitu existentem aut alias idem tumultum facientem. et silentium seruare recusantem prius ipso tali seruitore more consueto disciplinato, extra ipsum refectorium poni faciat. et nichilominus extrahi si sit necesse, et ille Religiosus qui presumpserit suum seruitorem sic habituari ad arbitrio ipsius Dni prioris acriter puniatur

88 ## De mulieres aut alie laicales persone intrent Refectorium aut introitum eius occupent tempore comestionis.

Aduertant etiam ipse prior claustralis, vel alius in dicto refectorio ne mulieres aut etiam laycales persone. dum ipsi fratres in prandio sunt. quoquomodo intrent refectorium, aut in introitu eiusdem existant, quin imo hos tales illico expelli faciat ab ipso refectorio et introitu eiusdem. pauperes vero qui ibidem affluere consueuerunt ad petendam elemosinam ante ipsum refectorium et introitum eiusdem taliter permaneant ibm quod seruientibus in ipso refectorio non prestent impedimentum. et ita in omnibus in dicto refectorio seruetur honestas, et Religiosi ibm existentes non solum videantur cibum corporis sed etiam aie sumere, et vt mensis coelestis participes effici mereantur

89 ## De modo dicendi gras Post Refectionem

Cum aut religiosi ibidem in refectorio existentes suam refectionem debito

debito modo sumpserint, Ita quod non nimis festinanter propter
antiquos et debiles, nec etiam ibidem prolixius stando, ne tra
hatur ad aliquam commessationem, finita lectura et omnibus
seruitoribus extra refectorium positis factoque signo per priorem
aut ibidem praesidentem, omnes fratres de mensa surgant et cum
deuotione gratias incipiant. et cum peruentum fuerit ad
inchoationem psalmi iuxta vsum curiae Romanae, diebus qui
bus non celebratur ieiunium. omnes fratres de ipso refectorio
ordinatim exeant, primo nouitij, et alij successiue secundum
suum ordinem subsequantur. Ita quod antiquiores et ipse
prior claustralis sint vltimi. et sic bini et bini processio:
naliter ad Ecclesiam vadant, cantando psalmum Miserere
mei Deus. vel alium psalmum qui competit, aut vnum Respon:
sorium iuxta praedictum ordinem curiae Romanae, Nec aliq.
religiosus per se plus ex ipso refectorio praesumat exire, aut
se a dicta processione segregare. sed vna cum alijs processio
naliter ad ipsam Ecclesiam omnino vadat, nisi forte ex causa neces:
saria et legitima petita licentia et obtenta ab ipso priore
vel praesidenti pro tunc aliquis se absentauerit et cum fuerint
in ecclesia bene et deuote ipsas gratias sine murmuratione per
ficiant, et horam nonam sicut consuetum est, decantent. Di
ebus vero quibus celebratur ieiunium in ipso refectorio ibm cum
deuotione postquam surrexerint de mensa dictas gratias dicant
et persoluant et ita perpetuis futuris temporibus omnino obser
uetur, et siquis in praemissis aliquomodo defecerit sine legi:
tima causa per substractionem libraeae suae illius diei excepto pane
puniatur. Adycien praeterea quod omnia et singula praemissa
circa refectorium ordinata. quantum fieri potuerit in
alijs domibus et praeceptorijs, vbi est congregatio Religiosorum
et diuinum officium celebratur omnino obseruetur, et ad hoc
quilibet praeceptor omnes religiosos et alios sibi subditos per sub
tractionem pietantiae inuiolabiliter faciat obseruare. sal:
tem illa quae

tem illa quae in dictis praeceptorijs observari potuerunt et prout in qualibet praeceptoria observari solitum est

90 De coena per cabiscolum cum novitijs facien

In coena autem in pnti monrio cabiscolus cum religiosis novitijs, ut consuetum est, teneat conventum coenando ibidem in refectorio integraliter. cui Correrius teneatur ministrare illa quae ministrari consueta sunt tam in candelis quam in alijs rebus et hoc sine murmure, alioquin in praemissis deficiens puniatur Arbitrio Dni prioris

91 Quod cabiscolus cum novitijs Religiosis in dormitorio de nocte iaceant et coeteri fratres, et alij in suis cameris, debita hora cubitum vadant et praecipue ne mulieres intra dormitorium inducantur

Item Dni Abbas et Reformatores pfati considerantes quod statutum antiquum circa dormitorium pro nunc non pt observari in eo quod vult, quod oes fres simul in Dormitorio iaceant et hoc propter defectum ipsius Dormitorij. Idcirco ordinarunt et statuerunt Dicti Abbas et Reformatores, quod operarius huius Monasterij infra duos Annos pro longiori termino sub poena ex cors teneatur sumtibus operis facere fieri supra vultum refectorij adhuc duas alias aut tres cameras. secundum quod erit necesse ꝯ immete contiguas alijs cameris ibm existentibus. ubi cabiscolus sive magister novitiorum religiosorum istius monrij una cum dictis novitijs resideat et dormiat, et saltem Dictorum cabiscoli et novitiorum serventur statuta quantum fieri potest q de Dormitorio faciunt mentionem et sic in pnti monasterio. sinon in toto saltem in parte forma habeatur Dormitorij. et caveat ipse cabiscolus, ne aliquis religiosus novitius extra Dormitorium illud de nocte dormire psumat. alij vero religiosi istius pntis monrij quibus permissum est tenere et habere cameras in claustro, in suis cameris licite dormire poterunt, caveant tamen ne post campanam vocatam vulgariter recueillie per claustrum quoquomodo vagari psumant.

multoqs

multoq fortius per vultam post completorium pulsatum incedant quouis modo nisi ex magna et legitima caa et tunc cum lumine et quilibet in sua camera bona hora se retrahat et hora debita ad lectum vadat, ordinantes nihilominus quod omnes fres conuersi et donati antiquum statutum huius monasterij insequen saltem de nocte camisijs et Bracis induti iaceant et dormiant nisi forte debiles vel infirmi fuerint qui vero in praemissis culpabilis fuerit regulari subiaceat Disciplinae Adqcien praeterea, quod si aliqui religiosi vellent supradictum refectorium aedificare aliquas paruas cameras siue cellas hoc eis sit licitum cum licentia tn Dni Abbatis et assignatione loci prius facta per priorem claustralem et operarium huius monasterij, et licet superius sit prohibitum graliter oibus Religiosis ne infra domos suas seu cameras aliquas mulieres suspectas et diffamatas minime teneant vel introducant speccaliter districtissime et irremissibiliter pfati Dni Abbas et Refortores hoc sub poenis contentis in dictis statutis et prohibitionibus superius annotatis alijsq graui oribus poenis inhibent oio in dicto loco dormitorij debere fieri videlicet aliquas mulieres aliquomodo ibidem introducere ut ille locus qui pro pueris et innocentibus alijsq religiosis ordinatus est cum oi puritate et innocentia custodiat

De Residentia religiosorum in suis mansionibus sibi assignatis et de poena vagabundorum in pdictis mansionibus residere nolentium 92

Item cum tamdum iuris cois dispositionem quam Regulares obseruantias ordinum quorum cumq Religiosi omnes istius ordinis S. Antonij viennen tacite vel expresse professi in hoc monrio, vel in aliqua domorum ipsius ordinis, ad Arbitrium Dni Abbatis habeant vel habere debeant eorum victum et vestitum mansionesq pro claustro in aliqua ipsarum Domorum ut sicut nec piscis sine aqua, sic nec religiosus sine claustro insequen istius monry ordinationes Antiquas pfati Dni Abbas et

Reformatores statuerunt et ordinarunt ut nullus fratrum de sibi assignata mansione se aliquatenus absentare præsumat sine manifesta et rationabili causa, et de speciali licentia sui superioris quam superior nulla ratione concedat, nisi sit talis causa quæ debeat legitima reputari, diesque sibi præfigatur secundum qualitatem negotij quanto brevius poterit, ad quam frater ipso dicto exhibeat se presentem quod nisi fecerit acriter puniatur. Adjicien præfati Dni Abbas et Reformatores et sub excois poena districtissime precipien omnibus Religiosis simplicibus et non beneficiatis ipsius ordinis et alias claustralias non habentes ut infra sex menses a tempore publicationis huius sacræ reformationis immete computan, coram Reveren Dno Abbate se exhibeant, et presentent petentque requirent et sibi expostulent de claustrarijs et mansionibus in aliqua domorum ipsius ordis provideri, et ipsas claustralias eiusdem assignari. quod si negligen seu remissi in his extiterint et claustrarias ipsas non requisiverint. sed tanquam vagabundi extra domos ordinis. vel in suorum presentum domibus moram ultra præfatum tempus traxerint: præceptores ordinis, in quorum ballivijs præfati Religiosi sic inobedientes vagabundi extiterint, omnes et singulos tales Religiosos post lapsum predictorum sex mensium excoicatos publice nuncient et faciant ubique nunciari. et si adhuc pertinaciter premissa contempserint, et adhuc ut premissum est vagando extra domos ordis permanserint eisdem præceptoribus huius statuti auctoritate conceditur precipitur et mandatur ut eos sic excoicatos in suis domibus seu præceptorijs in carceribus ponant recludant et detineant, quousque per Dnum Abbatem aliud habuerint in mandatis

93 Quod religiosi secularibus negotijs se nullatenus implicent, neque aliquos ad iudicium trahant et quibus sit permissum in iudicio contendere.

Item præfati Dni Abbas et Refortores huius sacræ reformaois

auctoritate inhibuerunt et inhibent omnibus et singulis Religiosis Religionis S. Antonij ne quouismodo intendant aut se immisceant negocijs secularibus, mercantijs luxuriis aut prophanis negotiationibus, minusq; hospitia seu tabernas teneant seu frequentent, etiam interdicen re in quibus cunq; iudicijs seu curijs spiritualibus aut temporalibus, agant litigent seu alios trahant euocent aut faciant euocari, cessiones siue remissiones eisdem facta in suo nõie non recipiant neq; recipere possint aut valeant, sed neq; pmissorum occasione aliquos in iudicio exent fatigent. seu ab alijs molestari seu ad iudicium trahi faciant aut procurent. procuratores siue nec de iure possint constituant seu instituant pro pmissis, sed nec ab alijs pro procuratores aut aduocatos constitui patiantur, nisi forte tales religiosi sint qui administracoem in ipsa religione habeant quibus tamen ratione administrationum permissum est in iure agere in iudicio et defendere. earumq; administrationum negotia procurare vel alias ex caa legitima et rationabili licentiamq; et auctoritatem Dñi Abbatis super pmissis haberent. decernen et easdem sollicia declaran processus alr factos prout de iure sunt ipso iure irritos et inanes, et quoniam quicquid acquirit monachus acquirit suo monasterio, declararunt et diffinierunt pfati Dñi Abbas et Reformatores oia sic acquisita per prafatos Religiosos simplices nullam administracoem in religione habentes siue sint possessiones, pensiones, reditus domos aut officia fore et esse de iure acquisita eidem Religioni S. Antonij eisdem districtissime inhiben, ne eadem sic per eos acquisita extra Religionem distrahere, ponere seu alienare quouismodo pssumant

Nec Religiosi huius ordinis sine licentia Dñi Abbatis curias principum secularium adeant neq; ibm aliquem mo- 94

lestare neq; aliqua · bñficia nisi iusto titulo occupare præsumant et de poena

Et vt ipsis Religiosis ordinis S. Antonij euagandi de coetero mãa præcludatur ipsis omnibus et singulis pfati Dñi Abbas et Reformatores in virtute S. obedientiæ inhibuerunt ne absq; speciali licentia ipsius Dñi Abbatis ad curias principum secularium. sicut nec de iure possunt, se transferre psumant nisi tales essent quibus ptextu suorum administrationum foret necessarium. Nec in ipsis curijs aliquas personas et psertim istius ordinis molestare accusare conuenire impetere seu damnificare psumant, nec eius occasione seu quouis alio quæsito colore bñficia inuadere, occupare, seu se intrudere in eisdem inhærenq statutis antiquis huius monrij statuerunt et ordinarunt vt quicunq; fr per violentiam seu alias scienter iniuste occupauerit propria auctte sine collatione vel titulo Abbatis seu præceptoris ad qm pertinet prouisio seu sedis Aplicæ aliquam præceptoriam seu balliuiam istius monrij seu ordinis, et qui de facto et sine mandato superiori per insidias ceperit seu capi procurauerit aliquem frem istius monrij, aut in captione dederit auxilium consilium vel fauorem, bñficio siquod obtinet sit priuatus ipso facto, et efficiatur inhabilis in isto monrio, et ordine ad beneficium obtinendum, alijs etiam poenis contra violentes vel ministros beneficiorum occupatores, necnon contra Ecclesiasticarum personarum inuasores a iure indict in suo robore duraturæ Adycien, vt si aliquis Religiosus istius ordinis tantæ temeritatis seu præsumptionis extiterit, quod pro perturbanda seu impedienda iurisdictione Dñi Abbatis S. Antonij viennen seu capli Gratis vel auditorum cuarum in ipso ordine Auctte Aplica deputatorum, nec non pceptorum ipsius ordinis et maxime pro suorum criminum seu excessiuum correctione vitanda seu fugienda ad forum secalare seu als vetitum

recursum

recursum habuerit, talis Religiosus ordinis cuiuscunque con:
ditionis aut status existat siue sit beneficiatus siue religiosus
simplex in poenam tantae praesumptionis, excois sententiam
incurrat ipso facto, et nihilo minus inhabilitetur ad aliqd
beneficium in religione ppetuo obtinen

Quod praeceptores et aliae personae per 95
uenientes ad loca vbi ordo habet domos
tenentur in eisdem hospitari et quod
pceptores debent fribus per Dnum Ab
batem ad Balliuias missis in necessarijs
Prouidere et familiaribus Dni Abbatis
in uictualibus

Item praefati Dni Abbas et Refortores, inhaerentes statutis
huius Mon^ry statuerunt et ordinauerunt quod praecep:
tores et fres et infirmi ad loca acceden, tamen quibus habet
domus ordo, non hospitentur alibi quam eis Rectoresqs ip
sarum secundum possibilitatem domus caritatiue eos re
cipiant, vt per hoc suspecta vitentur hospitia et fraterna
Dilectio inuicem obseruetur pcipien insuper in virtute S.
obedientiae quod quando fres mittuntur per Balliuias prae
ceptores per quorum Balliuias transitum fecerint teneantur
eisdem liberaliter prouidere in expensis ac etiam necessarijs
si eos contingat infirmari sicut hactenus extitit consuetum
als si propter defectum ipsorum dictos fres contingeret re:
dire ad mon rium. vel als impediri talis pceptor ad oes
expensas quas propter hoc fieri contingeret. teneatur, et
vlterius Arbitrio Dnorum Abbatis seu difinitorum Capli
gnalis acrius puniatur. Si vero dictus Abbas nuncios
suos vel familiares transmittat eis necessaria sua submi
nistret et pceptores per quorum Balliuias transierint eis
in aliquo minime teneantur nisi in victualibus si eos
ad domos Dictorum praeceptorum contingeret declinare.

Ne religiosi bnficijs caren sine licentia 96
Dni Abbatis curiam Romanam adeant
neqs ibm resideant

Item pariter statuerunt et ordinauerunt præfati Dni refortores insequen institutiones antiquas ipsius mon ry. vt nullus Religiosus beneficio seu administratione carens absqs cãa rauabili ac legitima ad curiam Romanam accedere seu ibm residere præsumat, nisi super hoc a Dno Abbate licentiam habuerint specialem: et ibm fuerint caueat, ne aliquam personam præsertim ipsius ordinis accusare molestare seu als ibm indebite conuenire præsumat nisi alias prout de iure eis esset permissum sua rum administrationum raõe vel alias legitime, et qui contrarium fecerit arbitrio Dni Abbatis grauiter puniatur

97 Vt nullus Religiosus istius ordinis vadat ad studia lrarum sine licen Abbatis et capli gralis

Et quoniam plerumqs religiosi exeundi Claustrum opportunitate capta sub velamine studij vagationibus se implicant plurimis præfati Dni Abbas et Refortores tam iuris communis quam institutionum regularium traditiones insequi volen statuerunt et ordinarunt, vt nullus religiosus istius ordinis S. Antonij viennen ad quæuis studia lrarum præsumat accedere nisi prius petita et obtenta super hoc licentia a Dno Abbate et caplo gnrali. quæ siquidem licen eisdem nullatenus concedatur nisi tales prius diligenter examinentur per ipsum Dnum Abbatem seu eius vicarium et priorem Claustralem videlicet vtrum capaces dociles aut idonei sint et dispositi studijs lrarum. Nec talis studendi licen eisdem concedatur altra quinquennium duratura. Adycien et ordinan ut talis religiosus, cui præmisso modo licentia concessa fuerit studendi siue in grammaticalibus siue in Theologia seu iure canonico post lapsum triennij se personaliter in hoc mon rio in gnrali caplo exhibeat, vt per diffinitores ipsius capli ad hoc deputandos diliger examinari possit et valeat. si illo durante triennio studio operam dederit efficaciter, et talis etiam teneatur et debeat post lapsum ipsius triennij in ipso gnrali caplo sermonem ad clerum facere iuxta consuetudinem huc vsqs obseruatam si ad hoc als dispositus sit et idoneus

quod si illo

quod si illo durante triennio lris non legitime insuda
uerit neqz profecerit sed tempus suum vagando perdide:
rit, ex tunc ipso facto talis luentia reuocanda sit, et tales
Religiosi ad claustrarias remittantur nec ulterius eisdem
pro pmissis lucen concedatur

Continuatio Processus

Item ulterius anno pscripto millesimo quatercentesimo sep
tuagesimo septimo, et die decima octua mensis martij de
mane in dicta camera rubea post horam septimam pfati
Dni Abbas et Refortores propter solennitatem passionis et Re:
surrectionis Domini pxime instantem remiserunt et conti
nuauerunt Actum huius sacrae reformationis usqz ad diem
vicesimam tertiam dicti mensis martij et exinde proro:
garunt vnanimiter et continuantes eisdem attributam
potestatem sup ipa reformatione fienda et perfinienda
ad oes dies et horas subsequentes per ipsos assignandas
usqz ad finem Reformationis pdictae. Declaran iuxta po
testatem eisdem attributam ipos debere procedere absqz in:
termissione usqz ad complementum pfatae reformationis
per eosdem inceptae inclusiue

Excusatio D. Joannis de monte Camito Epi Agennensis Cellarij huius monrij S. Antonij eo quod personaliter non po: terit interesse actibus sacrae Reformationis et de aliorum in locum suum

98

Postquam anno Incarnationis Dnicae millessimo quadrin
gentesimo septuagesimo octauo, et die vicesima tertia mensis
pdicti martij. subqz indictione et pontificatu superius an
notatis apud iam dictum monasterium S. Antonij viennen.
et in capella B. michaelis, ubi solitum est captum Conuen
tuale tenere de mane circa horam octauam, ibm in vnum
capli congregatis praefatis reuerendis Dnis Abbate et reforma
toribus. coram paternitatibus eorum comparuit religiosus
vir fr philippus Cobone. cancus claustralis atq correra:
rius eiusdem

rius eiusdem mon^ry Exhibuitque et praesentauit ipsis Dnis Abbati et Refortoribus ex parte Reuerendi in Chro patris Dni Joannis de monte Camito Epi Agennen cellerariique dicti mon^ry atq praeceptoris Domus seu praeceptoriae Gratis domus S. Antonij de Ranuerso Auctoritate capli Gratis in conreformatorem pro natione Italica cum pfatis Dnis Reformatoribus ad actum huius sacrae reformationis fiendae Electi et nominati, prout seriosius peracta praecedentia dictae reformationis apte dinoscitur. quoddam instrum vicariatus seu procurationis per Joannem Corberetum, Clericum Cenomanen diocesis auctoritatibus Aplica et curiae metropolitanen Turon norm publicum receptum sub anno millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, et die vndecima mensis Februij, indictione vndecima pontificatuq s^mi Dni nri Sixti papae IIII praefati anno septimo. In quo inter coetera, idem R^dus Dnus Cellerarius alijs arduis occupatus et legitimis causis subsistentibus constituit eius Vicarios et procuratores seu in locum suum ad actum hmoi Reformaois fiendae substituit Venles et Religiosos viros fres Ludouicum de monte Camito, Joannem de Bursaco N. de la Vernade praeceptores de monte Brisone. Anton de Rupe mora pceptorem Alben et Joannem de S. Marcello Sacristam B. Mariae ibm psen ad substitutionem hmoi loco et nomine dicti Domini cellerarij ad actum dictae reformaois recipere et admittere dignarentur. Dicti namq Dni Abbas et Refortores viso et perlecto dicto vicariatus seu procurationis instrumento, dictos praeceptorem Alben Sacristam B. Mariae et eorum quemlibet eius dictae substitutionis in se assumentes, ad actum et continuationem dictae reformaois loco et noie memorati Dni cellerarij admiserunt et receperunt sub forma iuramenti per eosdem iam supra in exordio

Dictae reformaois

dictæ Reformationis pstiti. Actum vbi supra. sub anno. In dictione die mense et pontificatu prædictis. pntibus ibm nobili et Discretis diris Antonio Rocherij Annen et Guillo Tardmoni notario habitatore loci pdicti S. Antonij testibus ad hæc vocatis

De licentia Dni præceptoris de Memmingen ad tempus obtenta et de substitutione alterius interim in locum suum 99

Deinde Anno Die loco et in pntca quor sup ibm psonalr existens venerabilis et Religiosus vir Dnus fr petrus mitte caprarijs, præceptor generalis Domus S. Antonij in Memmingen. Alter ex pfatis Dnis Reformatoribus pro natione Germanica pdictum captum generale ad hoc nominatus et electus, dictis Dnis Abbati et Refortoribus verbalr dixit atq exposuit in pntiarum circa festum dictæ reformationis versari posse saltem aliquo tractu temporis duran. nam podagra passionatus urgente necessitate constrictus consilio medicorum pro eius conualescentia cogitur aerem mutare, et se medicinis purgare postulando dictis Dnis Abbati et Reformatoribus super hoc licentia pro modicis diebus impartiri, et a iuramento per eum circa actum dictæ reformationis pstito ad tempus suspendi. Supplicando insuper dictis Dnis Refortoribus, quod in eius absentia recipere dignarentur per assistentem venlem et religiosum virum frem franciscum de vtesiaco Præceptorem Generalem domus S. Antonij viennen. Igitur dicti Dni Abbas et Refortores certificati de infirmitate dicti Dni pceptoris in Memmingen, Nolen ne per eius moram graviori infirmitatis suæ vinculo succumberet seu remorderet. licentiam eidem hinc ad quindecim dies concesserunt, et a dicto eius sacramento usq ad dictum tempus suspenderunt et inde

et inde eidem Dni Reformatores sacramentum seu iuramentum a dicto praeceptore viennen in forma qua supra receperunt

Iuramentum Dni Flandriae

100 Insuper Die xxiiij^ta mensis praedicti martij de mane circa horam septimam in loco capitulari conuentuali praescripto praefati Dni Abbas et Reformatores ibm vnanimiter et capli congregati. Ac Rdus pr Dnus fr. Antonius de Brione praeceptor Flandriae Alter ex Dominis Reformatoribus pro natione Gallicana vt supra electus et nominatus, iuramentum solenne supra in exordio pntis Reformationis descriptum et ordinatum per ipsos Dnos Reformatores debere fieri modo et forma ibm descript in manibus pfati R. Dni Abbatis praestitit. Ratificando et approbando quidquid per alios Dnos Reformatores in eius absentia circa actum pntis Reformationis actum factum, atq ordinatum extitit, cuius quidem Reformaois primam partem iam asseruit vidisse atqs legisse, ad quam iuste et sancte processisse videtur

TERTIA PARS

Reformationis Et primo quod in tota Religione sit tantum vnum caput, cui oes personae totius ordinis teneantur obedientiam et Reuerentiam exhibere et quod non sit aliquis conuentus huius Religionis nisi in hoc monasterio

101 Viso de morum Reformatione in generali quae pars secunda fuit huius sacrae reformationis, Ad particularium mores reformandos, ne indecorum aliquid in hac sacra religione vestare valeat, quod de coetero infructuosos palmites malorum suggerente principe producere possit, Dni Abbas et Refortores praefati prouida deliberatione pensantes, quanta inter coeteras Abbatiales

Abbatiales dignitates sit eminentia & reputatio. vrennen utpote
quæ per singulas Christianorum prouincias subiectionis & obedi
entiæ suos vbiq; ramos extendit. Volen igitur & merito desideran
tes ut sicut nomine & auctoritate sic morum ornatu, & vitæ vnitate
ad præcelsi dei laudem ipsa Abbatialis dignitas veneretur. con:
siderán quam maxime pfati Dni Abbas & reformatores quod
vniuersalis religio S. Antonij cum omnibus suis membris vbilibet
constitutis, unum tantum corpus efficit & sicut valde absurdū
esset huiusmodi corpus sine capite existere ita etiam admodum
esset ridiculosum, si in eodem corpore plura capita essent: Igitur
hac consideratione moti ipsi Dni Abbas & Reformatores vnanimi
ter congregati totam religionem eiusdem S. Antonij reputantes
iuxta mentem & tenorem Constitutionis seu etiam ordinationis
felicis recordationis Dni Bonifacij ppe VIII. super fundatione
prefate religionis edite. Insequen etiam antiqua statuta & ordi
nationes ipsius monasterij tam ante hac in hac parte eis spe:
cialiter commissa q etiam huius sacre reformationis dixerunt
declarauerunt & etiam salubriter diffinierunt in tota ipsa Religi
one S. Antonij vrennen unum tantum esse caput, prælatum &
superiorem, videlicet reuerendum Dnum Abbatem huius inclyti
monij S. Antonij ad Romanam Ecclesiam nullomodo pertinentis
ordis S. Augustini vrennen Troces. q nunc est & pro tempore
fuerit. cui Dno Abbati eiusq successoribus canonice intrantibus
omnes Religiosi ipsius religionis & alie personas eidem dedicate
debeant omnimodam obedientiam, subiectionem & reuerentiam tanq
suo capiti & prelato iuxta sanctorum patrum canonicas sanctiones
& ordinationes supdictas qui quidem Dnus Abbas suum conuen:
tum habet in pdicto monio vrennen cui ipse in cibus præest. &
a quo quidem monasterio oēs preceptorie domus siue balliuie
eiusdem S. Antonij vbilibet constitute, mediate vel immediate
& ad ipsum dnum Abbatem iure superioritatis expectant
expectareq debent. Declaran insuper, & eadem auctorite De:
cernen ordinan ac statuen in ipsa tota religione nullum esse
nec esse posse conuentum seu etiam collegium pterq in pdicto
monasterio

monasterio S. Antonij viennen ubi est caput totius religionis
pfate S. Antonij Inhibentes nihilominus omnibus preceptori
bus prioribus ai alijs quibuscung personis dicte religioni
subditis in virtute S. obedientie ac sub poena priuationis
suarum administrationum, ne dictas suas preceptorias domos seu
ballimas quascung nunc aut imposterum quoquomodo psumant
in collegium seu etiam conuentum erigere vel etiam nominare aut
alias ab obedientia dicti dm Abbatis se quoquomodo eximere
vel etiam distrahere, nec sibi ipsis nomen et honorem dignitatis
Abbatialis appropriare seu alias quouismodo usurpare, aut
etiam super hoc facultatem impetrare. cumut supra dictum
est in tota religione unicus sit et esse debet Abbas siue prela-
tus q toti pdicte religioni dinoscitur. ut in ipsa religione
sit tm unum ouile et unus pastor

Qui debeant esse Electores Abbatis huius monastery S Antonij viennen et qualis esse debeat Electus

102

Item pfati Dni Abbas et Reformatores matura deliberatione pen-
san quod secundum tenorem decreti dm Bonifacij ppe octaui
nostre religionis R mi fundatoris, vacante Abbatia huius mo-
nasterij S. Antonij viennen Abbatis Electio ad conuentum ipsius mo-
nasterij. pleno iure pertinet et expectat. ut clare apparere pot
per ipsius tenorem Decreti, cuius verba sunt hec: quoties autem
monasterium ipsum Abbatis fuerit solatio destitutum conuentus
eiusdem eligendi sibi Abbatem iuxta formam in huius modi Elec-
tionibus a sacris canonibus introductam plenam et liberam habe-
at facultatem, nec preceptores aliquos ditiorum membrorum
ad Electionem cum illud vacare contigerit, teneantur vocare
Si tamen preceptores aliqui de pdictis clerici duntaxat se tunc
in monasterio reperierint, antequam sit de Abbate ei prouisum
in electionem in eo statu in quo ipsam inuenerint, admittantur
et vocem habeant in eadem. Electionem quoq sedi pdicte re-
gntare pcurent confirmandam ab ea, vel infirmandam, prout
iustitia suadebit. quod siquidem Decretum etiam recepte et

approbatum

Approbatum fuit per subsequen ordinationem capli Generalis istius monasterij etiam auctoritate Apostolica factam, cuius ordinationis tenor sequitur in hæc verba. Item vacante monasterio Abbatis Electio pertineat ad conuentum admissis præceptoribus qui p̄sentes fuerint vel superuenerint sicut in priuilegio Dni Bonifacij octaui latius continetur, verum etiam cum de consuetudine laudabili ita inconcusse huiusq in p̄dictis Electionibus semper fuerit obseruatum. p̄fati Dni Abbas et Refortores tam Aplica Auctte quam huius sacræ reformationis diffinitione sanxerunt p̄missum eligendi modum perpetuis futuris temporibus in electionibus Abbatum istius monasterij S. Antonij viennen effectualiter obseruandum. Ita videlicet quod vacante Abbatia ipsius mon^rij S. Antonij viennen prior Claustralis vel in eius absentia supprior aut eius locum tenens cum omnibus tunc in claustro p̄ntibus officiarijs et claustralibus canonicis ipsius mon^rij conuentum facientibus admissisq omnibus præceptoribus tunc in mon^rio p̄ntibus vel electionis duran negotio aduenientibus absq aliquorum absentium euocatione ad Electionem futuri Abbatis iuxta sanctiones canonicas, et p̄dictæ fundationis seriem procedere possint, debeant et efficaciter teneantur, non obstantibus contrarijs quibuscunq statutis, et ordinationibus ipsius monasterij, et præsertim quodam statuto in capto mediolani celebrato, et alijs in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq p̄ntem ordinationem Decernen p̄fati Dni Abbas et Refortores in ipsa Religione S. Antonij perpetuis futuris temporibus obseruan. Adycien et eadem auctte sub excois poena decernen ut cum ipsam Abbatiam S. Antonij viennen vacare contigerit, nullus q non sit de habitu et expressa professione ipsius ordinis eligi aut postulari in Abbatem valeat siue possit Neq esse aliquis de ipsa religione nisi sit de legitimo matrimonio natus. vitæ experientia approbatus, in ordine p̄uectus et als idoneus

et alis idoneus scientia moribus et ætate volen. ex certis rao:
alibus caaus eos ad hoc mouentibus vt nullus in Abbatem ipsius
monrij de coetero quomodolibet assumatur nisi ætatis suæ
trigesimum annum exegerit electioq de ipso aliter facta sit
ipso iure nulla, et Eligentes seu eligere debentes super pmissis
adimplendis diligenr et sollicite prouideant sub periculo aiarum
suarum et ante ingressum electionis prædictæ post receptioem
corporis chri pstent iuramentum in talibus pstari solitum
et consuetum super electione secundum Deum et conscientiam
legitime facienda

103 Quis debeat Abbatia vacante locum et
vices Abbatis tenere et quomodo

Item pfati Dni Abbas et Refortores insequen, antiquam statuta
huius monasterij, ac ipsa de nouo etiam auctte Aplica in hac par:
te eis commissa, et huius sacræ reformationis, declarare et
ampliare volen ordinarunt statuerunt ac diffinierunt quod
quoties cunqs Abbatiam pntis monasterij contigerit vacare per
mortem vel alio modo prior claustralis et cellerarius pntis
monrij præceptor chamberiaci, et præceptor S. crucis aut duo
ex ipsis qui nunc sunt, aut qui pro tempore fuerint vices et
locum ipsius Abbatis defuncti teneant et tenere debeant do:
nec et quousq de Abbate ipsi monasterio fuerit prouisum
et ipse Abbas possessionem ipsius Abbatiæ assecutus fuerit fruc:
tus oes Redditus, et prouentus dicti monrij percipiant et
recolligant, expensas debitas et necessarias faciant, et de re:
ceptis et datis futuro Abbati legitimam raoem reddere te:
neantur Jurisdictioem exerceant, et oia alia faciant fa:
cereq possint et valeant q vicarijs in monrijs constitutis fa
cienda incumbunt et nihilominus huius pntis statuti auctte
claustrarijs officijs ecclesiasticis, et bnficijs ipsius religionis
quibuscunq ad dispositionem ipsius Dni Abbatis expectantibus
tunc hoc est, tempore vacationis et donec fuerit de Abbate pro
uisum, aut donec fuerit confirmatus, vacan per mortem
siue etiam per

sive etiam per renuntiationem simpliciter vel ex caa permutati
onis exinde factam possint et valeant pfati vicarij aut duo ex
ipsis seu loco ipsorum tunc deputati prouidere aut duo ex ipsis
ne propter diuturnam vacationem beneficia vel officia pdicta
detrimentum in spiritualibus vel temporalibus patiantur, ante
oia aut pro maiori tuitione pmissorum incontinenti Abbate mor
tuo pnoiati quatuor constituantur vicarij generales p con:
uentum. qui nec ipse futurus Abbas possit demum aliquando du:
tam prouisionem impugnare, nec in aliquo contrauenire direc:
te vel indirecte, quouis quaesito colore, et ita ordinauerunt
pfati Dni Reformatores de coetero debere obseruari. Ilico et
incontinenti faciant inuentarium seu repertorium de bonis
ipsius Dni Abbatis defuncti tam in monasterio quam alibi
in locis pertinentibus ad ipsum Dnum Abbatem. Adycien nihil
ominus. quod si tunc immediate defuncto praefato Dno Abbate
supdicti quatuor, aut duo saltem ex ipsis non fuerint pntes
in ipso Monrio, nec se in eodem reperierint, in eum casum con:
uentus eiusdem mon ry possit et valeat duos duntaxat ex ip:
sis de conuentu, vnum videlicet officiarium, et alium pcepto:
rem loco supradictorum quatuor absentium eligere et deputare
qui tanquam vicarij vices et locum Abbatis teneant, et omnia
supradicta faciant et exerceant. et in oibus et per oia sicut de
alijs supradictum est. tamen quatuor supra nominatis aut sal:
tem duobus ex ipsis superuenientibus tales loco ipsorum electi
teneantur eisdem superuenientibus locum cedere, et administra
tionem omnimodam relinquere, tenebuntur tamen de admi
nistrat per ipsos usq in illum diem reddere raoem et si iterum
contingeret supernominatos se aliqn ad longum tempus ab
sentare. ita quod ipsam administraoem viderentur habere pro
derelicta. alij loco ipsorum electi et deputati eandem adminis
traoem reassumant, et ne forte ipsa abbatia ultra modum gra
grauetur one:

grauetur oneribus & expensis. sed bona & fructus tam existen
quam tempore vacationis obuenient fideliter futuro successori
reseruentur prefati dñi Abbas & Reformatores statuerunt & ordi
narunt. quod quilibet ex ipsorum quatuor supernominatorum
vel loco ipsorum electorum duobus seruitoribus tamen debeant esse
contenti sumptibus & expensis dicte Abbatie, nec ex post ratione
superdicte administrationis aliqua stipendia petere possint nisi
tantummodo telas expensas pro se & dictis duobus seruitoribus
sed de omnibus bonam & legitimam racem reddere teneantur
& ipse futurus Abbas oes expensas & libratas legitime factas
recipere & admittere teneatur, nec debebit ipsos indebite aliqua
occasione beneficiorum vexare vel molestare nec aliquid ab
eis ultra debitum extorquere, ne forte quod absit, vnde pre-
mium debent reportare exinde detrimentum patiantur

104 Quod Abbas in assecutione possessio
nis Abbatie teneatur facere solenne
iuramentum statuta priuilegia & liber-
tates huius mon^ri obseruare, & precipue
statuta huius sacre Reformationis

Item Insequin iuris dispositionem, & antiquas huius monasterij
observantias ordinarunt & statuerunt pfati dñi Abbas & Re-
formatores quod quilibet Abbas huius pfentis monasterij sicuti
hactenus obseruatum extitit in sua noua promotione ad pdu-
ctam Abbatiam, aut saltem in assecutione possessionis eiusdem
Abbatie teneatur teneatur & debeat solenniter iurare sta-
tuta priuilegia & libertates laudabilesq consuetudines huius
monasterij obseruare. & precipue statuta in hac sacra refor-
matione contenta, & non contrauenire directe vel indi-
recte. nec ante huiusmodi iuramenti pstationem. Religios
pfentis monasterij teneantur eum recipere in eorum platum
donec & quousq uti pmissum est iuraverit, ordinan insuper
quod ex ipso iuramento retineatur instrumentum authenticum
Quod demum in archiuo ecclie reponatur

Quod dñus

Quod Dnus Abbas qui est et pro tempore fuerit non teneat nisi XII equos pro statu suo 105

Item inhaerentes antiquo statuto ordinarunt prefati Dni Abbas et Refortores ut ad extinguen pompas humanas et vt in superiore talis honestatis speculum decernatur quod inferiores exinde speculentur in quanta se debeant postmodum honestatis in expensarum moderantia coartare. prouiderunt et statuerunt ut super quod Dnus Abbas q est et pro tempore fuerit non teneat nisi duodecim equos pro statu suo et cum maiori egrum numero equitare non debeat, nisi necessitate aut alia euidente ca urgente

Quod Dnus Abbas non debeat habere in monasterio seu alibi vicarium secularem 106

Item prefati Dni Abbas et Refortores hac in perpetuum valitura ordinatione auctte Aplica et huius sacrae reformaois Difinitione prohibuerunt ne de coetero Dnus Abbas, qui nunc est seu pro tempore fuerit, possit seu debeat creare tenere, seu habere vicarium suum seu vicarios suos siue infra hoc monasterium S. Antonij viennen. siue alibi in religione extra dictum monasterium seculares personas q non sunt de ipsa religione S. Antonij. Decernen irritum et mane si quid contra hanc ordinationem et inhibitionem extiterit attentatum. Adycien ut nec etiam faciat Religiosos ipsius ordinis vicarios suos nisi tales sint beneficiati aut officiarij in ipso ordine. seu alt graduati aut graues personae dicti ordinis

Quod Dnus Abbas in absentia sua a monasterio teneatur dimittere unum vicarium generalem cum plena potestate 107

Item ordinarunt praeterea prefati Dni Abbas et Reformatores auctoritate qua supra vt Dnus Abbas qui nunc est et pro tempore fuerit, quoties ipsum absentari ab hoc monasterio S. Antonij

Antonij Viennen contigerit, teneatur et debeat in ipso monasterio dimittere unum vicarium suum Generalem grauem personam ipsius ordinis, qui pfati Dni Abbatis psonam repsentet et oia q ad vicariatus officium pertinent et expectant adimplere possit, et loco ipsius Dni Abbatis tum absentis efficaciter exercere

108 Quod vicarius Dni Abbatis non possit creare religiosos nisi hoc expresse sit sibi concessum,

Item cum nullus in tota religione S. Antonij absq speciali pmissione et licentia Dni Abbatis S Antonij viennen possit seu debeat creare religiosos in ipso ordine declararunt pfati Dni Abbas et Resortores vt nullus ex vicarijs ipsius Dni Abbatis vigore seu auctoritate dicti vicariatus quantumcunq alias dicti vicariatus constitutio ampla sit, possit seu valeat creare religiosos in ipso ordine nisi hoc alias splr et expresse per ipsum Dnum Abbatem sit concessum. cum ad ipsum Dnum Abbatem solum et insolidum ut supradictum est, potestas creandi religiosos pertineat et expectet in tota ipsa religione, et alr recepti in religione absq ipsius Dni Abbatis spali mandato non habeant pro religiosis in ipso ordine

109 Quod nullus de coetero in fratrem ordinis nri assumatur per dnum Abbatem nec alium nisi talis sit ex honestis et legitimis natalibus ortus et compos mentis non deformis aut alias corpore viciatus, et legere et cantare nouerit. sufficienter et quod non induantur nisi in domibus ubi dicuntur horae cancae et de expensis anni probationis

Item praefati Dni Abbas et Reformatores prouide consideran quantae solicitudinis studium adhibendum sit in creatione nouorum religiosorum istius religionis S. Antonij viennen auctle qua in hac parte funguntur ppetuo valitura sanctione ordinauerunt

vt nullus de

vt nullus de cetero in fratrem seu religiosum dicti ordinis
& religionis S. Antonij assumatur creetur seu de novo indu-
atur. Sue per dnum Abbatem aut alium de ipsius mandato &
commissione nisi talis sit assumendus ex honestis & legitimis
sit natalibus ortus. Sitq3 sue compos mentis & alias membrorum
suorum integritate ornatus, non deformis aut alias corpore
viciatus, neq etiam aliquis assumatur nisi sciat legere & can-
tare sufficiens & idoneus sit in diuinis vel si inuenis fuerit
de ipsius futura idoneitate & sufficientia spes verisimiliter
habeatur. Taleq3 non recipiantur nec induantur nisi in hoc
monasterio vel in domibus religionis in quibus diuinum
officium celebratur, & tunc infra Ecclesias ipsius ordinis in-
duantur & in patria aliorum fratrum & inxta statutis ipsius
monasterij statuerunt & ordinarunt prefati dni Abbas & re-
formatores vt tales sic de novo recepti faciant per integrum
annum sue probationis personalem residentiam eorum seu pa-
rentum eorum expensis in ipso monasterio seu loco religioso
in quo vt premissum est recepti fuerint seu in alia domo ip-
sius ordinis ad finem vt debite possint instrui in moribus
observantijs & ceremonijs regularibus possintq3 experimento
probare eo anno duran si religionem ppetuo post ipsum
annum voluerint profiteri, & etiam vt religiosi ipsius ordis
eodem anno duran ipsius vitam conuersationem & mores pos-
sint efficaciter agnoscere & videre. Adycien vt nullus sic
recipiatur in fratrem ipsius ordinis nisi verisimiliter sup hoc
appareat de sua seu parentum suorum deuotione. Ita quod
non ex ambitione auaritia seu alias inordinata intentione
seu mentis leuitate hoc procedat & in his quideant cum soler-
tia multiplici dni Abbates, qui pro tempore fuerint huius
monasterij pia consideratione pensantes, quanta inter seruos

Dei & pcipue

Dei et præcipue Religiosos esse debeat sanctimoniæ discretio et quam sit inutile et damnosum indignos ecclesiæ sumere minis-
110 tros

Quod nullus ad professionem expressam admittatur antequam XIIII annum peregerit

Successive præfati Dni Abbas et Reformatores attendentes con-
sideran quod professio regularis est illa potissime quæ reli-
giosum facit igitur tam auctte Apostolica quam huius sacræ refor-
maois statuerunt et ordinarunt ac præsenti statuto diffinierunt
quod nullus religiosus huius sacræ religionis S. Antonij vien-
nen de coetero admittatur ad professionem expressam ali-
quomodo in ipsa religione nisi secundum canonicas sanctiones
decimum quartum annum ætatis suæ peregerit et in religioe
ipsa per unum annum integrum post susceptionem habitus
steterit. qui quidem annus probationis nedum in fauorem
ingredientis sed etiam ipsius monasterij recipientis ordina-
tus est, ut ille asperitatem istius, et istud mores illius vale-
at experiri. quod utiq diligenter obseruandum est, et ideo
omnino prohibuerunt aliquem religiosum ante humoi pfini-
tum annum ad professionem admitti. et tunc etiam com-
pleto anno probationis in pnti monasterio vel in aliqua
domo ipsius religionis ubi est et esse consueuit congregatio
religiosorum ibm in diuinis deseruientium. si talis religiosus
humiliter petierit se ad professionem admitti, Dns in pnti
monasterio Abbas seu eius generalis vicarius hns. ad hoc
speciale mandatum in caplo Ecclesiæ maioris ipsius monrij
et coram religijs ipsius Ecclesiæ vocatis secum priore claustrali
et etiam tribus alijs religiosis de maioribus et senioribus
eiusdem conuentus et de eorum consilio ipsum religiosum
profiteri volentem et ad id fieri humiliter requirentem
seruatis solennibus in talibus seruari consuetis ad ipsam
pofessionem libere, et sine aliqua contradictioe admittat
nisi aliud

nisi aliud canonicum obsistat, et ne pauperes religiosi extra monasterium residen ultra modum grauentur laboribus et expensis ipius quoq occasione pmissorum euagationis materia praecludatur. statuerunt pfati Dni Abbas et Reformatores pariter et ordinarunt, quod singulis annis in Caplis gnralibus Dns Abbas concedat licentiam et auctem generalem omnibus praeceptoribus tam generalibus qm alijs habentibus tn in domibus suis siue praeceptorijs quatuor fres ad minus quod religiosos sibi subditos modis et formis superius specificatis et solennibus alijs in talibus seruari consuetis penitus obseruatis, videlicet ante maius Altare Ecclie suarum praeceptoriarum conuocatis alijs religiosis dictae praeceptoriae suae et de eorum consilio possint et valeant ad huius moi professionem, noie tn ipsius Dni Abbatis admittere et recipere quod si forte Dnus Abbas humoi licentiam et auctem ipsis pceptoribus renueret et nunc auctte huius reformatiois supradicti praeceptores habeant potestatem et auctoritatem humoi professiones modis et formis superius specificatis admittere et recipere. Decernen nihilominus tn professionem contra praemissa aliqn emissam nullius momenti roboris aut firmitatis. Adjicien etiam quod ipsa professione fiat publicum instrum prout de iure fieri debet, et secundum antiqua statuta huius pntis monasterij

Quod nullus pot assignare claustralia in religione nisi solus Abbas et si aliquis religiosus recipitur in aliqua praeceptoria sine lris Abbatis tanqm vagabundus tenendus. 111

Item pfati Dni Abbas et Reformatores inhaeren statutis et consuetudinibus antiquis huius monasterij declararunt et diffinierunt auctte qua funguntur in hac parte. quod nullus in tota religione S Antonij excepto Dno Abbate pt seu poterit quomodolibet in futurum dare conferre seu assignare claustralias

Claustralias in ipso ordine sue sit infra istud monasterium
S. Antonij viennen sue in quibus cum preceptorijs ab eodem
monasterio dependen decernen vt nullus preceptor ipsius
ordinis possit seu debeat recipere religiosos in Claustrales sua-
rum preceptoriarum absq; lris seu mandato ipsius Dni Abbatis
& tales religiosi non habentes lras Claustrariarum suarum
ab ipso Dno Abbate tanquam vagabundi teneantur & reputentur

112 De visitationibus, visitatoribus & eorum
expensis & de numero Equorum

Item p̄fati Dni Abbas & Reformatores volen circa visitationis
officium in hoc ordine tam salubriter prouidere quod exinde
& aliarum periculis ac beneficiorum utilitatibus consulatur pre-
ceptoresq; ipsius ordinis non nimium in supportandis ipsis visita-
tionibus de coetero pregrauentur. Inhaeren statutis antiquis ip-
sius monasterij auctoritate sancte reformationis statuerunt
& ordinarunt, quod visitatio totius religionis S. Antonij viennen
diuidatur & in antea diuisa perpetuo maneat, in quatuor partes
principales ita quod de coetero non possit aut debeat vno anno
nisi vna ipsarum partium per dnum Abbatem seu electos in gra-
ciosa iuxta tenorem statuti antiqui quomodolibet visitari
quarum siquidem quatuor partium diuisio ista sit videlicet
tota lingua Gallia cum Britannia & Anglia erat prima pars
Item tota lingua teutonica cum Hungaria & partibus ad-
iacentibus erit secunda pars, Item tota lingua Italica cum
partibus vltra marinis erit tertia pars, Item tota lingua agu
tana cum Nauarra Hispania & Maioricarum aliis circumui-
cinis partibus erit quarta pars Ita q possit ipsa iterari ipsa
visitatio in aliqua regionum, priusquam alia tres partes seu
regiones fuerint visitate. vel si integraliter visitare non possent
quod saltem tempus elapsum sit visitationis earum, antequ in
alijs regionibus visitare iteretur. Adycien quod Dns Abbas cum
visitauerit seu visitabit ipsas preceptorias ordinis non debet
equitare cum maiore quam duodecim equorum equorum nro
nisi necessitas

nisi necessitas imminens maiorem equorum numerum faciaret
& tunc ex quo ballivie fines seu limites intraverit dictas cōes
& rectas faciendo preceptor illius ballivie extra domum pro
qualibet dieta pro suis sumptibus sexaginta solidos parvorum
turonensium, valen quinq florenos auri boni ponderis sibi sol-
vere & administrare teneatur. In principali vero domo bal
livie quam visitaverit preceptor apsius domus per duos dies
tm de expensis necessariis pvidere eidem teneatur nisi ampli
orem vel minorem residentiam negotiorum qualitas necessario
requireret, nec ipse Dnus Abbas a suis subditis aliquid extra
ordinarie vel alia de caa race visitationis preter procura
tionem supradictam petere, vel extorquere quouis modo psumat
sed secundum deum & conscientiam, iuxtaq; tenorem canoni
carum sanctionum animarum lucra perquirat. Statum per
sonarum ecclesiarum & domorum virium ac rerum ipsarum vi
gili solertia & integra cordis puritate confirmet reficiat &
restauret & alia quia ad visitatoris pertinent pertinent ofm
cum caritatis & discretionis amplitudine laudabiter exequa
nec visitationis refugiet laborem adeo fructiferum & suavem
qui labor requies merito dici solet in vero pastore, qui animam
debet exponere pro ouibus sibi commissis, si autem Dns Abbas
non posset aut nollet visitare, eligatur anno quolibet iuxta
tenorem statutorum antiquorum in generali capto pro na
tione tunc visitanda, discretus ex ipso ordine visitator q
non debeat equitare cum maiori quam trium equorum nro
nec accipere debeat a preceptore in cuius ballivia modo supra
dicto extra domos preceptorias equitaverit nisi duos flore:
nos auri p die & in domo preceptoria cum visitabit, ut
supra dictum est per tempus superius expressatum, habebit
expensas nras, adjicien ut si dnus Abbas visitando vel alius
ut permittitur visitator electus maluerit extra domos ipsas
equitando, quod preceptores ipsarum ballivarum eis faciant

sumptus

sumptus suos integraliter quas pecuniarum summas superius annotatas sit in optione ipsius Dni Abbatis vel alterius visitatoris accipere et habere vel ipsas pecunias vel sumptus eisdem per ipsum preceptorem ministrandos, Ipsi etiam visitatores electi precaueant omnino a quibuscunq indebitis exactionibus et diligenter eis commissum officium exequantur et antequ accedant ad visitationem sint bene informati et instructi super modo tenendi in ipsis visitationibus fiendis et taliter in ipso visitationis actu se habeant, quod exinde reprehendi non possint quoniam si de ipsis ad generale capitulum demum fuerit prolata querela taliter ex hoc puniendi erunt quod cedat ceteris in exemplum, voluerunt preterea pfati Dni Abbas et Reformatores quod visitatio modo premisso facta sive per dnum Abbatem sive per alium reformatorem electum in bona forma scripta et per manum publicam suscripta anno quolibet deferatur in capitulo generali, et demum reponatur in archivijs ipsius monasterij, et semper ille qui postmodum visitabit secum portet visitationem prius factam, seu duplum illius in quatibet domo seu preceptoria ordinis ut ex illa informari possit super agendis. et si contenta in priori visitatione integraliter adimpleta sint et completa, et pariter ipse visitator teneatur distincte preceptori cuius domum visitauerit duplum ipsius visitationis expensis tamen ipsius. Idycirco vt ipse dnus Abbas seu alius visitator diligenter prouideat et precaueat ne secretarius dicte visitationis super sui salarij exactione indebita quomodocunq modum excedat seu preceptores indebite grauet

113 Quod tempore visitationis D. Abbas non pot mutuum contrahere seu preceptorem obligare futurum in preceptoria vi:

cante

Item statutis antiquis pfati monasterij ordinarunt et statuerunt

pfati Dni

p̄fati Dni Abbas et Reformatores quod cum aliqua balliuia vacauerit, vel cum dictus Dnus Abbas visitauerit, non possit super ea mutuum contrahere vel seu praeceptorem futurum alias quouismodo obligare, nisi de consensu praeceptoris et totius capituli generalis nisi prius prouisum fuerit tali domui de praeceptore et de eius consensu, et totius capli generalis

De tallia non facienda per Dnum Abbatem dumtaxat 114

Item pariter in haeren dictis statutis antiquis ordinarunt et statuerunt Dicti Dni Abbas et Refortores, quod dnus Abbas de Coetero exactionem collectam seu talliam non possit facere nisi ex cāa rathonabili coiter approbata per omnes praeceptores in simul congregatos q̄ fuerint in caplo generali

Quibus personis conferenda sint beneficia ordinis 115

Item p̄fati Dni Abbas et Refortores inter oīa praecipuum attenden quod nihil in ecclia dei magis est damnosum et intolerabile quam quod ecclesiastica beneficia et officia conferantur minus idoneis et indignis et quanta exinde mala p̄ueniant nullus sanae mentis ignorat. volentes igitur super his indemnitati huius sacri ordinis p̄uidere, et animarum periculis obuiare hac ordinatione in perpetuum duratura auctte Aplica statuerunt et ordinarunt vt nullus de coetero in tota religione S. Antonij viennen aliquod beneficium offm administrauem dignitatem siue claustraliam seu canonicalem portionem huius monasterij obtinere quamlibet possit aut valeat, nisi ipsum ordinem S. Antonij sit expresse p̄fessus, Decernen ex nunc, prout de iure sunt oēs collationes beneficiorum praedictorum factas personis ipsum ordinem non professis, ipso iure irritas et inanes. Adycien et auctte Aplica decernen ut Dnus Abbas S. Antonij viennen qui nunc est et pro tempore fuerit, cum vacabunt beneficia p̄dicta ipsius ordinis, ad eius collationem seu dispositionem expectantia et

expeitantia et pertinentia; illa infra iuris terminum personis ipsum ordinem expresse professis et alias sufficientibus et idoneis, scientia moribus et ætate iuxta iuris eois formam conferat et assignet, in prædictorumq beneficiorum collationibus non carnalitatis sequatur affectum, sed iudicium Raois consideretq quanta in præmissis non adimplendis sit Dei omnipotentis ofensa, quanta huius ordinis prævaricatio quantoq periculo se exponat. Non sit apud eum personarum sed meritorum acceptio, consideret et promoveat in ordine provectos, Idoneos graduatos, et eos qui lris insudarunt. In officijs Ecclesiasticis bene tritos et expertos et eos qui Religioni longo tempore servierunt, et si personarum ordinis ipse Dnus Abbas plenam notitiam non habuerit, cum quibus videlicet se informet de meritis personarum, ut exinde tantum animæ suæ periculum valeat salubriter evitare, et de sibi administratione tradita debitam altissimo valeat reddere raoem. quod si ipse Dnus Abbas qui nunc est aut pro tempore fuerit in præmissis adimplendis negligens seu defectuosus extiterit, et contra hanc salubrem ordinationem sacri iuris canonici aute decretam beneficia supradicta conferre voluerit aut contulerit, tales collationes sic factæ personis non expresse professis, vel alias minus idoneis et indignis aut factæ extra iuris tempus, sint prout de iure sunt, ipso iure irritæ et inanes, et conferendi potestas seu collatio ad generale caplum ipsius ordinis incontinenti pertineat ea vice qnm etiam sic in statutis antiquis ipsius monasterij cavebatur expresse et qnm generale caplm non celebratur nisi semel in anno, et vacatio posset occurrere tali tempore, quod diuturna vacatio dispendium ipsi vacanti beneficio non modicum deferre posset, Decreverunt pfati Dni Abbas et Refortores quod caplum generale suo tempore vnanimiter congregatum. hanc conferendi potestatem anno quolibet commit=

quolibet committat et committere teneatur et debeat priori claus
trali et diffinitoribus in claustro isto seu monasterio S. Antonij
isto manentibus et Residentibus, præmissa etiam quoad Bene:
ficia ordinis ipsius ad quorumcunq; præceptorum collationem
pertinentia et spectantia efficaciter voluerunt obseruari et
quod tunc deuoluatur collatio de præceptoribus inferiori
bus ad præceptores generales et de præceptoribus generalibus
ad Dnum Abbatem S. Antonij viennen

Quod valent permutationes recipere admittere et expedire 116

Item attenta longæua consuetudine in tota religione S. An:
tonij inconcusse obseruata, præfati Dni Abbas et Refortores
etiam aucte Aplica et huius sacræ reformationis dixerunt
et declararunt quod Dnus Abbas huius præsentis mon^ry
S. Antonij viennen in beneficijs et officijs ecclesiasticis ad
eius collationem pertinentibus possit et valeat permuta=
tiones recipere admittere et expedire, et hoc idem possint
facere præceptores ipsius religionis tam generales quam alij
in beneficijs sibi subditis et ad eorum collationem pertinen
tibus, attenta prædicta consuetudine, quod si prædicti præ:
ceptores recusarent humoi permutationes inter suos subditos
admittere sine caa rauabili, tunc ipsi permutare volentes
licite poterint habere recursum ad proximum superiorem
videlicet Dnum Abbatem, respectu præceptorum gralium
et ad præceptorem generalem respectu subditorum. qui su
perior constito sibi legitime de ipsa recusatione licite
poterit ipsas permutationes expedire, et si pariter Dnus
Abbas recusaret tunc caplm generale humoi permutaoes
poterit admittere

Quod D. Abbas cum Caplo suo pt bnficia vnire et vnita dissoluere et cassare 117

Item etiam attenta Consuetudine p scripta huius monasterij
declararunt

declararunt et diffinierunt pfati Dni Abbas et Refortores auctte qua funguntur quod instante caa ardua et necessaria per generale caplum approbata pfatus Dnus Abbas S. Antonij viennen cum ipso caplo generali, et de ipsius capli diffinitioe et auctte poterit et valebit, sicut hactenus factum exstitit perpetuo vel ad tempus vnire ad inuicem duas ~~personas~~ receptorias Ordis pdicti S. Antonij, vel unam alteri seu alicui officio seu alteri religioso loco ipsius ordinis, et ipsas vniones etiam ex caa necessitatis seu euidentis vtilitatis dissoluere et cassare quae tamen vniones absq multum ardua et necessaria fieri non debeat

118 De bneficijs ordinis non conferendis secularibus praebyteris, et de poena contra facientium similiter et de pensionibus non assignandis secularibus, et de non praebendandis clericis secularibus

Item pfati Dni Abbas et Reformatores matura deliberatione pensan quod sit graue, quod beneficia istius ordinis personis secularibus et non religiosis ipsius ordinis, conferantur, Tam auctte Aplica quam huius sacrae reformationis diffinitione sanxerunt ut bneficia ipsius ordinis per ipsos religiosos regi et gubernari solita, personis dumtaxat ipsius ordinis expresse professis de coetero conferantur. Adycien vt Dnus Abbas ipsius monasterij vel alius praeceptor. vel prior ordinis, cuiuscunqz conditionis existat, qui beneficia praedicta per religiosos ipsius ordinis exercere solita secularibus personis, et non religiosis ipsius ordinis conferre praesumserit, quamquam ad hoc ipsae personae seculares etiam alias essent dispensatae ipso iure, et auctte huius statuti sint videlicet ipse Dnus Abbas suspensus a diuinis: coeteri vero omnes et singuli praeceptores hoc facientes sint ipso facto excoicati, Decernen easdem poenas incurrere omnes illos, qui super suis beneficijs ipsius ordinis, personis secularibus et non religiosis ipsius ordinis pensiones

assignauerint

assignauerint annuas seu assignationi consenserint, nisi super hoc interuenerit expressus consensus D. Abbatis et capli generalis, pensiones iam contra pmissam ordinationem assignatas cassando et huius statuti auctte irritando et annullando et inposterum contra ipsam ordinationem assignationem pensionum sub prædictis poenis interdicendo et prohibendo. in hæren statutis antiquis huius monasterij statuerunt et ordinarunt quod Dnus Abbas qui nunc est et pro tempore fuerit seu quicunq; præceptor vel prior ipsius ordinis nullum clericum secularem possint et valeant præbendare in monasterio vel alijs membris ipsius ordinis quod si secus actum extiterit irritum habeatur

De certis Eleemosynis expediendis Per D. Abbatem et suum O 119

Item statuerunt et ordinauerunt pfati Dni Abbas et Refortores quod D. Abbas qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur et debeat consuetas Eleemosinas in Abbatia ipsius monrij per ipsum et pdecessores suos fieri solitas videlicet vt tredecim pauperibus singulis diebus totius anni et in die carnisprivij videlicet Dominica in quinquagesima de liardis oibus venientibus assignandis et distribuendis efficaciter et inconcusse iuxta consuetudinem antiquam super hoc obseruatam secundum ipsarum Eleemosinarum fundationem integralr et efficaciter facere et complere, et ultra pmissa tenetur ipse Dnus Abbas sicut consuetum est, facere seu dare fratribus conuentualibus huius monasterij quatuor pitantias coiter appellatas. O Tempore quadragesimæ et hoc modis formis et qualitatibus huiusq; in isto monasterio consuetis et obseruatis

Quod nullus de Religione cuiuscunq; Conditionis existat poterit aliquam personam religionis trahere in cam seu 120

quæstionem in aliqua curia, pterquam coram Dno Abbate nro et diffinitoribus capli generalis iuxta indultum Martini ppæ

Item pfati Dni Abbas et Reformatores fuere aplica deputati in hæien statutis antiquis et ordinationibus huius monasterij insequendo mentem formam, et tenorem Bullarum, per recolendæ memoriæ Dni Martini papæ quinti, quarum tenor inferius est insertus, pfato Dno Abbati, et suis conuentui et religioni concessarum et decretarum, statuerunt et ordinarunt dicti Dni Abbas et Refortores, quod nulli præceptori, priori, canonico infirmo, Donato, conuerso, aut alteri cuicunq; de huiusmoi religione S. Antonij cuiuscunq; conditionis existat, abinde liceat quouis quæsito colore titulo seu raoe aliquem pfatæ religionis S. Antonij trahere in causam seu quæstionem in aliqua curia pterquam coram pfato Dno Abbate et diffinitoribus capli generalis, pntibus et futuris et coram commisso seu commissis per eosdem dnos Abbatem et diffinitores qui nunc sunt et pro tempore fuerint, et hoc sub poena per contrarium facientem et huiusmoi statuto non obedientem excois et amissionis iuris sui siquod haberet de causa vel causis, quam vel quas talis rebellis vel tales rebelles moueret vel mouerent. et hoc nec in prima instantia, nec in secunda, neq; etiam in tertia, nisi in casibus denegationis iustitiæ, vel in grauaminibus notorijs contra statuta huius monasterij prædicti, et consuetudines illatis per eosdem Dnos Abbatem et diffinitores capli generalis pntes et futuros, in quibus casibus si fuerit interposita per quenquam appello; et secunda senca, et caa appellationis fuerit remissa. Idem appellans puniatur ad arbitrium dictorum Dni Abbatis et capli generalis qui nunc sunt et pro tempore forent, aut per deputatos vel deputandos loco ipsorum

quod in monas,

Quod in monasterio S. Antonij Dni praeceptores, Diffinitores capli generalis in ibi residen. sint et esse debent semper iudices et commissarij caularum vna cum Dno Abbate et eius vicario et quod duo ex praeceptoribus una cum D. Abbate et eius vicario procedere possunt 121

Item consideran dicti Dni Abbas et Reformatores quod saepe contingit diuersimode aliquos ex praeceptoribus prioribus et alijs religiosis, infirmis donatis, vel commissis huius mori religionis mouere causas, querelas et quaestiones inter eos, nec ibm celebratur capltm generale nisi semel in anno, et quod propterea si partes contendentes vel iusticiam peten non haberent in causis suis audientiam, et iusticiae administraoim nisi in caplis generalibus iustitia posset remanere laesa cupien in hoc prouidere, propterea statuerunt et ordinarunt pdicti Dni Abbas et Refortores in haeren statutis antiquis huius pntis monasterij quod in eodem monasterio semper sint iudices et commissarij capli generalis, quos ex nunc faciunt constituunt, et ordinant videlicet Dnos praeceptores diffinitores dicti capli gnralis in dicto Monrio residentes, ita quod duo ex ipsis, cum pfato Reuerendo D. Abbate pnte et futuro, et in eius absentia eius vicario possint et valeant de quibuscunq causis coram eis monendis cognoscere, et in ipsis procedere et procedi facere aucte dictarum bullarum Aplicarum, prout ipsi Dni Abbas et diffinitores capli gratis facere possent in celebratione et diffinitione capli gratis praedicta, et tam aucte dictarum bullarum Aplicarum quam dicti capli generalis, ipsos supra noiatos ppterea modo et forma pmissis loco ipsius capli gratis substituendo, et vices suas plenarie committendo

Tenor Bullae de qua supra fit mentio 122

Sequitur et est talis

Martinus Eps seruus seruorum Dei. ad futuram Rei memoriam Aplicæ seruitutis officium nobis licet immeritis ex alto commissum nos inuitat et inducit ut ad ea quæ per viri Ecclesiastici præsertim regulari obseruantiæ dediti, quibus litigiorum anfractibus semotis in pacis et tranquillitatis dulcedine sua quietius altissimo vota reddere satagant paternis et sollicitis studijs intendamus sane pro parte dilecti filij Joannis Abbatis monasterij S. Antonij Romanæ Eccliæ immediate subiecti, Ordis S. Augustini Viennen Diocesis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod per diuersas lites et causas quæ nunnumquam inter præceptores, canonicos et personas dicti monrij superioribus super domibus præceptoriis, et beneficijs ab eodem pendentibus, necnon iuribus iurisdictionibus, pensionibus, et rebus alijs, Domos præceptorias, et beneficia humoi contingen, in Romana Curia et extra eam Coram diuersis iudicibus diutius agitatæ fuerunt super illis ad Abbatem et diffinitores generalium captorum dicti monasterij recursu non directo, plerisq ex ipsis præceptoribus personis et canonicis Religionis postponend, et non absq aiarum suarum periculo vagandi præstita fuit occasio nec non monrium Domus præceptoriæ, et beneficia humoi grauia in spiritualibus et temporalibus subierunt hactenus et quotidie subeunt detrimenta. quare pro parte dicti Abbatis, nobis fuit humiliter supplicatum, vt ipsorum monasterij præceptor, canonicor, et personarum statui et quieti super his opportune de benignitate Aplica prouidere dignaremur. Nos igitur cupientes ut eorundem præceptorum canonicorum et personarum Religio feliciter prosperetur et ipsi eo liberius quo humoi litigiorum dispendijs nimis inuoluti fuerint, Domino famulentur, humoi quoq supplicationibus

cationibus inclinati auctte Aplica tenore pntium statu=
imus et ordinamus, quod oes et singulae causae, quas de=
inceps inter praeceptores, canonicos et personas pdict pntes
et futuros coiter vel diuisim oriri aut moueri contigerit
cum oibus suis inciden emergen dependen et connexis per
Abbatem, et Diffinitores Cuptor mon ry huiusmoi pro tem=
pore existen siue illos ex dictis praeceptoribus canonicis et personis
quibus ipsi Abbas et diffinitores tunc existentes eas commiserint
usq ad secundam inclusiue in qualibet mouendarum causarum
humoi deffinitiuam seniam audiantur, necnon iuxta lauda
biles consuetudines, et obseruantias instituta quoq regularia
ipsorum monasterij et ordinis, et prout alias iuris fuerit, de=
bito fine decidantur, omnesq et singuli praeceptores canonici
et personae praedictae, postquam de mandato vel auctte ipsius
Abbatis pro tempore existent, in quibusuis ex praedictis contra
eos intentandis causis, ad comparandum coram ipso et dictis
diffinitoribus qui tunc erunt, siue commissarijs, et in quantum
cunq ab eodem monasterio remotis locis citati fuerint, coram
ipsis Abbate et diffinitoribus tunc existentibus siue commissarijs
prout congruerit, legitime comparare debeant et teneantur
iuri et iusticiae parituri, et ut huiusmoi vagabundi per am=
plius tollatur occasio, his adijcimus: quod ille ex praeceptoribus
canonicis et personis praedictis, qui eorum aliquem, super quibus
uis querelis, rebus vel negocijs, praeterquam in denegatae iusti
tiae vel in notorij contra huiusmodi statuta et consuetudines
per dictos Abbatem et diffinitores pro tempore existentes illati
grauaminis casibus, coram alio quam praedictis Abbate et
diffinitoribus tunc existentibus, siue commissarijs, in causam
quam traxerunt, illam prorsus perdant eo ipso, qui vero ex
eis a secunda contra ipso lata sentia humoi appellationem
interposuerit, si in illius caa succumbant, poenae, de qua ipsis
Abbati et diffinitoribus tunc existentibus videbitur sint
subiecti

subiecti. Nos enim Abbati et diffinitoribus predictis, per censuram Ecclesiasticam, et alia opportuna iuris remedia omnia et singula quae per eos sive dictos commissarios in huiusmodi causis rite iudicata fuerint, debitae executioni demandandi necnon alia in praemissis, et circa ea quaelibet necessaria vel opportuna faciendi, plenam et liberam auctoritate et tenore praedictis concedimus facultatem, non obstantibus tam F. R. Bonifacij pp. VIII praedecessoris nostri, illa praesertim, qua cavetur ne quis extra suam civitatem vel Diocesin nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam Dietam a fine suae Diocesis ad iudicium evocetur. et de duabus dietis in concilio generali. quam alijs constitutionibus Apostolicis, necnon privilegijs, exemptionibus et litteris Apostolicis sub quavis forma, praeceptoribus canonicis et personis praefatis in genere vel in specie a sede praefata vel alias quovismodo concessis. et iamsi de illis et eorum totis tenoribus specialis et expressa. ac de verbo ad verbum praesentibus mentio foret habenda. coeterisque contrarijs quibuscunque aut si praeceptoribus canonicis et personis praedictis vel quibusvis alijs coiter vel divisim a dicta sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras Apostolicas non facien plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam statuti ordinationis et concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Apostolos. Kalen Novembris

pontificatus

pontificatus nostri anno decimo

Martinus Eps seruus seruorum Dei 123

Dilecto filio Joanni Abbati monasterij S. Antonij Rom Eccliæ nullo medio subiecti ordinis S. Augustini viennens Diocesis. Salutem et Apliam benedictionem Romanus pontifex cunctorum præsertim regulari castimoniæ deditorum fidelium tranquilitati studijs assiduis intendens. Illis libenter annuit per quæ inter eos iurgiorum contentionumq et litium quantocius supprimantur anfractus, et ipsi talium strepitibus erepti diuinis beneplacitis liberius se coaptent. Nuper siquidem pro parte tua nobis exposito, quod propter diuersas lites et caas quæ nunnumquam inter præceptores Canonicos et personas monasterij S. Antonij Rom Eccliæ immete subiecti ordinis sancti Augustini viennen Diocesis, cui p esse dinoscceris super domibus præceptorijs et beneficijs ab eo dependen nec non iuribus iurisdictionibus pensionibus et rebus alijs, Domos præceptorias, et beneficia humoi contingentibus in curia Romana et extra eam coram diuersis iudicibus diutius agitatæ fuerint. super illis ad Abbatem et diffinitores gratium captorum dicti monasterij recursu non directo. plerisq ex ipsis præceptoribus canonicis et personis, q religionis erant postponendi, et non absq animarum suarum peruulo vagandi, p stita fuerat occasio. nec non monasterium præceptoriæ Domus et beneficia humoi grauia in spiritualibus et temporalibus subierant tunc et quotidie subirent detrimenta. Nos per alias lras nras statuimus et ordinamus. quod oes et singulæ causæ, quas deinceps inter præceptores canonicos et personas prædict pntes et futuros coiter vel diuisim oriri aut moueri contingeret, cum oibus suis inciden emergen dependen et connexis per Abbatem et diffinitores

captorum

caplorum monasterij huiusmoi pro tempore existen siue illos ex dictis praeceptoribus canonicis et personis, quibus ipse Abbas et diffinitores tunc existentes eas committerent usq ad secundam inclusiue in qualibet mouendarum causarum huiusmoi diffinitiuam sentiam audirentur, nec non iuxta laudabiles consuetudines et obseruantias, institutaq regularia ipsorum Monasterij ac ordinis, et prout alias iuris foret deciderent, omnesq et singuli praeceptores, canonici et personae praedictae, postquam de mandato, vel auctte ipsius Abbatis pro tempore existentis in quibusuis ex praedictis contra eos intentandis causis ad comparendum coram ipso et dictis Diffinitoribus qui tunc essent siue commissarijs etiam in quantumcunq ab eodem Monasterio remotis locis citati forent, coram ipsis Abbate et diffinitoribus tunc existentibus siue commissarijs prout congruerit legitime comparere deberent et tenerentur iuriq et iustitiae parituri prout in eisdem lris plenius continetur cum aut sicut exhibita pro nobis parte tua petitio continebat aliquor verisimilr ex praeceptoribus canonicis et personis p dictis contra quos in huiusmoi causis processus dirigendi et intentandi fuerint pro monitionibus eis et citationibus de ipsis faciendis pntia tute aliquotiens haberi non poterit nos ne propterea ex praemissis causis aliquae plus debito protrahantur, vel in aliorum grauamen, p iudicium, damnum seu iacturam remaneant diutius indiscussae remedijs quibus conuenit prouidere volen. tuisq in hac parte supplicationibus inclinati, tibi et successoribus tuis pro tempore existentibus dicti Monasterij Abbatibus, et vrum cuilibet, ut quotiens per summariam informationem per vos super his recipien vobis constiterit. quod praeceptor canonicor et personarum praedictarum quos ipsi processus concernunt commode

pntiam

pntiam promotionibus et citationibus facien habere nequeat ut praefer
tur seu ipsi sic ut praemissum vel alias quouismodo citati legitime
vel moniti non curauerint comparere vos quoscunq tales contin=
gentes processus, nec non quoad omnes in dictis causis substantiales
actus etiam diffinitiuas sententias inclusiue quaslibet monitiones
et citationes per edictum publicum maioribus quas frequentius
ingredi contigerit portis dicti monasterij, et alijs locis publicis
de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad illorum ex dictis
praeceptoribus Canonicis et personis quos huiusmoi processus con=
cerneret notitiam peruenire valeant locis assigendis facere pos=
sitis, prout in ipsa curia Romana exstitit fieri consuetum ple=
nam concedimus tenore praesentium facultatem. volen et auctte
Aplica decernen quod processus, monitiones et citationes huiusmoi
perinde monitos et citatos artent eosdem, ac si ipsis personaliter
ac pntialr insinuati ac intimati legitime exstitissent. Non
obstantibus constitutionibus Aplicis ac statutis et consuetudi
nibus monasterij, nec non ordinis praedictorum, iuramento con=
firmatione Aplica, vel quauis alia firmitate roborati coe=
terisq contrarijs quibuscunq. Datum Romae apud S. Aposto
los. VI. Kalend: Aprilis pontificatus nostri anno vndecimo

Quomodo et per quos fiet priuatio beneficiorum 124

Item praefati dni Abbas et Refortores prouide consideran quod
inter maiores, et arduas causas in iure expressas beneficiorum
priuatio non immerito computatur. Ideoq in illa cum multa
maturitate et discretione proceden est, vnde statuerunt, ordi
narunt, et auctte Aplica decreuerunt ut cum ad priuationem
beneficiorum aliquarum personarum istius ordinis S. Antonij
Viennen proceden erit exigentibus culpis seu demeritis ip=
sarum personarum cum multa discretione et maturitate
super his

super his procedatur, et procedi debeat, insequendo tam iuris
eois formam quam etiam obseruantias regulares, Adgcien et
auctte prædicta decernen ut priuationes beneficiorum prædic
torum generalium ipsius ordinis S. Antonij viennen differan:
tur et differri debeant ad caplum generale ipsius ordinis an:
no quolibet in ipso monasterio celebran, ita quod nullus ge:
neralis præceptor ordinis prædicti priuari possit, nisi in ipso
caplo generali, et hoc per dnum Abbatem, et difinitores ipsius
capli gnralis. processus tn per antea fieri poterit per ipsum
D. Abbatem, sed ipsa priuatio non fiat nisi ex caa ronali
et legitima per ipsum generale caplum approbata, et sic in
statutis antiquis ipsius monasterij etiam cauebatur expresse.
tamen si tunc duran dicto caplo gnrali ipsa priuatio fieri
seu compleri non posset. Diffinitores ipsius capli gnralis possint
perfectionem ipsius negotij committere difinitoribus in claus:
tro seu monasterio Residentibus. qui cum D. Abbate ad pri
uationem ipsam ex commissione huiusmoi legitime procedere
teneantur. Aliorum aut præceptorum priorum officiari
orum et claustralium canonicorum ipsius monasterij. etiam
non fiant priuationes Beneficiorum nisi ex causis legitimis
in iure vel in statutis ipsius ordinis approbatis et illas pri
uationes, cum caa erit raoalis facere poterit D. Abbas voca:
tis secum diffinitoribus, tunc in claustro istius monasterij
S. Antonij viennen residen seu duobus ex eis de maioribus
ultra vicarios Dni Abbatis, ita tamen quod si aliquis præ
ceptor ordinis qui habet alium immediatum superiorem
priuandus fuerit, ille præceptor immediatus superior vocetur
ad priuationem fiendam, alr priuatio facta non valeat.
Neq aliquis præceptor gralis ordinis. seu alius quicunq
sit, habeat quouismodo potestatem seu facultatem priuandi
beneficijs

beneficijs seu officijs Ecclesiasticis subditos suos praeceptores vel alios beneficiatos. posset bene tamen quilibet praeceptor facere processum praeceptorum subditorum suorum sed ipsum processum mittat vel deferat ad D. Abbatem qui modis et formis superius expressatis, si ca subsit rabilis ad priuationis sentiam procedere teneatur

Quod Dnus Abbas S. Antonij habent per se cognoscere de causis Religiosorum et alijs causis minoribus sed de maioribus ut sunt priuationes et humoi det ipse Abbas cognoscere vna cum caplo suo 125

Item praefati Dni Abbas et Refortores aucte Aplica deputati declararunt, quod per ea quae superius dicta sunt de causis ventilandis coram dicto Dno Abbate istius monasterij S. Antonij viennen et difinitoribus capli generalis seu supra nominatis difinitoribus in claustro remanentibus ipsum generale caplum repraesentantibus, ipi non intendunt quouis modo derogare Jurisdictioni dni Abbatis ipsius monasterij qui nunc est aut pro tempore fuerit, nec eidem suam iurisdictionem tollere seu aufferre. quo minus ipse dnus Abbas aut suus vicarius possint et valeant cognoscere et decidere de causis ipsorum religiosorum, dum tamen non sint de maioribus causis ipsius ordinis, seu alias priuationem seu depositionem requirentibus, seu cum est quaestio super beneficijs, pensionibus limitibus seu alijs rebus arduis ipsius ordinis, nec intendunt eidem praeiudicare quo minus ipse dnus Abbas habeat iurisdictionem, coercitionem, et priuationem religiosorum ipsius ordinis secundum regularem obseruantiam, et consuetudinem hactenus super hoc obseruatam, ipsiusq ordinis statuta, priuilegia, et indulta. ita tn quod etiam propter

ipsius Dni

ipsius D. Abbatis iurisdictionem supradictam non auferatur neq tollatur in quoquam iurisdictio supradicta ipsius Dni Abbatis et prædictorum Diffinitorum et auditorum auctte Aplica commissorum. quorum iurisdictio principaliter est cognoscere de omnibus maioribus causis beneficiatis et alijs supradictis, religionem ipsam, et huius religionis personas concernentibus, vt in dicto indulto D. Martini supradicti continetur et ne personæ ipsius religionis coram alijs iudicibus extra religionem quomodolibet possint trahi

126 Quod appellatur a D. Abbate ad caplum generale et ad sedem Aplicam vmisso quolibet medio

Item præfati Dni Abbas et Refortores receperunt approbauerunt, et auctorizauerunt consuetudinem huius monrij inconcusse obseruatum et per statuta ipsius monrij roboratam vt quod de D. Abbate possit et debeat ad caplm generale ipsius ordinis salua auctte sanctæ sedis Aplicæ, ad quam pot obmisso quolibet medio appellari

127 Quomodo procedend sit in causis pecuniarijs, personalibus, et alijs minoribus causis religionis

Insuper voluerunt et statuerunt præfati D. Abbas et Refores et Auctte Aplica decreuerunt, ut in causis ipsorum religiosorum videlicet pecuniarijs et alijs personalibus, et modicis causis procedatur et procedi debeat simplr et de plano, et sine strepitu iudicij et figura et sine fortione Iudicialis processus seu indagine iudiciorum

128 Quod reception nouorum Religiosorum professiones, bneficiorum collationes et oes grae spirituales istius ordinis fiant gratis absq aliqua pactione et promissione

Item præfati Dni Abbas et Reformatores hac in perpetuum valitura

valitura ordinatione aucte Aplica statuerunt ut in ista Reli
gione S. Antonij viennen Reception nouorum religiosor
nec non professiones, beneficiorum collationes et oes gra
spirituales ipsius ordinis fiant, et concedantur gratis
et libere absq aliquali pactione, promissione exactione
petitione donatione seu receptone, cum secundum canonicas
sanctiones in spiritualibus omnis pactio, conuentio pmissio
et receptio debeant omnino cessare, interdicen et inhiben ne
unquam imposterum, D. Abbas qui nunc est aut pro tempore
aut sui vicarij, seu quiuis alius praeceptor ordinis aliquid
in praemissis exigere, seu nec a volente recipere quouismodo
possit. Non tamen intendunt propter hoc praefati Dni Abbas
et Refores inhibere seu defendere quominus illi qbus pdic-
tae gra pro tempore fuerint factae iuxta consuetudinem super
hoc hactenus obseruatam, secretarijs ipsius religionis lras
pro pmissis facientibus seu scribentibus, nec non seruitoribus
et camerarijs D. Abbatis pro sigillo ipsius D. Abbatis, quod
sigillum pro roboratione rei gestae apponi solet possint et de:
beant grauitates seu libertates facere subsequen dum tamen
nihil ad ipsum D. Abbatem prouenciat. sed ad ipsum secretariu
pro sui officij exercitio. et ad ipsos seruitores et camerarios pro
suis iocalibus, et sigillatione, et dum tamen nihil ex pacto seu
conuentione fiat, quomodolibet in praemissis

Et primo pro litera creationis alicuius Religiosi pro 129
sigillo, et camerarijs D. Abbatis — — — vnum scutum
Item pro scriptura secretarij — — — medium scutum
Item pro commissione creandi unum religiosum tantum ad
idem videlicet pro sigillo et camerarijs praedict — vnum scutum
Item pro secretario pro quolibet nocato in commissioe —
medium scutum

Item pro

Item pro lra siue instrumento professionis & sigillo — medium scutum
pro secretario — — — — medium scutum
Item pro sigillo assignationis lre claustralie — — VI — albos
& pro secretario — — — — XII — albos
Item pro lra dimissoria ad ordines & sigillo — — — nihil
& pro quolibet religioso secretario — — — — vnum grossum
Item pro lra eundi ad studium pro sigillo — VI grossos
& pro secretario — — — — VI grossos
Item pro lra de non residen pro sigillo — — vnum scutum
& pro secretario — — — — medium scutum
Item licentia siue auctoritas agendi ad lites in iudicio pro
sigillo — — medium scutum & pro secretario — totidem
Item pro licentia quitandi successionem seu bona paterna, quas
debet concedi in capto generali & sigillo — — medium scutum
& secretario — — — — totidem
Item & procuratorio gnrat ordinis solito dari in capto
generali; pro sigillo — — — X — solid
& pro secretario — — — medium scutum
Item pro lra participationis suffragiorum ordinis, pro sigil-
lo — — — — VI albos
& pro secretario — — — X — solid
Item pro lris confirmationis super premissis cum interpositione
decreti, pro sigillo — — — medium scutum
& pro secretario — — — totidem
Item pro lra collationis preceptorie generalis sibi fiat de
maioribus ordinis pro sigillo — — — IIII scuta
& pro secretario — — — II scuta

Item pro

Item pro permutationibus super eisdem faciēn tam pro scrip:
tura quam pro sigillo — — — — totidem
Item pro lrā collationis præceptoriarum generalium minor et
aliarum subditarum, et de mensa, et maiorum officiorum claus:
tri pro sigillo — — — — — II. scuta
et pro secretario — — — vnum scutum
Item pro lrā collationis minorum officiorum claustri et
paruarum præceptoriarum de mensa pro sigillo — vnū scutum
et pro secretario — — — — totidem
Item pro lrā collationum claustraliarum huius monasterij
pro sigillo — — — — vnum scutum
et pro secretario — — — — totidem
Item pro lrā pntationis ad curas pro sigillo — vnū scutum
et pro secretario — — — medium scutum
Item super donationibus Domorum, quando fuerint de ma:
ioribus claustri, pro sigillo — — II. scuta
et pro minoribus domibus siue cameris — — medium scutum
et pro secretario — — — — medium scutum
Item pro lrā donationis maiorum officiorum hospitalis pro
sigillo — — — — — — vnum scutum
et aliorum officiorum paruorum eiusdem hospitalis seu minis:
trorum claustri et monasterij pro sigillo — — medium scutum
et pro secreto pro lris supdictis pro qlibet — — medium scutum
Item pro lris claustraliarum pro infirmis pro sigillo — nihil
et pro secretario — — — — — VI. Albos
Item pro lris receptionis vnius donati et assignationis
suæ vitæ q̄ debet concedi in capto generali, pro sigillo
— — — — — medium scutum
et pro se:

et pro secretario — — — — — X Solid
Item pro lra super approbatione seu autorizatione seu ali
quorum fundatione in isto monasterio vel etiam generali
pro sigillo — — — medium scutum, et pro secretario —
— — — — — — — medium scutum

Pro Literis De Iustitia

130 Et primo pro citationibus et monitionibus pro sigillo —
— — — — — — — vnum grossum
Item pro excoibus et aggrauationibus et absolutionibus ab
excoiatione pro qualibet pro sigillo — — II grossos
et pro secretario superdictarum lrarum pro quolibet — vnum grossum
Item pro alijs lris de iustitia ubi requiritur magna narratio
pro sigillo — vnum grossum et pro secreto — — — III grossos
Item pro lris in quibus debet apponi sigillum conuentus or:
dinarunt praefati Dni Abbas et Reformatores quod pro quo:
libet sigillo recipiatur tantummodo media taxa sigilli
Dni Abbatis superius specificata
Ordinarunt praeterea, quod de lris concernentibus commune
ordinis vel etiam totum conuentum pntis monasterij nihil
exigatur pro sigillo ipsius Dni Abbatis sicut vice versa
Dnus Abbas nihil debet soluere pro sigillo conuentus in lris
ipsum Dnum Abbatem concernentibus

De officio prioris Claustralis

131 Circa officium prioris claustralis huius monasterij S.
Antonij viennen praefati Dni Abbas et Reformatores in
haeren statutis et consuetudinibus et obseruantijs huius sacrae
religionis, voluerunt et auctte Aplica decreuerunt vt ipse
prior claustralis sit et perpetue esse debeat secunda ordinis
persona ipsius habens curam animarum religiosorum frum
ipsius ordinis in hoc mon rio commorantium et Residentium
ad ipsum etiam

ad ipsum etiam priorem Claustralem pertinet et spectat puni:
tio et correctio regularium omnium frum religiosorum com:
morantium residentium et aduenientium secundum statuta
regularia ipsius ordinis et huius sacræ reformaois statuto:
rum continentiam et tenorem, Debet enimut in iure cauetur
præ coeteris post Abbatem esse potens opere et sermone, vt
exemplo vitæ, verbo doctrina, fres suos instituere possit in
bono, et a malo etiam reuocare, zelum religionis habens
secundum scientiam ut delinquen corripiat et castiget, et
obedientes foueat et confortet

Quod Dns Abbas in quolibet capto 132
grali celebrando quolibet anno in festo
ascensionis teneatur ponere priorem
Claustralem, et subpriorem vnacum capto
generali

Item præfati Dni Abbas et Resortores, inhæren tam dispo:
nibus communis iuris quam statutis omnibus a fundatione huius
sacræ religionis citra tam aucte Aplica quam ordinaria in
ipsa religione factis, receptis et obseruatis, inhærenq regulari
obseruantiæ et consuetudini tam ipsius monasterij quam aliorum
ordinum quorumcunq voluerunt, statuerunt ordinarunt et aucte
Aplica decreuerunt ut de coetero anno quolibet perpetue D.
Abbas huius monasterij S. Antonij viennen in grali capto
ipsius monrij seu ordinis in festo Ascensionis Dominicæ cele:
brando, et de ipsius generalis capti, ponat eligat instituat
ponereq et eligere teneatur et debeat priorem Claustralem
et suppriorem in ipso monrio S. Antonij viennen. qui prior
Claustralis, curam correctionem, et punitionem in ipso monas:
terio habeat et habere debeat, et qui prior et supprior remo
ueri, et reuocari per ipsum Dnum Abbatem et generale captum
anno quolibet possint et debeant, si eisdem diffinitoribus
expediens

expediens aut valere videatur, non obstantibus quibuscunq; constitutionibus et priuilegijs, consuetudinibus impetrationibus et alijs in contrarium facientibus, et præsertim non obstante quadam ordinatione seu diffinitione capli generalis ipsius ordinis in hoc monasterio celebrati Anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, etiam auctte Aplica confirmati super Claustralibus seu officiarijs ipsius monrij absq; caa rauabili non mutandis seu mouendis Declaran præfati Dni Abbas et Refortores quod intentio diffinitorum dicti capli gnralis nunquam fuit nec esse debuit circa statum dicti prioris Claustralis et suprioris aliquid de nouo per ipsum statutum immutare seu ordinare, neq; ipsos perpetuare seu statutum antiquum ipsius monasterij et ordinis super eorum annuali mutatione quouismodo super hoc infringere aut violare, Adycien vt propter institutionem annualem pdicti officij prioratus seu etiam supprioratus aut aliorum officiorum annualium dicti monasterij et ordinis, nulla persona ipsius ordinis hns aliud beneficium censeatur ex hoc duo officia incompatibilia tenere seu habere, cum dictum officium seu officia annualia non debeant in nro beneficiorum incompatibilium computari seu haberi

133 De qualitate personæ instituendæ in priorem et de eiusdem ætate

Item voluerunt et ordinarunt præfati Dni Abbas et Refortores ut cum prior præfatus Claustralis iuxta supradictam ordinationem in grali capto supradicto anno quolibet assumendus erit seu assumi debebit in eius assumptione seu institutione diligenter et solerte prouideatur ut talis sic assumendus, sit persona grauis approbatæ vitæ et conuersationis, morum honestate et vitæ sanctitate præclarus. prouectus in ipso ordine ac rerum et iurium ipsius ordinis

ipsius ordinis non ignarus, non iuuenis quin imo voluerunt quod ætatis suæ exegerit trigesimum annum, et idem in octbus in creatione seu institutione subprioris p̄fati Dni Abbas et Reformatores decreuerunt obseruandum.

De iuramento prioris quod præstare habet antequam officm exequatur 134

Item voluerunt statuerunt et ordinarunt p̄fati Dni Abbas et Reformatores ut ipse prior claustralis postq ut præmissum est creatus et institutus fuerit, antequam administraois sibi commissæ officium exequatur iuret iurareq teneatur et debeat obseruare et quantum officium suum concernunt obseruari facere statuta et obseruantias religionis p̄dictæ S. Antonij viennen et p̄sertim statutæ huius sacræ reformationis, et idem de subpriore decreuerunt obseruandum

Quod prior Claustralis residere det tpe regiminis sui nec Recedere sine speciali Licentia D. Abbatis 135

Item statuerunt et ordinarunt quod ipse prior claustralis q pro tempore fuerit suam continuam residentiam personalem faciat et facere debeat, infra istud monasterium S. Antonij viennen, nec ab eodem seu monasterio regiminis sue duran tempore quouis modo se absentare præsumat, nisi adesset grauis et urgens necessitas, et tunc ad modicum tempus, et de licentia Dni Abbatis, et cum ipse prior claustralis, qui ad sui debitum officij curam et sollicitudinem conuentus semper debet habere et in officijs diuinis omnibus horis canonicis semper primus in choro personaliter interesse, et propter hoc duplicem libram de octbus qui fratribus claustralibus ipsius conuentus dari debent et consueuerunt habere accipere debeat, voluerunt p̄fati Dni Abbas et Reformatores iuxta super hoc obseruatam consuetudinem ut in absentia ipsius prioris claustralis supprior

monasterij

monasterij qui in absentia prioris curam & regimen conuentus
dinoscitur habere, eam libram dictus, quam vltra solitam &
consuetam dictus prior recepit seu recipiebat in presentia vna
cum quotidianis distributionibus integraliter recipiat & recipere
debeat quamdiu dicti prioris Absentis officium exercebat quod
similiter fiendum decreuerunt & ordinarunt prefati Dni Abbas
& Reformatores de sacrista maiore istius monry. qui ut supra
dictum est loco supprioris absen, & similr de cabiscolo, qui
loco ipsius Sacristae exercitium officij prioratus habent
& habere debent priore & subpriore absentibus, vel in ma
tutinis defuerentibus, iuxta annotatam superius in Sac
sacra Reformatione ordinationem, videlicet quod ipse sa:
crista & cabiscolus seu ille ex eis, qui sic loco & ordine in aliorum
absen dicti prioris claustralis officium exercebat, dictam libram
cum supradictis distributionibus recipiat & recipere debeat
Respectu vero alterius libre ordinaria, quam prior claustralis
etiam in absentia recipere consueuit, infra domum prioratus
pro sustentatione Religiosi suum cursum facientis & aliorum
seruitorum prioratus voluerunt prefati Dni Abbas & Refor:
matores quod super hoc fietur consuetudini

Que sint de officio prioris claustralis

536 Ad ipsius prioris claustralis ut predictum est officium per:
tinet punitiones correctiones facere singulares, in omnibus
horis canonicis interesse conuentuale capitm statutis diebus
intrare B. Augustini regulam legere & exponere. Insolen
& alias negligentias & in diuinis deficientes disciplinare
& aliter corrigere & punire quorumlibet religiosorum ad se
venientium confessiones audire, eo salvo quod supra dictum est
de confessoribus per alios etiam ad hoc electos & deputatos
audiendis. ad etiam pertinet dare licentiam eundi ad villam
vel alibi

vel alibi quibus et quando sibi videbitur expedire, Non tn. possit ipse prior claustralis excoicatos pro eo, quod exierunt absq; vel alias pro leui iniectione manuum in socium, seu etiam quomodolibet ab hoie vel a iure, seu per statuta etiam ipsius ordinis excoicatos, vel ab officio suspensos absoluere ex suo officio. nisi super hoc a Dno Abbate spalem heret facultatem. et quod de ipso priore claustrali dictum fuit, quod a pdictis excoicationum senys non possit absoluere, obseruandum efficacissime voluerunt et iusserunt Dni Abbas et Refortores pfati in quibuscunq alijs Religiosis ipsius monrij cuiuscunq conditionis aut auctoritatis existant, videlicet ne aliquos excoicatos absoluere praesumant, nisi super hoc a Dno Abbate facultatem habeant specialem

Quod Signacula et imagines quae dantur peregrinis, et eorum emolumenta pertinent Priori claustrali 137

Item cum ad dictum D. priorem claustralem huius psentis monasterij S. Antonij viennen spectent et pertineant signacula siue intersignia, q sub noie B. Antonij fiunt et fieri consueuerunt, in pnti monasterio et villa, tam argenti, auri, stanni: quam etiam cuiuscunq alterius metalli et etiam tam ex antiqua fundatione ipsius prioratus officij: quam etiam ex communi obseruantia, hactenus inuiolabiter obseruata. Idcirco pfati Dni Abbas et Reformatores auctte huius sacrae reformationis declararunt ordinarunt difinierunt et statuerunt dicta signacula seu intersignia ad ipsum Dnum priorem claustralem huius pntis monasterij S. Antonij viennen ac etiam emolumenta exinde quouismodo peruenientia hactenus pertimuisse et spectasse, pertinereq et spectare debere inposterum. Ita quod nemini sit licitum nec permissum in praesenti monasterio et villa eidem contigua totoq districtu eiusdem

districtu eiusdem dicta signacula seu intersignia sive sint imagines capita brachia, potentiae, et porcelli sub dictis noie et vocabulo B. Antonij patroni nri aut etiam alterius cuiuscunq nois eisdem supradictis signaculis quoquomodo similia tenere et vendere, aut sibi dicta emolumenta quoquomodo appropriare publice vel occulte sine licentia voluntate auctoritate et consensu ipsius Dni prioris minusq in praemissis et circa praemissa pfatum Dnum ~~Abbatem~~ priorem pturbare molestare et impedire, seu etiam praeiudicium inferre directe vel indirecte quovis quaesito colore. quod siquis in praemissis culpabilis repertus fuerit, debita animadversione puniatur

138 Quod prior Claustralis manutenere det statuta refortionis et non remittere poenas nisi quantum sibi permittitur ex statutis

Item inhaeren statutis antiquis ipsius monrij S. Antonij viennen pfati Dni Abbas et Refortores statuerunt et ordinarunt ut prior claustralis ipsius monasterij qui nunc est et pro tempore fuerit, oia statuta ordinis et huius sacrae reformationis q concerunt fres et religiosos ipsius monasterij in Ecclia refectorio et toto monrio diligenr et integralr faciat observari sub poenis, et coercitionibus in dictis statutis contentis et declaratis inhiben eidem priori claustrali qui nunc est et pro tempore fuerit auctte Aplica et huius sacrae reformationis diffinitive ne poenas in dictis statutis huius reformaois contentas et deliberatas remittat aliquomodo seu relaxet, nisi in quantum eidem priori in praedictis statutis et ordinationibus permittitur seu fieri conceditur. iuxta ipsorum statutorum continentiam et tenorem. et idem de subpriore in prioris absentia. et de alijs qui in suo ordine ut supdictum habent in prioris Absentia praesidere decreverunt observandum.

139 Quod sacrista Ecclesiae B. Mariae in Scto

Antonio habet et nõie prioris attendere circa diuina et ceremonias et correctiones facere

Et quia dictus prior claustralis, qui necessario in maiori Ecclia semper personaliter interesse tenetur in diuinis, non pot circa officium et ceremonias in Ecclia B. mariae intendere seu vacare ex: cirio praefati Dni Abbas et Reformatores voluerunt et ordinarunt quod sacrista B. Mariae, qui nunc est et pro tempore fuerit, in choro praedictae ecclie B mariae circa officium Ecclesiasticum et chori ceremonias vice et nomine prioris claustralis istius monrij secundum tenorem statutorum huius sacrae reformationis reli giosos in dicta Ecclia B mariae in diuinis deseruientes per poe: nas in ipsis statutis contentas et declaratas ad debite deseruien: dum in ipsa Ecclia B mariae efficaciter compellere possit et de: beat. per praemissa tn Jurisdictioni et auctoritati prioris claustralis in aliquo non intendimus derogare. Neq etiam ei: dem propter hoc prohibere quominus ipse prior claustralis poit etiam in ipsa Ecclia B. Mariae, sicut in alia sui officij debi tum exercere

Qui sint fructus cellerariae S. Antonij in S Antonio quae pertinent ad praecep tores Ranuersi perpetuos cellerarios monas terij S Antonij 140

Circa officium cellerariae huius pntis Monsterij S. Antonij vien: nen cui praeceptoria domus S. Antonij Ranuersi Turinens. Dioces. cum suis membris iuribus et pertinentijs, annexa est unita et perpetuo incorporata, praefati Dni Abbas et Reformatores huius ordinis, aute Aplica deputato, visis fundatione et institutione ipsius cellerariae, necnon vnionibus et annexionibus pdictis alijsq transactionibus, compositionibus pactis et conuentionibus factis et habitis tam inter dnum cellerarium et praeceptorem Ranuersi modernum quam praedecessores suos cellerarios ipsius monasterij cum

monasterij cum fratribus conuentualibus & claustralibus conuentus
huius monasterij S. Antonij viennen, visisq; & diligenter consideratis
pluribus statutis ordinationibus & diffinitionibus ipsorum mo:
nasterij & ordinis necnon captorum generalium predictorum &
attenta generali consuetudine & obseruantia ipsius monasterij.
statute huius sacre reformationis dixerunt declarunt & diffi
nierunt, quod ad ipsum Dnum cellerarium & preceptorem Ran:
uersi qui nunc & pro tempore fuerit, pertinent & expectant
omnes fructus ipsius cellerarie, videlicet omnes oblationes, pro=
uentus & obuentiones magni altaris huius monasterij S. Anto:
nij viennen necnon obuentione: S. Brachij luminaria, & alia
consueta cum alijs iuribus territorijs, possessionibus, domibus
predijs, redditibus, decimationibus, & alijs quibuscunq
iuribus eidem cellerarie debitis & persolui consuetis & per
tinentibus, cum cum illis quia Dnus Abbas huius mon ry
sup supportandis oneribus ipsius cellerarie eidem anno
quolibet facere consueuit & tenetur, ut ex fundatione ipsius
cellerarie clare apparet, item & iam cum bonis mobilibus
seu spolijs infirmorum hospitalis ipsius monasterij & alijs uni
uersis & singulis q̃ vel in ipsa fundatione, vel ex post facto
usq; nunc fundationibus in hoc monasterio factis, & eidem
cellerarie assignatis pro nouorum fundatione claustralium
seu aliàs pro putantys legatis & alimentorum incrementis
annuersarijs, & alijs quibus cunq rebus & iuribus per eundem
cellerarium percipi & leuari solitis & consuetis, pro quibus
omnibus superius specificatis. prefatus Dnus cellerarius
& preceptor Ranuersi tenetur, & est efficaciter obligatus
omnibus & singulis religiosis claustralibus & alijs religiosis
officiarijs huius monasterij S. Antonij viennen libram reipi

entibus prouidere

entibus prouidere in victu et vestitu bene et decenter et prout hactenus obseruatum extitit in pnti monasterio ac secundum ordinationes antiquas et consuetudines ipsius monasterij videlicet ipsis religiosis Claustralibus et eorum cuilibet singulis diebus libram quotidianam consueti victus, tam in pane vino carnibus, piscibus, ouis, caseis et alijs pitantijs, potagijs salsamentis, alysq dari consuetis per totum anni ~~curr~~ circulum, sicuti est consuetum et cum omnibus augmentationibus de nouo factis, prout cauetur in diuersis libris correriæ ac in pluribus transactionibus lris et instrumentis sup his factis, item etiam pro vestiario singulis annis religiosis Claustralibus tantum tenetur dare et ministrare in vigilia oium sanctor octo ducatos auri seu eorum legitimum valorem Item pariter florenos S orum Antonij et Joannis singulis Claustralibus pro calceamentis dari solitos, vlterius etiam tenetur prouidere idem Dnus Cellerarius, et præceptor Ranuersi dictis fratribus claustralibus, et alijs libram recipientibus, prout cauetur in antiquis statutis, et hactenus obseruatum extitit toties quoties ipsos et eorum quemlibet contigerit infirmari aut alias necesse erit, de medico, chyrologo, Apothecario et medicinis necessarijs, necnon etiam ad causam præmissorum soluere debet eisdem medico et chyrologo stipendia eisdem dari solita. pariter etiam prouidebit ipsis claustralibus Religiosis infirmis duran eorum infirmitate de seruitoribus vel seruitricibus, quibus ipse soluet seu solui faciet salaria debita et consueta, necnon alia necessaria pro victu et necessitate dictorum infirmorum tenetur prouidere prout hactenus fuit obseruatum

Quod Cellerarius soluere het operi fabricæ monastij S. Antonij Annuam pensionem suam 141

Item pariter ipse Dns cellerarius et praeceptor Ranuersi soluere singulis annis pensionem annuam debitam, et etiam Auctte Aplica super fructibus dictae praeceptoriae constitutam operi fabricae pntis monasterij S. Antonij viennen pro manutenentia dictae fabricae, et hoc in festo Ascensionis Dni quo termino pensiones aliae ipsius Religionis persolui consueuerunt Decernen nihilominus omnes fructus dictarum cellerarariae et praeceptoriae Ranuersi pro praedicta pensione iuxta tenorem Bullae Aplicae efficaciter fuisse et esse obligatos

142 De Eleemosina quam praeceptor Ranuersi Cellerarius facere het oibus pauperibus venientibus ad quantitatem siliginis panis vocati vulgariter torta

Item ultra praemissa dixerunt et declararunt dicti Dni Abbas et Reformatores praedictum Dnum Cellerarium praeceptorem Ranuersi qui nunc est aut pro tempore fuerit Eleemosynam debitam et consuetam in hoc mosterio videlicet a festo oium sanctorum usq ad diem cinerum exclusiue alternatis diebus, et ab ipsa die cinerum usq ad quintam feriam maioris hebdomadae omnibus et singulis diebus et oibus pauperibus venientibus, ad quantitatem panis siliginis vocati vulgariter Torta. Sup hoc consuetum iuxta morem antiquum, et in ipso monasterio obseruari solitum et consuetum quolibet anno in perpetuum facere et face debere. Declaran scilr oia bona Cellerariae, et praeceptoriae praedictaq ad praedictam Eleemosinam faccen fore perpetuo efficaciter obligata

143 Quod Praeceptores Ranuersi Cellerarij antequam admittantur ad Exercitium cellerariae habent iurare et quomo

Item praefati Dni Abbas et Refortores statuerunt et ordinarunt iuxta consuetudinem super hoc obseruatam. quod

omnes

omnes & singuli cellerarij & præceptores Ranuersi, qui fuerint pro tempore in eorum acceptione possessionis, & antequam ad exercitium prædicti officij quomodolibet admittantur iurent & iurare teneantur, & debeat eid sancta Dei Euangelia se obseruare complere & integraliter attendere uniuersa & singula supradicta, Necnon obseruare eas transactiones & compositiones supradictas & laudabiles consuetudines seu obseruantias monasterij S. Antonij viennen statutag3 dicte Religionis & præsertim huius sacre Reformationis & alias dictarum cellerariæ & præceptoriæ onera debita supportare cum alijs clausulis & captis contentis in forma iuramenti Dñi moderni cellerarij & aliorum suorum predecessorum

Quod præceptor Ranuersi non debet primle regimen Cellerariæ committere laico sed Religioso, & quod correriüs & fornariüs iurent priori claustrali in capto conuentuali, in eorum assumptione 144

Item prafati Dñi Abbas & Refortores statuerunt & ordinarunt ut numquam de cetero dictus Cellerarius in hoc monasterio ad regimen & principalem administrationem ipsius cellerariæ committat seu instituat personas seculares ut euitentur murmurationes & iurgia q exinde sæpius oriri solent, & ut fraterna inuicem seu mutua dilectio obseruetur & nutriatur, sed committat & committere debeat ad regimen principale ipsius cellerariæ Religiosum unum vel plures ipsius ordinis sufficientes & discretos, alq3 idoneos prout eidem Dño Cellerario videbitur expedire, adyciendo ut ipse Dns cellerarius iuxta consuetudinem super hoc obseruatam non debeat instituere in conuentu correrium fincernam, nisi ipsis prius pntatis in capto conuentuali in quo pus tenebuntur iuramentum prestare iuxta

consuetudinem

consuetudinem super hoc obseruatam & simile iuramentum
fornerius in ipso conuentu prestare teneatur

145 De libra defuncti fris tribuenda pauperibus

Item voluerunt & ordinarunt pfati Dñi Abbas & Reformatores ipsius
monasterij constitutiones antiquas super hoc insequendo, vt libra
fris defuncti post nouem dies post ipsius obitum pauperibus integraliter
tribuatur iuxta consuetudinem super hoc obseruatam

146 De luminaribus & oleo prouiden p cellerarium

Item voluerunt & ordinarunt, vt prefatus cellerarius qui nunc
est & pro tempore fuerit omni excusatione cessante prouideat
indecenti luminario cere & olei in locis in quibus ad hoc tenetur
iuxta antiquas ordinationes & consuetudines, & precipue ante
Altare maius huius monasterij & in capella S. Brachij, & alijs
locis constitutis, ordinatis & consuetis, ita quod in premissis
defectus aliquis reperiri non possit, vt etiam infra declarabitur

147 Quod prouideat seruitoribus conuentus
& hospitalis, qui sunt vt sequitur

Item alijs seruitoribus conuentus & hospitalis vt medico Barbi-
tonsori, porterijs, mouilherijs & alijs prouideat ipse cellerarius
iuxta consuetudinem per hoc obseruatam, eisdem sua consulta
stipendia persoluendo

148 Quales esse debent Seruitores cellerarie

Item prouideat ipse Dñs cellerarius qui nunc est aut pro tem-
pore fuerit, vt seruitores honestos & pacificos quanto magis
poterit habeat in conuentu, vt non sint inflati seu elati contra
religiosos, non rixosi non verborum superbia aut procacitate
ipsis religiosis insistens seu resistens non clamoribus in conuentu
& presertim tempore prandij vel coene altercantes seu mur-
murantes vt in omnibus pax, honestudo & sanctimonia ob-
seruetur

149 Quod seruitores cellerarie pareant
mandatis prioris vel subprioris cum

mandant aliquem priuari libris suis

Item cum Dns prior Claustralis huius monasterij iuxta super hoc obseruatam consuetudinem aliquos religiosos libris sūis vel ip: sarum parte certis diebus, ob defectus ecclesiasticos priuare mandabit, prouideant ipsi officiary de conuentu, ad quorum premissa pertinent & spectant, & incontinenti cum vera & integra obedientia, iussu ipsius prioris claustralis vel subpri oris efficaciter pareant & intendant & si aliquis in pre: missis inobediens repertus fuerit taliter super hoc punietur, quod cedat ceteris in exemplum

De libro habendo in quo omnia scri 150
bentur quae facere haberet Dominus
cellerarius conuentui S Antonij

Item & cum ea quae tenebur facere ipse dnus Cellerarius claustralibus huius conuentus durante anni tempore secundum diuersitatem rerum & temporum sint descripta in pluribus & diuersis locis & dispersis vbi debuit in multis accordijs transactionibus, statutis & ordinatio nibus ipsius monasterij quia si omnia in uno & eodem libello seu libro autentico in simul descripta & adunata forent fortior esset notitia & clarior aptiorq rerum faciendarum & agendarum cognitio. securiorq iurium partium & dictarū obseruatio. voluerunt & statuerunt ipsati Dni Abbas & Reformatores vt infra unum annum proximum inter ipsum Dnum cellerarium seu procuratores suos & Dros conuentuales huius monasterij seu procuratores ipsius conuentus accordentur, arrestentur & concludantur
oria & singula

omnia & singula, atq; ipse Dnus cellerarius per eursum to-
tius anni tenetur ipsi conventui & fratribus con-
ventualibus eiusdem, & omnia sic concordata & conclusa
uno libro seu certa publica in forma authentica & proba-
toria describantur & inserantur ad futuram rei me-
moriam, & scripta predicta sigillo Dni Abbatis &
ipsius conventus & etiam Cellerarij ad firmitatem
perpetuam sigillentur & roborentur

SVPER STATVM INCOMMVNICON VENTVS HVIVS MONAS-

terij Sancti Antonij Viennensis

Cum D Abbas sit verus prælatus supprior ? superior ?
& caput conventus Dni de conventu in con-
stituend procuratoribus, dent recipere con-
51 sensum & auctoritatem ipsius Domini Abba
tis

Quanquam Dns Abbas huius monasterij S. Antonij vien
nensis sit verus prælatus superior & caput conventus istius
monasterij verum tamen Dns prior claustralis ipsius mo-
nasterij seu eius locum tenens, etiam in absentia pfati
Dni Abbatis cum officiarijs & alijs fratribus claustralibus
ipsius conventus seu monasterij consueuerunt diebus ad hoc
ordinatis & alias totiès quotiès eis expediens visum est
eorum conventuale capitulum tenere, ita in quod quandocunq

D Abbas

D. Abbas valt interesse in eodem caplo, hoc licite possit, tan
quam prælatus et caput, et cum pfati fratres conventuales heant
eorum mensam separatam a mensa Abbatiali et similiter eorum
Redditus pensiones et proventus separatos et divisos etiam a
redditibus, pensionibus proventionibus Abbatiæ prædictæ consueverunt
in ipsis eorum rebus et iuribus particularibus in prædicto conventuali
capitulo cum ipso priore Claustrali seu eius locum tenente inter se
ordinare, conferre disponere et tractare, Necnon pro prædictis eorum
redditibus iuribus proventibus et causis conventus communibus
per syndicum seu procuratorem agere seu defendere et in et pro
ipsis causis et negocijs Dnum vel plures procurem vel procures
constituere et creare ad certum tempus prout eis expediens
visum est pro tempore, Unde præfati Dni Abbas et Refortores
auctte Aplica Deputati attenden quod præfata consuetudo
non est dissona iuri communi, eandem non duxerunt impro=
bandam sed potius recipien, et acceptandam, Adyciend: tamen
et decernend, ut in tractandis, procurandis seu expediendis
causis magnis et arduis ipsius conventus, nec non etiam in cau=
sis communibus, inter ipsum Dnum Abbatem et conventum et in
procuratoribus pro præmissis constituendis seu creandis semp.
consensum et auctem Dni Abbatis q fuerit pro tempore, ipsi
Dni de conventu petere et requirere teneantur, et constitutio
dictorum procuratorum pro præmissis causis arduis et com-
munibus pertractand. seu expedien per ipsum Dnum Abbatem
et conventum coiter fiat ordinan nihilominus ut procura
tores negotiorum, rerum et iurium conventus numquam constitu=
antur ultra triennium, et sint tales procuratores de fribus
Claustralibus ipsius monasterij qui in fine eorum triennij sub
poena privationis suorum salariorum, et alia poena ad Dni
Abbatis

Abbatis arbitrium imponenda eorum computum & reliqua integraliter reddere teneantur, & in principio acceptionis dicti officij procurationis iuramentum in forma solitum in manibus ipsius Domini Abbatis vel prioris claustratis conventualiter prestare teneantur si tamen talis procurator seu procuratores in tantum essent idonei conventui quod pro longiori termino ipsius procurationis officij exercitium necessarium videretur possint ipsi Dni conventuales eorum officium ad maius tempus prorogare seu etiam continuare prout eis videbitur expedire inhibendo omnino ut ipsi procuratores quomodolibet aliquibus alienationibus consensum & auctem prestare valeant seu possint. Decernen irritum si quid in contrarium actum extitit

152 Quod in conventuali capto qn regula legitur & exponitur & monitiones & correctiones fiunt omnes Religiosi Claustrales & non claustrales interesse personaliter teneantur: sed qn alia negotia particularia conventus tractentur tunc solum Religiosi claustrales & officiarij interesse debent

Item licet quando conventuale captum singulis Hebdomadis diebus ad hoc ordinatis iuxta ordinationem super hoc in parte prima huius sacre reformationis superius factam, quando regula legitur & exponitur, necnon quando monitiones punitiones & correctiones fierent, omnes & singuli religiosi ipsius monasterij Claustrales & non claustrales, interesse personaliter teneantur & debeant, postea vero premissis peractis seu quando alia negotia particularia conventus tractabuntur vel in ipso conventuali capto seu alio loco super hoc ordinato vel ordinando solum interesse poterunt & debebunt officiarij & alij religiosi claustrales ipsius conventus nisi aliqui ibm vocarentur

seu retinerentur

seu retinerentur ex parte ipsorum Dnorum conuentualium sup: hoc requisiti

Quis habere poterit officia & Administrationes claustri & cameras in claustro 153

Item habet conuentus huius monasterij consuetudinem & tulem obseruantiam, qd nullus officia seu administraões claustri habere seu obtinere pot nisi sit claustralis & præbendatus in ipso monasterio, & similiter de cameris claustri quod soli claustrales illas habere possint. salua consuetudine præceptorum ordinis qui pro domibus suarum præceptoriarum mansiones et domos in claustro consueuerunt habere vel habebunt inposterum

De non arrendando fructus redditus & prouentus bnficiorum conuentus & cursus missarum 154

Item præfati D. Abbas & Resortores acute Aplica deputati hac in perpetuum valitura ordinatione statuerunt & ordinarunt ut numquam de cætero Dni conuentuales huius monasterij S. Antonij Viennen seu eorum procures fructus redditus & prouentus ipsius conuentus seu beneficiorum membrorum ipsi conuentui vnitorum & annexorum, minusue cursus missarum seu alios ipsius conuentus quosq; prouentus aliquibus personis arrendare seu ad firmam tradere ultra tres annos quouismodo valeant siue possint, Decernen ex nunc omnes contractus arrendationum seu firmarum in contrarium factos & fiendos irritos & inanes. Insequen super hoc tam iuris cois formam quam tenorem constitutionis f. R. Dni pauli ppæ II necnon istius ordinis salubria statuta

De Bedello & eius Officio

Item præfati Dni Abbas & Resortores Velen quod processiões quæ fiunt solennes & generales in pnti monasterio fiant 155

cum bona

cum bona deuotione & grauitate ac ordine debito. insequen
super hoc plurium & ecclesiarum tam secularium quam regularium
consuetudinem ordinarint quod de cetero sit & esse debeat
Dnus Bedellus qui sit clericus honesta persona, sciens legere, &
sufficienter scribere qui quidem bedellus debeat in omnibus
processionibus solennibus & generalibus q fient de cetero
in hoc presenti monasterio eundo per villam, ut moris est cum
cappis & sine cappis antecire lento passu & ordinato gradu
cum uirga argentea, diebus solennibus qn fiunt processiones
cum cappis, & alijs diebus sine cappis cum uirga lignea deputa
Item tenebitur singulis diebus quibus tenebitur captum con-
uentuale esse in ecclia maiori, & iuxta portam abextra re-
uestiarij ubi solet teneri dictum captum, & ibi stare quam diu
dictum captum tenebitur, & nichilominus vocatus per ipsos
Dnos captores & requisitus habebit redigere in scriptis, & in libro
capitulari describere deliberationes & prouisiones quas fieri
contingeret illa die in ipso capto, cum sufficienti narratione
ponendo annum & diem, & qui fuerint presentes. qui quidem
Bedellus pro laboribus suis ad eam missorum de orbis Distri-
butionibus quotidianis quas fieri & fieri consueuerint in
Ecclys dicti monasterij tam ad eam fundationis bm nri regis
quam als ad eam quorum cung anniuersariorum seu etiam
mortuariorum, & ponetur dictus Bedellus per dnum Abbatem in
capto conuentuali & de consensu Dnorum conuentualium ad bene-
placitum dictorum Dnorum Abbatis & conuentus, qui iurabit
in principio sui officij esse fidelis, & tenere secreta producta
deliberationes dictorum Dnorum Abbatis & conuentus

156 De offertorio seu pecunijs oblatis ubi
Religiosi Missas dicant. reponen ad
arcam coem & de diuisione faciendo &

quibus

quibus

Vlterius etiam dixerunt & declararunt, quod pecunie que dantur in presenti monasterio S. Antonij Brennensis, & in toto mandamento ville eiusdem S. Antonij pro missis dicendis, nec non etiam que offeruntur ~~pro~~ in missis que dicuntur quotidie in cappellis Ecclesiarum prefati monasterij per religiosos eiusdem iuxta consuetudinem hactenus laudabiliter in predicto monasterio observatam fidel. reponatur in arca communi missarum vulgariter nuncupatam sub poena periurij, ita quod nemini liceat dictas pecunias sibi appropriare quomodolibet nisi secundum tantum iuxta, quod in ordinationibus dicte arce scriptum reperietur, scilicet demum in fine cuiuslibet mensis diuidantur ut consuetum est inter religiosos huius monasterij tam claustrales quam alios qui iuraverunt dictas ordinacões observare, dum tamen in qualibet hebdomada ipsius mensis ter celebraverit missas in predicto monasterio Super his vero, que inferuntur in missis presbyterorum secularium in dictis Ecclesijs celebrantium stetur consuetudini videlicet quod spectent magistro capellas sicuti hactenus consuetum est

Ordinatio facta super oblationibus que fiunt in maioribus festiuitatibus inter conuentum & cellerarium 157

Super oblationibus autem q fiunt in magnis missis conuentualibus q celebrantur in Ecclesijs presentis monasterij voluerunt prefati Dni Abbas & Reformatores quod stetur ordinationi declarationi & compositioni super missis olim factis inter prefatos Dnos conuentuales ex una & Dnum cellerarium huius presentis monij ex altera partibus & per generale capitulum approbat & declarat quarum quidem ordinationum declarationum & compositionum tenor sequitur sub hac articulorum forma.

Et primo vt oes & quecunq; pecunie monetate cuiuscunq; qualitatis valoris vel signi existat, dum tamen non sit

aliarum

aurum, quæ offertur datur vel ponitur, et offeretur dabitur
vel ponetur ad dictum maius altare, in missarum celebratione
a principio offertorij cuiuscunq; missæ quæ ibidem celebratur vel
celebrabitur usq; ad Elevationem corporis christi inclusive, osculando manipulum vel non osculando sit et remaneat, ac esse ac
remanere debeat in pace et sine controversia pro conventu et
fratribus conventualibus quodq; illam possint libere capere
recipere et retinere absq; eo quod dñs cellerarius qui nunc est
aut pro tempore fuerit in ea habeat vel debeat quicquam petere.
retinere protendere vel exigere reclamare, item quod de quacunq; pecunia qualitate seu moneta auri q ad dictum altare
maius datur et dabitur, offertur et offeretur in primo miss.
sarum celebratione a principio offertorij usq ad Elevationem
corporis Xti inclusive sive osculando manipulum, sive alio
quomodocumq; dummodo ponatur super altare præditum, si
ponatur duntaxat unica petia auri, quæ dabitur offeretur
seu ponetur, illa sit et esse debeat pro conventu cuiuscunq; qualitatis vel valoris existat. si vero sint plures petiæ conventus
habeat et habere debeat de melioribus vel æqualibus, et residuum
sit, ac esse et remanere debeat pro officio cellerarie. Item quod si
contingat, per dños papam, imperatorem, vel reges quoscunq, seu
per dñas imperatrices, vel reginas quascunq, aut per quoslibet
seu quosvis dños duces aut principes, aut per quascunq dñas duciasas
vel alias dñas principissas de stirpe imperiali vel regali offerri
dari vel poni aurum seu argentum monetatum, aut utrumq; simul
ab offertorio missæ q ad dictum maius altare celebrabitur usq
ad elevationem corporis Xti inclusive de auro oblato seu posito
super altare si sint tres petiæ auri tantum conventus habeat
et habere debeat illas tres petias, si vero huiusmodi petiæ sint
maiori numero quam trinario, conventus recipiat et recipere

debeat

debeat tres petias de melioribus vel aqualibus, & residuum seu illud quod supererit de dicto auro, sit remanens & remanere debeat pro dicto officio cellerarie. Si autem pecunia argenti monetata q̃ per predictos vel eorum quemlibet seu eorum alterum offeretur vel ponetur seu mandabitur offerri aut poni super altare predictum, presentibus ibidem Dñis & Dnabus supra designatis, sicut offeratur per se sicut enim auro predicto illa integraliter pertinere debeat, & pertineat conuentui seu fratribus conuentualibus. Item quod a principio offertorij cuiuslibet misse q̃ celebrabitur ad dictum altare maius usq; ad Eleuationem corporis xpi inclusiue custodes altaris p̃dicti non debeant esse prope dictum altare, nec debeant dare cruem ad osculandum, sed debeant se tenere a longe. Item similiter declararunt & pronunciarunt quod Brasarius non debeat dare ad osculandum Brachium, durante interuallo seu tempore scilicet a principio offertorij misse celebrande usq; ad Eleuationem corporis xpi inclusiue. Item declararunt & pronunciarunt statuerunt & ordinarunt, quod a modo in antea super premissis nullum debeat esse debitum seu questio, inter predictos & successores eorum, sed premissa inconcusse & inuiolabiliter obseruetur. Alia vero quecunq; oblationes que fient ad maius altare, & ad S. Brachium sint & esse debeant & pertineant Dno cellerario, exceptis tn ornamentis, calicibus, alijsq; iocalibus tam auri quam argenti seu etiam gemmarum & lapidum pretiosorum, pannisq; aureis & sericeis, que ad altarium & Ecclesiarum pertinent ornamentum. Quis quidem ornamenta & alia supradicta & similia tam in ista fundationem officij cellerarie, quam consuetudinem & obseruantiam ipsius monasterij & ordinis pertinent & spectant, pertinere & spectare debent vniuersali religioni & communi ordinis eiusdem

ordo & modus

Ordo et modus qui seruari debent quotiescunq contingat Religiosum claustralem et non claustralem mori in S. Antonio

Item praefati Dni Abbas et Refortores ordinarunt et statuerunt quod quotiescunq contingat aliquomodo religiosum claustralem vel officiarium huius pntis monasterij S. Antonij viennens. mori in pnti monasterio vel in toto mandamento S. Antonij circa sepulturam talis ordo et modus obseruetur inhaeren consuetudini et obseruantiae huius monasterij inprimis quod camerarius ipsius monasterij teneatur corpus ipsius religiosi defuncti lauare et demum induere camisia alba veste chalamide cum potentia ac caputio induto, Neinon etiam calciare caligis albis, et sotularibus de vasana alba et etiam manibus indutis iuxta consuetudinem et sic indutum reponere in medio domus honeste super feretrum et si possibile est, ibidem antequam sepeliatur dicatur per quatuor aut sex religiosos psalterium, dum autem aduenerit hora sepeliendi, pulsentur campanae more solito, et vadat conuentus processionalr cum sacerdote ministris Altaris et cantoribus, ac etiam magna cruce, candelabre et thuribulo argenteis ad quaerendum dictum corpus et arrepto feretro per quatuor religiosos ipsius monasterij deferatur ad Ecclesiam, et deposito feretro in medio chori cum debito et consueto luminari dicatur missa solennis de mortuis si temporis opportunitas adsit in magno Altari cum cantoribus et prosa. Alioqn in crastinum dicatur dicta missa, fiantq exequiae consuetae cum tribus Responsorijs ut moris est quo facto processionaliter deferatur corpus ad tumulum seu fossam, et ibi dictis et decantatis certis psalmis iuxta ordinationem curiae Romanae camerarius cum alijs religiosis propinquioribus capiant corpus et ipsum tradant magnis herijs infra tumulum existentibus qui dictum corpus cum bona grauitate tradant sepulturae et demum praesbyter aliquantulum

terrae

terræ cum instrumento ad hoc ordinato proyciat infra foueam seu tumulum postea vero magnilherij totum tumulum impleant terra et tumulent quo facto recedat conuentus processionaliter ad reuestiarium catando Responsorium Memento ut est consuetum et eadem die si fieri posset, aut alias in crastinum cantentur vigiliæ et vesperæ mortuorum in choro cum nouem lectionibus, et post nouem dies immete sequentes ilico post missam primæ ministri Altaris cum cruce et cereis accensis una cum conuentu processionaliter accedant supra tumulum ipsius fratris defuncti, et ibi decantent unum Responsorium de mortuis faciantq absolutionem aquæ aspersione, ut moris est, Declaran nihilominus præmissa omnia cum maiori solennitate et maioribus ceremonijs fiant et seruari debeant in sepultura et depositione Dnorum Abbatum huius præsentis monasterij Adycien quod ipse Dnus Abbas defunctus induatur vestibus pontificalibus in alijs vero religiosis non claustralibus decedentibus in pnti monasterio ordinarunt pfati Dni Abbas et Refortores quod similiter ipse camerarius teneatur ipsos præparare et induere sicut alios claustrales, de quibus etiam ipse debeat habere iura sua sicut infra dicetur et in sepeliendo ipsos seruentur oia præmissa, excepto quod non est consuetum dicere officium mortuorum in nota nisi sit claustralis aut officiarius claustri, seu de maioribus præceptoribus, et ita declararunt et statuerunt pfati Dni Abbas et Refortores perpetuo obseruandum

Quod fundationes tam missarum quam Aniuersariorum et oia bona ad cam pmissarum data et concessa debent pertinere conuentui monasterij S Antonij 159

pariter præfati Dni Abbas et Reformatores dixerunt et auctle huius sacræ reformationis declararunt quod oes fundationes tam missarum quam etiam anniuersariorum in pnti monrio hactenus et per quoscunq factæ et ordinatæ aut in posterum

ficendæ et

fiendæ et ordinandæ et omnia bona et caussæ præmissorum data et concessa vel in posterum danda et concedenda sint et esse debeant, spectentq; et spectare debeant et pertineant conventui huius monasterij S. Antonij viennens: prout hactenus observatum extitit, et quod ad eam præmissorum ipse conventus possit et valeat acquirere quoscunq; redditus, iurisdictiones pensiones, et alia bona quæcunq; et illa in dicti conventus utilitatem et augmentum convertere, attento maxime quod ipsi de conventu consuerunt talia onera, missas anniversaria et talia facere et adimplere servitia divina, et obsequia sustinere et per seipsos ministrare pariter etiam ad ipsum conventum pertinet et expectant lecti quoruncunq; capitum Domorum decedentium in præsenti villa et parochia S. Antonij viennens: prout consuetum est

160 Quod tempore pestis Religiosi fugere pnt a Scto Antonio et quo et qualiter et quæ ipsi facere habent, et quod Respondebitur eis per cellerarium aut locum tenente

Item cum secundum traditionem sanctorum patrum ubi non est necessitas standi, permissum est Religiosis pestem fugere et exemplo Christi q abscondit se et exivit de templo, et Aplus in charitate perfectus p murum submissus fuit in sporta, et nobis secundum Aplum et patrem nrum Augustinum in nra Regula, sit nobis corporis et sanitatis nostræ cura permissa cum nemo carnem suam odio habeat statuerunt et ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores aucte Aplica et præsenti salubri reformatione, quod si contingat religiosos et claustrales huius monasterij propter pestem monasterium absentare ne vagi discoli et soli extra loca religionis discurrere debeant, et teneantur in locis et domibus religionis se retrahere, sicut in Marianio in locis montaneæ de motheto curia sancti Marcellini Diorarij, et alijs locis circum vicinis non distantibus

non distantibus a dicto monasterio ultra tres leucas, prout ipsa loca fuerint eisdem assignata per dnum priorem, qui ipsis religiosis et praesertim iuuenibus assignabit loca, in quibus habebunt se retrahere tempore dictae pestis, et in dictis locis, eisdem sic per Dnum priorem assignatis habebunt et percipient eorum libras, ac si praesentes essent et eo casu correrius, et alij officiarij cellerariae tenebuntur eos librare, ac si praesentes forent Adycien quod cum libra et beneficium detur propter officium ut Religiosi sic absentes otium euitent et Deo gratum ubiq famulatim impendant, ubi erunt sex in simul congregati tenentur dicere horas canonicas si commode fieri possit et loci habilitas hoc patiatur, aut saltem officium missae et vesperarum. et ubi erunt tres vel quatuor saltem vnam missam, et praecipue in locis ipsis de marnanco et de Montanea, et ne dictum monasterium propter talium absen: nimium patiatur detrimentum, et ut alij inducantur et animentur ad residendum, Ordinarunt quod oes illi qui in monasterio residebunt, et propter pestem locum deserere non habebunt, habeant et percipiant libras videlicet de illis libris quas in absentia claustralium alij non claustrales tenent et percipiunt, et alias Distributiones quotidianas et defectus cursus missarum posito quod non sint claustrales cum tales sustinuerint pondus et aestum diei, et onera sustineant quotidiana, ex quo ab Emolumentis secludi non debent, declarando quod Religiosi, qui vltra tres leucas monasterium absentabunt, aut soli vagando et inhoneste extra domos Religionis per priorem eisdem assignatas voluerint pro libito tanquam vagi residere, non percipiant eorum libras, sed tales libra distribuantur Religiosis residentibus in Monrio libram non habentibus

Quod absentes pro negotijs coibus conuentus et Religionis reputentur pntes 161

Item

Item et cum iuris cois dispositione absentem pro negotijs coibus conuentus et Religionis reputentur præsentes, et nemini officium debeat esse damnosum insequendo Iuris communis dispositionem et obseruantiam Communem, hactenus in isto monasterio obseruari solit ordinarunt dicti Dni Abbas et Refortores quod tales Religiosi non perdant eorum libras sed eas percipiant per religiosos siquos habeant in eorum cameris, qui loco ipsorum in diuinis deseruiant et dictam libram recipiant illico a die recessus usq ad diem regressus absq aliqua vacatione. Si vero religiosos non habeant assignetur per dnum Abbatem dicta libra alicui Religioso qui loco absen: in eius camera modo præmisso dictam libram accipiet et ne causam prædictæ absentiæ tales religiosi possint ptendere officiarij cellerariæ propter quod retinere vellent eius libram illis tribus primis diebus eius Absentiæ, et ut talis eisdem submoueatur ignorantia, Dns prior certificet et notificet per eius seruitorem officiarijs dictæ cellerariæ, quomodo talis religiosus est absens pro negotijs conuentus et Religionis

162 De officio Sacristæ maioris

Insuper pfati Dni Abbas et Reformatores attenden quod inter coetera officia claustralia, quæ in hoc monasterio a fundatione ipsius sunt instituta et ordinata est officium sacristiæ maioris istius monrij Ad cuius curam de iure spectat et pertinet custodia sacrorum vasorum, vestimentorum ecclesiasticorum ac aliorum Ecclie ornamentorum at in consilio toletano hactenus ordinatum extitit. Igitur præfati Dni Abbas et Refortores tam auctte iuris quam huius salutiferæ Refortionis insequendo statuta huius monasterij et antiquam consuetudinem, ordinarunt et statuerunt, quod in hoc monasterio S. Antonij viennens. sit et esse debeat perpetuo officium Sacristiæ Ecclesiæ maioris pfati monasterij et unus sacrista, qui officum dictum regat

dictum regat et exponat, qui ex officio debeat bene et fideliter custodire oia sacra vasa seu reliquiaria aut etiam Jocalia mitram grossam et alia pontificialia q̄ sunt et seruari consueuerunt in magno Armario reuestiarij dicti Ecclie quam etiam in armarijs ipsius Reuestiarij Item etiam illa quae sunt in Armario Vinagij et etiam illa quae sunt in partica tendenti ante altare maius pariter etiam teneantur bene et condecenter custodire custodire et seruare oia vestimenta ecclie, siue sint cappae casulae et alia vestimenta diaconi et subdiaconi cum suis ornamentis stolis et manipulis albis et amictibus, nec non Requetis et supplicijs, illa videlicet quae etiam consueuerunt seruari et reponi in vestiario ipsius Ecclie, vna etiam cum omnibus pannis aureis et sericeis toalijs et alijs ornamentis spectantibus ad magni Altaris seruitium. veterius etiam habere debet custodiam et curam omnium librorum pro seruitio magni Altaris et chori ita videlicet quod debeat eos fideliter custodire et seruare, et in omnibus p̄missis debet habere curam peruigilem, ut nihil de praedictis culpa sui perdatur vel deterioretur, et nihilominus p̄missa habebit per se vel alium religiosum sufficientem et Idoneum dum et quando expediens fuerit tam in Missis quam in alijs diuinis officijs in Monasterio celebrandis. ac etiam in processionibus fiendis secundum dierum et solennitatum diferentias praeparare et ministrare bene et condecenter et prout superius in processionibus respectu capparum extitit ordinatum, et quia praemissa oia siue sint iocalia cruces calices et alia vasa sacra, cappae casulae et coetera indumenta siue paramenta Ecclesiastica libri etiam ipsius Ecclesiae quam plurimum propter quotidianum usum magnis indigent reparationibus, idcirco ordinauerunt praefati Dni Abbas et Reformatores, quod ipse sacrista seu eius

crista seu eius religiosus ad praemissa deputatus, ea quae repa
ratione indigebunt teneatur ea debeat tradere et exhibere in
manibus illorum qui ad hoc per operarium ipsius monasterij
fuerint pro tempore deputati, videlicet vocalia aurifabro vesti
menta sartori, et libros veligatori. qui praemissa sibi tradita
reparare debebunt, et idem operarius eisdem providere tenebitur
in necessarijs, et soluere stipendia et salaria ad causam praemisso
rum eisdem debita, excepto quod tantum aurifabro habebit sol:
uere pro labore et factura illud quod fuerit raois, et ipse sacrista
de argento providere, de illo videlicet quod in capitis generalibus
sibi in custodiam dabitur, nec alias ipse sacrista ad aliquas
reparationes circa praemissa faciendas teneatur, sed ipse
operarius, pro quibus faciendis, eidem operario fuit assignata
summa centum florenorum moneta sup fundationem Dni nri
Regis

163

Quod Sacrista singulis annis in capitulo generali teneatur reddere inuentarium de vocalibus vestimentis et libris sub eius custodia existentibus

Ordinauerunt praeterea praefati Dni Abbas et Reformatores
quod ipse sacrista teneatur singulis annis in capitulo generali
reddere Inuentarium de omnibus praemissis, videlicet vocalibus
vestimentis, et libris sub eius custodia existentibus. et hoc sub
poena suspensionis a suo praedicto officio sacristia, et siquid
eius culpa perditum seu ablatum fuerit, teneatur emendare
resarcire suis sumptibus et expensis, et ut facilius valeat dictum
inuentarium singulis annis reddere, inhibetur omnibus et
singulis Religiosis Suius religionis, ne ipsi propria auctoritate
praesumant dicta vocalia, vestimenta et libros supra expressos
extra dictam Ecclesiam extrahere seu importare absq licentia
et voluntate

et voluntate dicti sacristæ, et hoc sub poena excōis, nec etiam ipse sacrista sub simili poena præsumat ipsa Jocalia vestimenta et libros aliquibus extra Ecclesiam præfatam maxime pro rebus illicitis et inhonestis præstare, prout superius per acta humoi Refortionis inhibitum extitit

Quando Sacrista tenebitur per se vel alium parare Altare maius cum reliqis 164

Item tenebitur ipse sacrista per se vel alium parare altare maius cum ipsis reliquijs diebus solennibus illis præcipue quibus Dns Abbas consueuit facere officium et alijs diebus consuetis, tenebiturq etiam mundare, seu etiam scopare Reuestiarium et chorum illis diebus de quibus supra ordinatum est

Quod ad Sacristam pertinent oīa Emolumenta et oblationes, q offeruntur ad vinagium tam in auro quam argento monetato 165

Item declararunt præfati Dni Abbas et Reformatores quod ad ipsum sacristam spectant et pertinent oīa Emolumenta et oblationes tam in auro quam argento monetato, quæ offeruntur atq adueniunt ad vinagium et ipsas Reliquias, et ne in pmissis possit notari aliqua Ambitio seu auaritia, ordinarunt pfati Dni Abbas et Reformatores quod ipse sacrista per se nei per alium non debeat aliquomodo inuitare peregrinos ad recipiendum vinagium nec ad visitandum reliquias antequam dicti peregrini suas oblationes ante Altare maius et sanctum Brachium fecerint, nec etiam indifferenter omnibus peregrinis ostendat ipsas reliquias nisi personis honestis et per easdem requisitus. caneat etiam ipse sacrista, ne ostendendo dictas reliquias aliqua verba proferat per se nei per alium per q ipsi peregrini inducantur. ad offerendum ibidem illa forte q ex voto ad Altare maius offerre disposuerint et pro præmissis faciendis

missis faciendis exercendis administrandis poterit ipse sacrista
ne ostendendo dictas reliquias aliquid verba proferat per se
nec per alium per quæ ipsi peregrini inducantur ad offeren:
dum eidem illa forte q ex voto ad altare maius offerre dis:
posuerunt & pro p missis faciendis exercendis administrandis
poterit ipse sacrista potest ipse sacrista tenere vnum religi
osum huius ordinis ad hoc sufficientem & idoneum qui pra:
missa via & singula loco ipsius sacristæ facere & exercere pos
& valeat, & nihilominus singulis diebus post completorium
claudere teneatur presbyterium & chorum ipsius Ecclesiæ
ipsumq; chorum & totam dictam Ecclesiam ut consuetum est:
qui quidem Religiosus teneatur dormire in dicta Ecclesia
in camera quæ est super dictum Reuestiarium & per hoc tamen
non intendunt dicti Dñi Abbas & Reformatores in aliquo
exonerare dictum sacristam quin ipse semper teneatur de
culpa sui Religiosi, & si culpa eiusdem aliquid perderetur
ex hoc quoq; ipse sacrista inter alia gaudet priuilegio &
libra sua nunquam vacat, nec per alium extra domum suam
recipitur Jam ipse semper & quocunq; tempore tenetur habere
unum Religiosum qui pra missa faciat & exerceat loco ip:
sius sacristæ teneatur etiam ipse sacrista ad eam pra
missorum facere unum O iuxta pitantiam tobi conuentui
in quadragesima de piscibus & vino cum salsa debita ut
consuetum est & etiam dnam Collationem vocatam O in
aduentu. De Officio sacristæ B. Mariæ

166 Et quia similiter in Ecclia B. Mariæ huius prtis Mon^ri
est & esse perpetuo consuevit, vnus alius sacrista qui eodem
modo habet custodiam & curam omnium sacrorum vasorum
vestimentorum & librorum ipsius Ecclie. Ordinarunt pfati
Dñi Abbas

Dni Abbas et Reformatores quod ipse sacrista B. Mariæ eo-
modo quo superdictum est de sacrista maiore teneatur et debe:
at custodire et conseruare pparare et ministrare oia tam vasa
sacra quam vestimenta et libros ipsius Ecclie B. Mariæ modis et
formis præspecificatis, De officio Sacristæ maioris, et eodem modo
etiam tradere ipsa ad reparandum, deputatis per operarium
tenebitur, dum et quando reparationes aliquæ erunt necessariæ
quibus similiter ipse operarius ut supradictum est tenebitur
prouidere et soluere stipendia et mercedem pro ipsis reparationi=
bus, et sic deinceps ipse sacrista non tenebitur aliquas repa:
rationes raõe præmissorum facere attento quod ipsi operario
ad causam præmissorum fuerint assignati centum floreni
singulis annis de fundatione Dni nri Regis

De Inuentario quod habet facere sacrista Ecclie B. Mariæ sup sibi commissis 167

Et pariter tenebitur ipse sacrista B. Mariæ reddere inuen:
tarium de omnibus ornamentis vocalibus vestimentis et libris ip:
sius ecclie sub eius custodia existentibus, et si quid similr fuerit
eius culpa perditum tenebitur ad restitutionem prout de sacrista
maiore dictum extitit, et exinde ad ipsum sacristam B. Mariæ
spectant et pertinent omnes oblationes quæ prouenerunt ad dictam
Ecclesiam, tam ad causam capitis Bta felicitatis cuius reliquiæ sunt
in dicta Ecclesia, quam alias quomodolibet, exceptis tamen obla
tionibus quæ fiunt in missis, in quibus habent locum illa, quæ
superius dicta sunt de oblationibus quæ fiunt in missis conuentu-
alibus, et in missis quæ quotidie celebrantur in capellis eccle:
siarum ipsius monasterij, item pariter pecipiat oes oblationes
quæ fiunt et fieri consueuerunt in die Ascensionis Dni du:
rante magna missa quæ ibidem celebrari consueuit videlicet
ad capsam vel scrinium gloriosissimi patris nri Antonij, quæ
in dicta Ecclesia durante magna Missa conseruatur, verum
prætextu dictarum oblationum tenetur idem sacrista tenere
dictam

dictam Ecclesiam illuminatam de cera tantum prout consuetum est, et prouidere de candelis ceræ, in Matutinis Missis et completorio dum et quando est necesse et nihilominus scopare et mundare dictam Ecclesiam certis diebus prout superdictum est, et pro præmissis faciendis et exercendis potest ipse sacrista B. Mariæ tenere unum Religiosum. aptum et sufficientem, nec unquam eius libra vacat sicut supradictum est de sacrista maiore, et quandocunque contingit fieri aliquas distributiones in dicta Ecclesia B. Mariæ ad manipulum in Missis vel sepulturis defunctorum ipse sacrista debeat habere duplicem libram, ut consuetum est et etiam quando ipse dicit Missam in magno Altari ipsius Ecclesiæ diebus solennibus Nam tunc ipse sacrista solus recipit oblationes sicut D. Abbas recipit ibidem dum ipse dicit missam, et pariter in magna Ecclesia item pariter recipere consueuit ipse sacrista luminaria ceræ quando in dicta Ecclesia vel coemeterio eidem contiguo aliquis secularis vel infirmus hospital sepeliatur et hoc quando conuentus ibidem non existit

68 De numero religiosorum qui debent esse pro Ecclesia B. Mariæ in qua Sacrista erit maior et Superior

Item præfati Dni Abbas et Refortores volentes quod in dicta Ecclesia B. Mariæ officium diuinum deuotissime celebretur et ad dei laudem et ipsius virginis gloriosæ honorem. ordinan quod in ipsa Ecclia sint et esse debeant continue duodecim Religiosi huius monasterij ad diuinum officium ibidem celebrandum ad ordinationem Dni Abbatis vel prioris claustralis pntis monasterij Necnon duo nouitij siue clericuli dum tamen sit copia nouitiorum in dicto monasterio quorum omnium ipse sacrista sit principalis et maior et qui habebit ordinare in seruitio diuino dictam Ecclam et religiosos ibidem deseruientes et ipsi religiosi eidem sacristæ in his quæ concernunt diuinum officium obedire teneantur

poterit ipse

poterit ipse Sacrista eosdem religiosos in premissis delinquen
tes et non prioris claustralis punire et corrigere prout supra
ordinatum est, declararunt etiam prefati Dni Abbas et Refortores
quod dictus Sacrista possit et valeat providere officijs manibe:
riorum in dicta Ecclesia dum et quando dicta officia facere
contigerit prout hactenus sui predecessores providere consueverunt

Quomodo Religiosi in Ecclesia B. Marie debeant se in omnibus regulare Ecclesie maiori monasterij et qs singulis septimanis facere debeant pro mortuis supra eorum Sepulchra 169

Edita sunt preterea prefati Dni Abbas et Refortores quod reli.
giosi in dicta Eccla bte Marie deservientes debeant se in oibus
regulare in divino servitio Eccle maiori huius monasterij et tene:
antur dicere officium nocturnum pariter et diurnum in
ipsa Eccla sicut dicitur in ipsa Eccla maiori. et singulis diebus
lune et alijs diebus quando fit processio pro mortuis teneantur
ipsi religiosi accedere ad illam partem extra Eccliam p dictam
in qua dopni ipsius Eccle describentur esse sepulti, et ibidem
supra eorum sepultura duo aut tria Responsoria, cum debitis o:
rationibus decantare et hoc inhibent prefati Dni Abbas et Refor:
tores ne aliqui religiosi huius monasterij presumant de cetero
ponere fimum aut alicuias immunditias infra se contra murum
ipsius Eccle, ubi comperiuntur esse monumenta pdictorum Dnorum
quondam Hospitalis huius monasterij, et hoc sub poena superius
in simili prohibitione contenta

Quod cura Hospitalis det remanere Unita Sacristie B. Marie ita quod sacrista esse debet curatus Hospitalis 170

Item qui Capella magni Hospitalis pntis monasterij S. Antonij
Viennens. fundata sub vocabulo B. Catharine fuit et est annexa
Eccle eidem officio Sacristie B. Marie canonice unita, et
rector ipsius cappelle sit et esse consueuit curatus prefati
Hospitalis, ordinarunt et statuerunt prefati Dni Abbas et Re:
formatores

formatores quod ipsa curia hospitalis remaneat perpetuo unita dicto officio sacristie Eccle B Marie, ita quod quicunq; sit sacrista Eccle predicte sit et esse debeat curatus predicti hospitalis et ad ipsum sacristam, siue curatum pertineat et spectet cura p dicti hospitalis. videlicet audire confessiones quorumcunq; infirmorum et infirmarum tam magni hospitalis quam recentis. Necnon etiam infirmorum in claustro commorantium eisq; sacramenta Ecclesiastica ministrare tam in sanitate quam etiam in infirmitate ratione cuius dicti infirmi vtriusq; sexus tenentur et de cetero tenebuntur ydem, eidem curato, a quo recipiunt Ecclesiastica sacramenta, offerre iuxta facultatem suam diebus solennibus, quibus ipse curatus vel eius vicarius tenebitur vbm missam celebrare, iuxta consuetudinem hactenus obseruatam, Ad ipsum expectant et pertinent eis oblationes, que proueniunt ad dictam capellam bte catharine ratione reliquiarum ibidem existentium et idem de alijs capellis in dicto hospitali existentibus

171 Quod cura capelle B: catharine cum Reliquiarum ipsius capelle ad sacristam B: Marie, qui est curatus hospitalis, pertinet

Item ordinarunt et statuerunt, quod ad ipsum sacristam et curatum spectet et pertineat cura et custodia cum reliquiarum ornamentorum et librorum dicte capelle, et quod nullus absq; eius licentia presumat aliqua de predictis extra dictam capellam extrahere, et in hoc seruitores ipsius capelle, in quibus et curia premissa tenentur obedire eidem curato, q semper debeat habere unam clauem de dicta capella, et possit compellere dictos seruitores ipsius capelle ad reddendum inuentarium de bonis ipsius capelle saltem semel in anno sicut consuetum est fieri de alijs ornamentis Ecclesiarum huius monasterij, item quod nullus presumat dare licentiam ponendi aliquas arcas seu cofretas infra dictam capellam

hinc sedue vsque

scitu et volte dicti curati, item quod dictus curatus in oibus et per omnia recipiat duplicem libram de oibus q librantur in dicto hospitali sicut hactenus observatum est

Super Officio operariae huius monasterij 172

Item praefati Dni Abbas et Reformator. Attenden quod promiscuis actibus rerum non debent turbari officia quodq sacri canones salubriter sanxerunt ut singula officia singulis personis sint committenda, et ideo feli: Record: D. urbanus pap. V. in pnti monasterio perpetuum offium operariae creavit et ordinavit cui quidem officio praeceptoriam gnralem domus et Balluviae S. Antonij Vapinen: ex certa scientia cum omnibus iuribus suis et pertinentijs canonice uniuit annexuit, et incorporavit statuens quod ipse operarius, qui dicto officio pro tempore pfuerit Ecclesiam claustrum, et oes alias officinas ad conventum pntis monasterij pertinent: necnon etiam hospitale eiusdem sumptibus dicti officij, manu tenere, conservare, et prout expediens fuerit reparare ac meliorare perpetuis temporibus deberet et efficaciter teneretur etsi opus foret et redditus et proventus supessent concilio et mandato Dnorum Abbatis et conventus perpetuis temporibus praedicta etiam ampliare teneretur cui operario pro se et uno familiari suo expensas victus duntaxat in conventu praedicto perpetuo assignamus. et nihilominus de proventibus dicti officij et praeceptoriae, als pro suis et aliorum familiarium suorum necessitatibus supportandis, centum et quinquaginta floren auri annis singulis eidem operario assignavit et ordinavit. statuens pterea idem D. urbanus quod ipse operarius de residuo ipsorum redditivum et proventivum teneatur onera tam collectarum quam impositionum quae pro tempore dictas operariam et praeceptoriam contingerent supportare. Necnon etiam Eccias domosq dictae praeceptoriae q multipliciter diebantur elapsae teneretur et deberet reparare

et totum

et totum residuum ipsorum redditiuum et prouentiuum, et oia alia bona, q humoi officio fabricae in futurum a chri fidelibus largirentur in reparationem Eccae et fabricam claustri et officinarum ipsius conuentus teneretur et deberet fideliter conuertere et singulis annis de receptis et expensis per eum praedicto tempore reddere raoem prout latius in bulla pfati Dni Vrbani super fundatioe dicti officij continetur et quia super dicta fundatioe quam plurimae ex post ortae sunt quaestiones, dubia et controuersiae cupientes ijdem Dni Abbas et Reformatores in octbus salubriter prouidere, et oia sub claro reponere, ut deinceps operarius circa pdictum officium suum in psenti monasterio debitum, non grauetur idcirco pfati Dni Abbas et Reformatores auctte Aplica eis in hac parte commissa ordinarunt in hunc qui sequitur modum

In primis quod in praesenti Monasterio perpetuo sit et esse debeat operarius q officium operis fabricae in ipso monasterio exercere regere et gubernare habeat fructus et prouentus eiusdem recipiat et qui tam pro se quam pro vno familiari suo pro victu recipere debeat integram libram victus claustralis dicti monasterij dari solitam, et per operarios recipi consuetam quae libra numquam vacare debeat in absentia dicti operarij prout hactenus obseruatum extitit Necnon praeceptoriam generalem domus S. Antonij Vapinci eidem officio canonice unitam tam in spiritualibus quam temporalibus regere Gubernare et administrare debeat cum omnibus suis iuribus membris et pertinentijs quibuscunq fructus redditus, prouentus et emolumenta eiusdem praeceptoriae percipiat et recipiat tanquam operarius, praeceptor et administrator eiusdem. ita quod quicunq sit operarius in isto monasterio sit praeceptor praeceptoriae dictae gnralis Vapinci, et quicunq fuerit praeceptor eiusdem praeceptoriae sit et esse debeat operarius pntis monasterij iuxta mentem dictae unionis ut supradictum et constat quod ipse operarius supportatis oneribus dictae praeceptoriae, solutisq pensionibus

ordinarijs

ordinarijs eiusdem, et factis debitis reparationibus, nec non deductis centum et quinquaginta florenis auri pro suis et familiarium suorum necessitatibus, eidem operario singulis annis super prouentibus ipsius praeceptoriae assignatis, totum residuum tenetur fideliter in reparationem et fabricam ipsius Monasterij conuertere, ut dictum est. fructus quoque et prouentus dictae praeceptoriae suae coiter ad summam octingentorum florenorum monetae currentis vel circa singulis annis, tantum ascendere consueuerunt prout de praemissis debite praefati Dni Abbas et Reformatores fuerunt informati, et dicta onera ordinaria eiusdem praeceptoriae singulis annis ad summam quadringentorum floren eiusdem monetae coiter ascendunt, igitur praefati Dni Abbas et Reformatores attentis praemissis, volen utrique tam fabricae quam praeceptoriae praedictis debite prouidere: statuerunt decreuerunt et acute Applica, et huius sacrae Reformationis perpetuo inuiolabiliter ordinarunt, absque tn praeiudicio vnionis et incorporationis praedictarum videlicet quod ipse operarius et praeceptor praedictus qui nunc est et pro tempore fuerit, teneatur et debeat, sitque efficaciter obligatus et astrictus de fructibus, redditibus, prouentibus viagijs, quaestis et Emolumentis quibuscunque dictae praeceptoriae vapinci, inprimis, et ante oia, dare tradere ac contribuere, ac etiam realiter soluere singulis annis fabricae huius pntis Monasterij summam videlicet quadringentorum florenorum paruae monetae nunc currentis quamquidem summam ipse operarius fideliter et omnino teneatur et debeat implicare conuertere et exponere realiter et cum effectu pro reparatione manutentione, conseruatione et melioratione Ecclesiarum Claustri et officinarum conuentus eiusdem Monasterij ac etiam hospitalis eiusdem, aut als pro rebus et negotijs inferius specificandis, et ad mandatum et voltem Dnorum Abbatis et conuentus. De residuo vero dictorum fructuum, prouentuum et Emolumentorum ipsius praeceptoriae vapincij teneatur et debeat

ipse operarius et praeceptor in dicta praeceptoria Vapinci
facere fieri seruitium diuinum debite et condecenter teneq ibm
religiosos vsq ad numerum inferius in statutis huius sacrae
Reformationis designatum et eisdem prouidere in victu et vestitu
iuxta religionis statuta et consuetudinem. Nec non etiam alia onera
eidem praeceptoriae pro tempore incumbentia supportare tam ordina-
ria quam extraordinaria consueta et non consueta, pensiones Dno
Abbati et hospitali debitas et consuetas persoluere iura ipsius praecep:
toriae tueri et defendere, quoscunq etiam processus prosequi, debitasq
reparationes tam in Eccijs dictae praeceptoriae quam etiam in domibus
terris et possessionibus eiusdem praeceptoriae oio facere tenebitur, ubi
autem propter incendium, vel casu fortuito, et grauissimo domus prae:
dictae oio essent destructae, in eum casum habebit ipsa religio respec:
tum et residuum quod supererit de fructibus dictae praeceptoriae solutis
tamen dictis quadringentis florenis ipsi fabricae, nec non supportatis
praedictis oneribus habebit ipse operarius et praeceptor pro adminis:
tratione et exercitio praeceptoriae et officij praedictorum et alias
pro suis et familiarium suorum necessitatibus supportandis iuxta
tenorem supradictae Bullae D. vrbani, et de dicto residuo ipse
operarius et praeceptor oio contentus erit, absq eo quod possit ali
quomodo diminuere summam praedictorum quadringentorum
florenorum monetae praedictae quin omnino ipsa fabrica percipiat
et percipere debeat singulis annis sup fructibus dictae praecepto:
riae Vapinci integre et absq aliqua diminutione eandem sum
mam quadringentorum florenorum supradictam ipse operarius
qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur et debeat vt dictum
est bene et fideliter conuertere ad opus et vtilitatem fabricae
praedictae et exinde singulis annis in cuplo generali de ipsa
summa quadringentorum florenorum saepedicta, qualiter
fuerit pro fabrica ipsius ~~ipsius~~ monasterij exposita vna cum
alijs dictae

dicte fabrice fructibus et prouentibus vniuersis bonam et legalem
racoem reddere et soi sub poena excoicacois et alia poena operario
ad arbitrium Dnorum Abbatis et capli generalis imponenda.
Adycien praterea quod de dicta summa quadringentorum flore:
norum ipse operarius aut sui successores nullam possint petere
diminutionem nec graciam pro quacung caa exceptis tamen
in casibus superdictis, videlicet si propter incendium quod absit
vel alium casum fortuitum, altera ex domibus ipsius preceptorie
totaliter destrueretur; Veg diminutis aliqua in perpetuum quo=
cung tempore ex aliqua alia caa eidem aut suis successoribus
fieri possit, decernen Nihilominus quod si operarius et preceptor
Sapinii predictus qui fuerit pro tempore a solutione sup dicte
summa quadringentorum florenorum ipsi fabrice annis singulis
applicandorum cessare aut contradicere presumpserit aut sua com=
puta reddere seu alia supradicta onera supportare neglexerit
contra eum procedi possit et debeat ad privacionem officij et Bene:
ficij superdicti

Quod Secretarius capli tenetur finito capitulo generali tradere acta capli Dno operario qui habet eidem secretario dare pro salario suo excuta 173

Item eam tam iuxta consuetudinem antiquam quam iuxta statuta
huius sacre Reformationis secretarius capli generalis pro suo
salario seu stipendijs scripturarum communium totius ordinis
continentium diffinitiones statuta et ordinationes ipsius capli ge:
neralis anno quolibet sup communi totius ordinis habere debeat
et percepere sex scuta auri. Tenebitur operarius et preceptor
Sapinii predictus, qui nunc est et pro tempore fuerit, altra
dictam summam quadringentorum florenorum de fructibus pre
ceptorie Sapinii superstitibus anno quolibet perpetuo in:
continenti post diffinitionem dicti capli generalis tradere soluere
et realiter expedire secretario sup dicto qui fuerit pro tempore

predicto

prædictam summam sex scutorum auri. ita tamen quod ipse secretarius teneatur et debeat illico eidem operario tradere et expedire anno quolibet oia acta ipsius capituli generalis in forma publica et probatoria per eum descripta seu signata quæ siquidem acta ipse operarius in continenti in archiuis communibus ordinis ponere et includere annis singulis perpetuo teneatur, et sex scuta supradicta idem operarius persoluere teneatur et debeat de fructibus præceptoriæ Papinci, ultra summam quadringentorum florenorum prædictorum. absq eo quod aliqua deductio de illis in suis computis vel alias quomodolibet fieri possit seu debeat aliqualiter in futurum

574 De his quæ operarius habet petere et leuare raoe sui officij ultra præmissa

Et ultra prædicta tenebitur ipse operarius et præceptor raoe sui officij petere leuare exigere et recipere et oia alia iura, emolumenta, pensiones et obuentiones, ipsi officio operariæ quomodocunq pertinentia et pertinentes, aut alias liberaliter donata et legata sicut est pensio quam Dns præceptor Ranuersi tenetur singulis annis eidem fabricæ persoluere, item etiam alia pensio sexaginta florenorum monetæ papiendis, quam illi de Bechana ciuitatis papiæ faciunt singulis annis eidem fabricæ, et alia quæcunq nunc et in futurum eidem fabricæ donata et legata, et pro præmissis faciet debitam diligentiam, prout præmissa ad eius officium spectant et pertinent. pro reciperatione tamen supradictarum pensionum præfati Dni Abbas et Reformatores Diffinitores capitulorum gnralium, et ~~tota~~ Vniuersalis religio eidem operario oes fauores possibiles dabunt et præbebunt, et etiam in iustitia si opus sit, et oia illa similiter fideliter tenebitur exponere pro manutentione dictæ fabricæ et pro ædificijs necessarijs ipsius monasterij ac de ipsis bonam et legalem raoem singulis

annis in

annis in capto generali facere et reddere sub poena supdicta e idem etiam de pensionibus praeceptoriae cerdonae, si eam recuperare poterit, videlicet quod illam exponet et de ea computum reddat, sicut de alijs ultra summa supdictam, et in primo anno suae promotionis ipse operarius in manibus ipsius Dni Abbatis et in psentia capli generalis ad sancta Dei euangelia iurabit et etiam in capto generali, et ne forte ipse operarius, illa quae in ipsa fabrica et pro aedificijs in pnti monasterio, contra mentem fundationis praedictae in alios usus conuertat, aut ultra debitum officium dictum grauare praesumat. attento permaxime quod in pnti monasterio non sint completa illa praecipue quae ad monasterium faciendum spectant et pertinent sicuti est claustrum, Refectorium Dormitorium et similia. declararunt pfati Dni Abbas et Reformatores. visa per prius dicta fundatione necnon etiam antiquis ordinationibus statutis huius praesentis monasterij consideratag consuetudine, in hoc monasterio super praemissis hactenus obseruata quod ipse operarius debet facere ad causam dicti sui officij in praesenti monasterio illa quae sequuntur

De illis centum florenis quos singulis annis Dns Rex franciae assignauit pro manutentione iocalium et ornamentorum 175

Et primo quia ex fundatione dicti Dni nri Regis fuerunt eidem operario pro reparatione et manutentione iocalium, paramentorum et librorum Ecclesiae assignati singulis annis centum floreni, faciat ipse operarius reparari reliquiaria ipsius Eccliae cruces et calices eiusdem tam in Reuestiario existen quam etiam pro seruitio Eccliae B. Mariae et omnium capellarum ipsarum Ecclarum si tn sit necesse pro dicta reparatione prouidere aurifabro de argento fracto tunc Dni prior et sacrista debent de illo Argento eidem eidem sacristae in captis generalibus in custodiam tradito pro dicta reparatione fienda

quod operarius

176 Quod operarius faciet reparari vestimenta et paramenta Ecclesiarum S. Antonij et Btæ Mariæ, et prouidebit de necessarijs pro hum̄oi reparatione fienda

Item pariter faciet reparari vestimenta, et paramenta tam Ecclie B. Antonij quam btæ Mariæ ipsius monasterij et tam illa quæ sunt sub custodia Sacristarum quam etiam pro seruitio capellarum et pro prædictis reparationibus fiendis prouidebit, q̄ erunt necessaria et soluet singulis annis illi qui erit deputatus pro ipsis reparationibus facien pensionem consuetam

177 De reparatione et religatura librorum

Vlterius etiam faciet religari et reparari libros pro seruitio dictarum Ecclesiarum et ipsarum capellarum deputatos et libros librario quotiescunq̄ necesse erit prouidebitq̄ in necessarijs et soluet primum tales reparationes fiendas

178 De organis clauibus Ecciarum et capellarum q̄ etiam operarius faciet reparari et de quo

Item similiter faciet reparari organa et suffletas quandocunq̄ erit necesse et faciet mundari Ecclam ut sup ordinatum fuit in hac reformatione item faciet fieri claues ipsarum Ecciarum et capellarum ac aliarum officinarum ipsius conuentus et siquid superfluum de dictis centum florenis fuerit, faciet fieri de nouo ipse operarius aliquis vitrinus in ipsis Ecclesijs; vel libros pro seruitio chori, aut alios ad ordinationem dnorum Abbatis et conuentus. illud quod exponet et implicabit pro manutentione præmissorum et de dictis centum florenis tenebitur singulis annis reddere computum tam auditoribus computorum prædictæ fundationis regiæ quam etiam in capitulo generali

179 Quod tenebitur reparare Ecclias monasterij claustrum

terij Claustrum & alias officinas conuentus & expensas dare laborantibus & singulis annis bonum & legalem computum reddere

Item tenebitur reparare Ecclias ipsius monasterij claustrum & alias officinas ipsius conuentus tantum necnon hospitale eiusdem iuxta antiquam consuetudinem & fundationem ipsius fabricae & de prouentibus eiusdem tenebitur manutenere & reparari facere coperturas Ecclesiarum ipsius monasterij Refectorium claustri & aliarum officinarum ad ipsum conuentum pertinentium Item etiam infirmaria hospitalis predicti & nihilominus tenebitur continuare edificia noua in quantum facultates dicte fabricae suppetere poterunt & valebunt ad ordinationem Dnorum Abbatis & conuentus seu etiam capti generalis & tenebitur tenere latomos & laboratores pro ipsis edifitijs faciendis quantum ipsa facultates se extendent & eis prouidere de necessarijs videlicet lapidibus calce arena lateribus postibus fustibus & quibuscunq; ferramentis nec non eisdem soluere stipendia debita pro suis dietis & magistro operis sua vadia & consueta. alijs alijs qui consueuerunt recipere vadia pro facto fabricae & omnia alia prouidere pro ipsis edifitijs necessaria in quantum dicta facultates se extendunt & de omnibus vt dictum est tenebitur singulis annis bonam & legalem rec̃m reddere & poterit ipse operarijs ponere dictos latomos & alios seruitores fabricae qui habent dicta salaria recipere. quoties necesse & oportunum fuerit:

De his quae habet facere in refectorio fieri & de O in aduentu

180

Item pariter tenebitur prouidere & facere fieri in refectorio mensas scamna Bufetas peretas & ora alia iuxta consuetudinem superius obseruatam & tenebitur facere singulis annis vnum O. siue collationem in aduentu Dni sub ordine suis

alij officiarij

sicut alij officiarij Monasterij facere consueuerunt et etiam tene-
bitur ad alia contenta in quodam statuto capituli generalis.
Anni Dni millesimi quadringentesimi septugesimi quinti, cuius
statuti tenor sequitur in hæc verba eodem die sup controuersia
quæ erat inter Dnum operarium et officiarios Dni cellerarij super
utensilibus coquinæ conuentus et furni quis debet illa manutenere
et furnire fixa et grossa utensilia scilicet cacabos potos æreos
feruta Branderia caldaria et crucham in qua lauentur capreoli
et maxiam furni et alia progressa utensilia fixa. alia vero
minuta utensilia furnire debeat Dns Cellerarius seu sui et
hinc ordinant Dni capitulantes absq præiudicio et innouatione
aliarum declaraoum per capla generalia hactenus factarum
si quæ appareant vel reperiantur esse factæ

181 Quod non habet contribuere talijs ips ordinis

Item cum dicta præceptoria Vapinci sit unita officio supradicto
quod officium utilitati omnium totius Religionis cedit, non
tenetur ipsa præceptoria Vapinci sicut nec consueuit contribuere
talijs ips ordinis, quam in generalibus caplis ipsius ordinis impo:
nuntur

182 Hic acceptum fuit onus per operarium pro
se et suis successoribus

Et præmissa omnia et singula, quæ superius de officio sup dictæ
operariæ, necnon de præceptoria Vapinci supradicta pfati Dni
Abbas et Reformatores aucte Aplica deputati. statuerunt ordina:
runt decreuerunt et declarauerunt Necnon Dnus operarius qui
nunc est Fr Joes Vacharelli Decretorum Doctor pro se et suis
in dicto officio et præceptoria successoribus vniuersis et singulis
voluerunt et consenserunt inuiolabiliter perpetuis futuris tem:
poribus obseruari

183 Quod operarius tenebitur suam Residen:
tiam facere

tiam facere in Mon:rio S.ti Antonij

Item præfati Dni Abbas et Reformatores deputati statuerunt et ordinauerunt quod operarius dicti monasterij suam residentiam in hoc monasterio S. Antonij Viennens. facere teneatur et debeat et hoc in domo præceptoriæ Vapinci sita in ipso monasterio. vbi autem aliquoties pro negotijs dictæ præceptoriæ vapincen. ad eandem præceptoriam se transferre haberet, seu alias ex ca legitima absentare hoc sibi liceat, quando necesse erit de licentia Dni Abbatis et tunc aliquem loco sui religiosum pro negotijs fabricæ dirigen semper dimittere teneatur

Creatio seu institutio officij Subcabiscolariæ seu magistri nouitiorum huius monrij 184

Commissæ nobis Reformationis officio iugi excitamur effectu ad ea nros oculos declinare quæ ad diuini cultus augmentum decoremq huius monasterij et profectum concernere perspicaciter arbitramur cum itaq officium cabiscoli huius monasterij S. Antonij Viennens. propter quam plurima eidem officio incumbentia enera et præsertim circa ordinationem diuinorum officiorum in ipsa Ecclia Necnon regimen curam et continuationem Chori magisteriumq et eruditionem Nouitiorum non in sacris constitutorum in hoc monasterio degentium onerosum in tantum existat, quod vix unus solus Religiosus ad medietatem onerum ipsi officio annexorum et incambentium pt suppetere præsertim hodiernis diebus, attenta fundatione capellæ regiæ in hoc monasterio institutæ et nouiter erectæ in qua siquidem fundatione plures Religiosi nouitij et iuuenes ordinati prædictæ capellæ seruitio per ipsum cabiscolum continuo educandi sunt, et in musica præterquam maxime instituendi. hac igitur consideratione ducti cum decentius sit ut in ea q per unum commode adimpleri non valent per Duos integraliter expleantur, quam si vnus dispendiose

officia

officia duorum insupportabilia possideret auctte huius sacræ reformationis volentes salubre super his prouidere habita prius inter nos deliberatione matura de unanimi consensu et omnium volte unum officium subcabiscoli seu magistri nouitiorum in hoc monasterio S. Antonij viennens per unum ex religiosis professis claustralibus ipsius monasterij tenendum regendum gubernandum ad collationem seu institutionem Dni Abbatis huius monasterij qui fuerit ~~aut~~ pro tempore ad decorem domus Dei et huius sacri coenobij ampliorem ornatum in Chri nomine creamus erigimus instituimus et fundamus volen et auctte Aplica qua in hac parte fungimur decernen ut perpetuo in hoc monasterio sit et esse debeat unus subcabiscolus seu nouitiorum Magr, qui in officijs Ecclesiasticis in Grammatica et Musica peritus sit et prouide instructus sitq vitæ laudabilis et honestæ. Qui quidem subcabiscolus seu nouitiorum Mgr curam regimen tutelam et magisterium habeat nouitiorum et religiosorum iuuenum in hoc monasterio nunc et imposterum degentium et residentium tam illorum qui sunt de regia fundatione quam aliorum omnium iuxta consuetudinem in ipso monasterio antiquitus obseruatam ipsosq nouitios et alios in minoribus constitutos in bonis et religiosis moribus obseruantijs et ceremonijs in cantu etiam subtili, in attenta lectura et alijs necessarijs per seipsum instruere teneatur et debeat. et cum ipsis in eadem domo stare comedere pernoctare. semper simul cum eis esse incedere pariter habitare aliaq facere quæ ad sui officij debitum iuxta descriptum in hac sacra reformatione, quorumlibet officiorum exercitia pertinent et expectant. qui quidem subcabiscolus seu nouitiorum

Magister

magister pro dicti sui officij exercitio et primo universa et singula praemia, obuentiones auantagia et stipendia, q̄ olim cabiscoli istius monasterij tam ex fundatione regia, quam alias quomodolibet praedictorum nouitiorum Religiosorum et aliorum in minoribus constitutorum, regimine cura alimentatione et instructione cabiscolaria manutentione percipiebant habebant et leuabant percipere habere etiamq leuare possit et valeat, oiaq ipsa cura obuentiones et praemia ad ipsum subcabiscolum seu nouitiorum magistrum qui fuerit pro tempore de coetero integraliter pertineant et spectent pertinereq spectare debeant in futurum et ulterius de summa florenorum quadraginta, quae in fundatione ipsius missae regiae cabisculo istius monasterij tam pro eruditione iuuenum nouitiorum p̄fatae capellae, quam pro ordinatione directione et regimine dictae capellae eidem cabiscolo extitit assignata dictus sub cabiscolus seu nouitiorum magister qui fuerit pro tempore, et qui ut supra dictum est partem dicti oneris habebit supportare ut sicut oneris ita particeps sit commodi et honoris mediam partem dictae summae quadraginta florenorum videlicet florenos viginti anno quolibet perpetuo pro dicti sui officij exercitio, percipiat percipereq debeat in futurum. Aliam aut medietatem videlicet viginti alios florenos fundationis p̄dictae regiae percipiet et percipere debebit cabiscolus, qui inter coetera sui officij onera curam peruigilem dictae capellae debet habere et praedicti sui officij quam plurima onera supportare

Officium Camerarij

Item cum inter coetera opera caritatis et misericordiae est gerere curam mortuorum, et defunctos sepelire, et inter coetera officia claustri huius inclyti monasterij S. Antonij sui officium camerarij solitum regi per unum ex claustralibus dicti monasterij ad cuius officium expectat inter coetera cura religiosorum defunctorum et eorum sepultura, ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores 185

formatores aucte Aplica et huius laudabilis Reformationis in:
sequendo coiem obseruantiam in dicto Monasterio hactenus obseruari
solitam quod de coetero sit in dicto Monasterio officium camerarij
quandoquidem officium regi teneri et exerceri debeat per unum
ex alteris claustralibus ad quem pertineat, et ad eius officium
dum contigerit ab humanis decedere, et viam universae carnis
ingredi Abbates, praeceptores claustrales et alios simplices Re:
ligiosos in dicto monasterio quoscunq; quod ipse camerarius
teneatur et debeat raoe sui officij tales decenter leuare prae:
parare et induere vestimentis, calceamentis, chyrotecis, et eorum
habitu religioso, et Dnum Abbatem in pontificalibus et alijs orna:
mentis necessarijs, et demum in sericeo feretro condecenter, et ho
norifice reponere sicut superius statutum et declaratum est, et
sicut obseruari consuetum est in dicto Monasterio, et quoniam
praemissa alioquin male per dictos camerarios obseruata fuerunt
sed illa exerceri faciunt per laicos et seruitores et viles personas
ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores quod de coetero
dictus camerarius pmissa per se et personas idoneas et honestas
cum oi maturitate, grauitate honestate et deuotione exerceat
et eos inducat habitu et talari, et als non nimia breuitate aut
vilitate notato sed decenti et honesto considerata qualitate per
sonarum decedentium adeo quod nihil reprehensibile indecen:
tiae et honestatis dijudicari possit. Adyccen quod cum ois labor
optet praemium, et insequendo coem obseruantiam huius monrij
quod dictus camerarius pro praemissis laboribus habeat et per:
cipiat meliorem et decentiorem vestem aut Chlamidem talis
praeceptoris, claustralis aut religiosi sic defuncti. Respectu
vero Dni Abbatis pro tempore defuncti habeat ipse camerarius
vnam vestem et

unam chlamydem, ac etiam caputium si vero contingeret Religiosum defunctum adeo pauperem, quod non habeat diuersa mutatoria, seu diuersos habitus, sed solum habitum cum quo deberet sepeliri, cum eius paupertas sibi in hoc minime nocere debeat, et indecens foret, eum a tali seruitio repellere, declararunt dicti Dni Abbas et Reformatores quod nihilominus dictus camerarius pmissa paupertate non obstante, debeat talem religiosum pauperem sicut coeteros religiosos lauare induere et pparare.

Quod camerarius habet Religiosos ordinatos ad carceres incarcerare et claues carceris custodire et religiosis superuenientibus de cameris prouidere 186

Item quia pariter ad officium dicti camerarij pertinet religiosos incarcerare et claues custodire carceris, ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores, et pnti Reformatione statuerunt insequen morem antiquum in dicto monasterio obseruari solitum quod dictus camerarius debeat et ad eum pertineat raoe sui officij incarcerare religiosos ordinatos incarcerari debere ex ordinatione Dni Abbatis vel eius vicarij. et claues carceris diligenter et fideliter custodire, et si talis incarcerandus sit claustralis vel alias libram habens, eius libram percipere debet, et ex sua libra eum alimentare prout alimenta fuerint incarcerato ministrari ordinata si vero talis incarceratus non sit claustralis seu libram habens D. Abbas debebit de expensis et alimentis prouidere, et dictus camerarius tali incarcerato portare et ministrare Adycien iuxta inferius in pnti Reformatione ordinata, quod dictus camerarius raoe sui officij quando continget in caplo generali praeceptores et religiosos venire, quod ipsas debeat cameras et domos in claustro dicti monasterij secundum qualitatem personarum prout inferius in dictis statutis ordinatum est

assignare

assignare distribuere iuxta per Dnos Abbatem et Priorem.
pauperes vero Religiosos debeat in domo sibi pro dictis religiosis
assignanda recipere et Hospitare, et eisdem prouidere, de camera
domo, et lecto, ut sic oes praeceptores et Religiosi iuxta regularem
obseruantiam, et inferius ordinata debeant hospitari, non in villa
cum laicis, sed in claustro cum fribus et Religiosis. Declaran
pariter dicti Dni Abbas et Reformatores insequen morem an-
tiquum huius monasterij quod dictus camerarius raoe sui
officij teneatur et debeat seruare, et custodire portam camerae
in qua tenebitur et celebrabitur dictum caplum generale, et non
permittet intrare nisi praeceptores generales, et alios intrare
debentes pro dicto caplo generali celebrando et citare et assignare
et proclamare absen et relationes suas facere prout raoe sui
officij facere consueuit. et pro praemissis faciendis ne eius offcium
sit damnosum sed condecentem recompensam pro laboribus suis
habeat: ordinarunt et statuerunt, quod de coetero dictus
camerarius habeat pro expeditione quarumcunq lrarum
in dicto caplo generali expediendarum unum grossum paruae
monetae vt superius in dicta Reformaoe ordinatum extitit
Adgecien quod dictus camerarius debet et ad eius offcium per-
tinet citare religiosos et assignare, et similes executiones fa-
cere prout in dicto Monrio obseruari consuetum est Declarando
pnti statuto, quod pro citationibus religiosorum, assignatio-
nibus verbalibus nihil percipere debeat; si vero contingeret citare dic-
tos religiosos per literas et relationem facere inscriptis, et alios quam
religiosos, pro qualibet relatione percipiet unum quartum, aut alias
considerata relatione et labore iuxta ordinationem vicarij Dni Abbatis
coram quo fient dictae executiones siue relationes, adgecien etiam quod
Camerarius ipse qui nunc est, aut fuerit pro tempore praetextu sui
officij non possit

officij non possit ac debeat sine licentia ad villam accedere seu hos:
pitale intrare, aut ad alia loca prohibita accedere, nisi quatenus alijs
religiosis est permissum et concessum, videlicet petita licentia et obtenta

De cabiscolo

Item quoniam iuxta sanctorum patrum traditiones vilissimus sit
reputandus, nisi praecellat scientia moribus et sanctitate qui est ho:
nore praestantior et integritas praeeminentium sit salus subditorum:
ideo cum in dicto Monasterio hactenus fuerit inter coetera officia
claustri officium cabiscoli, qui habet diuina officia et ceremonias
in choro seruari facere, hac perpetuo constitutione valitura ordi
narunt dicti Dni Abbas et Reformatores insequendo consuetudinem
in dicto Monasterio inuiolabiliter obseruatam, decreuerunt pariter
et statuerunt, quod in dicto Monasterio perpetuo debeat esse of:
ficium cabiscoli, quod quidem officium exerceri debeat per
unum claustralem dicti Monasterij, qui quidem cabiscolus cum
coeteris habeat in diuinis instruere et in choro et in ceremonijs
debeat esse scientia moribus et virtutibus ornatus, condignae gra:
uitatis, sufficienter in cantu saltem plano instructus, accentu
breuibus et longis, in grammaticalibus, et musica peritus, ut
possit male punctuantes, et in accentu deficientes instruere et
docere, corrigere et reprehendere, et in ceremonijs bene habituatus
ut illos seruari faciat in choro et Ecclia, et qui ex incumbenti
officio habet chorum saepe circuire, et videat q cantat et legit
et obseruet ceremonias et obseruari faciat illa quae obseruari dnt
in choro, incitans religiosos ad cantandum, proclamans increpans,
arguens et reprehendens deficientes in praemissis, pariter
ordinabit dictus cabiscolus processiones collocando praecep:
tores et Religiosos in locis et ordine ipsorum secundum eorum
qualitatem et praerogatiuam, Aduertendo os pede lento et gradu
ordinato religiosi incedant, Ad quem ne imperitia aliquorum
in Ecclia aliquis defectus fiat et generetur aliquod scan:
dalum, quod

dalum quod ipse cabiscolus lectiones matutinarum Epistolas et euangelia ab incipientibus et maxime a non constitutis in sacris auscultet et audiat. et si in præmissis vel in cantu, punctuatione, breuibus et longis aliquis defecerit ipse tales repræhendat. declarand: hoi præsenti statuto insequendo morem antiquum obseruatum quod ipse cabiscolus possit et daleat, ad videndum defectus præmissos præcipue circa ministros Altaris exire chorum et reintrare quoniam sibi bonum videbitur, et casus exigentia et necessitas occurret

188 De eodem

Item pariter declararunt dicti Dni Abbas et Reformatores insequendo antiquum statutum sup hoi editum quod ipse cabiscolus in capitulo conuentuali post explanationem Regulæ a priore vel subpriore factam debeat et teneatur laicali lingua et materna explicare illa quæ in pnti et crastina diebus erunt circa officia diuina Missas et alia in Ecclia fienda, prout necessitas solennitatis, et alia obseruanda occurrent exhortando ad præmissa facienda et seruanda religiosos et ulterius iuxta superius ordinationem factam, si contingeret Bnos priorem Claustralem subpriorem et sacristam maiorem huius monasterij ab eodem se absentare ipse cabiscolus qui fuerit pro tempore in eorum absentia vices prioris Claustralis in Monasterio exerceat et libram accipiat iuxta prædictam super hoi superius factam ordinationem. in refectorio vero ordinet quæ erunt legenda et auscultet et prouideat taliter, quod lector in legendo accentu vel prolatione non deficiat et omnibus supradictis et alijs in quibus tangitur decus et honor ecclia et officium diuinum et ceremonijs obseruandis taliter se habeat et tali diligentia, quæ in quocunq opere mater artium inuenitur et nouerca eruditionis negligentia quod in præmissis nullus defectus inueniri possit, nec ipse de aliqua culpa vel negligentia notari. et quia dignus est mercenarius mercede sua, vt præmissa onera possit facilius dictus cabiscolus sustinere, ordinarunt

rere ordinarunt iuxta superius declarata statuta et ordinata quod ipse cabiscolus habere debeat pro suis vadijs de fundatione missæ regiæ summam viginti florenorum prout superius ordinatum et declaratum fuit debeatq habere distributionem suam de omnibus sicut alij claustrales ipsius monasterij, et circa ordinationem et regimen dictæ capellæ Regiæ, curam habeat gerere peruigilem

De Officio subcabiscoli seu magistri Nouitiorum 189

Item ut facilius dictus cabiscolus possit et valeat cum omni diligentia circa præmissa vacare, ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores et nouiter erexerunt et curauerunt in dicto Monasterio nouum officium subcabiscolus seu magister nouitiorum prout superius nouiter ordinatum et declaratum extitit et qui quidem subcabiscolus esse debeat de numero claustralium et sufficienter instructus in Grammaticalibus, et arte musicæ moribus grauitate, et disciplinis, eruditionibus ornatus, et qui habebit de coetero curam et regimen Nouitiorum, et eos instruere in catu moribus, et regularibus Disciplinis, et cum ijsdem continuo versari, ad eos erudien in vita cantu et moribus quum prona est humana natura ad malum, et sine doctore addiscuntur vitia. virtutes vero vix cum doctore, et doctrina et studio habent quia proclivus est cursus ad voluptatem et imitatrix natura viciorum, etiam sæpe natura cadit in vitijs nisi habeat releuantem et ideo ut a vitijs nouitios releuet, et virtutibus instruat continue cum ipsis commiscetur, et cum ipsis gradu fixo et ordinato ducat ad Ecclam et reducat. et in domo refectorio, dormitorio cum ipsis continue conuersetur. oculum vigilem et attentum in ipsis semper habens, et si contingat ad campos villam et alia loca dictos nouitios causa alicuius recreationis, ut moris est in dicto monasterio accedere ipsos cum omni honestate

conducat et

conducat & reducat cum ipsis semper incedens & ipsos minime deserens nec in vitijs & malis moribus si desint habere correctionem labantur; pariter habeat dictus subcabiscolus providere circa missam Regum nouiter fundatam ut omnia recto ordine gerantur iuxta illius fundationem & in absentia cabiscoli in choro & processionibus & ceremonijs vices suppleat cabiscoli & in ordinando diuinum officium, in choro auscultando lectiones Epistolas & alia q incumbunt fienda per cabiscolum & quoad nouitios & sub suo regimine positos, semper dictas lectiones & alia in Ecclia legenda & cantanda prius ex suo officio auscultabit, & ut faciliùs præmissa adimplere possit in aliqualem recompensationem laborum ut supra dictum est, percipiet de fundatione Missæ regiæ viginti florenos, & alia emolumenta dicti officij superiùs ordinata, & si in præmissis & in his quæ concernunt eorum officium dicti cabiscolus & subcabiscolus seù magister nouitiorum remissi vel culpabiles reperti fuerint regulari subiaceant per subtractionem vadiorum & librarum suarum puniendi arbitrio Dni Abbatis seù prioris claustralis. 190 De eisdem dict cabis. & subcabiscolo

Item attento quod in fundatione Missæ regiæ supradictæ ordinatus fuit & institutus magister in Grammatica pro ipsis novitijs & alijs iuuenibus & addiscere volentibus Religiosis statuerunt & ordinarunt Dni Abbas & Reformatores ut ipsi cabiscolus & subcabiscolus præfatos nouitios & alios iuuenes Religiosos singulis diebus horis ad hoc ordinatis & congruis ad ipsam scholam Grammaticæ, quæ extra ipsum monasterium tenetur & teneri debet mittant vbi & compellant vt exinde studium in Dei Ecclia valeant suis tempore. affere oportunum

191 De officio infirmariæ

Insuper praefati Dni Abbas et Reformatores insequen antiqua statuta huius praesentis Monasterij statuerunt et huius Reformationis auctoritate ~~statuerunt~~ ordinarunt quod in praesenti monasterio sit et esse debeat unum officium infirmariae ad recipiendum religiosos infirmos in domo ipsius infirmariae sitae infra claustrum ipsius monasterij inter domum prioratus et domum capellae S. Laurentij, et ut de coetero dictum offm quod est valde necessarium laudabiliter regatur et administretur. praefati Dni Abbas et Reformatores sup dicto officio sequentes ordinationes fecerunt et ordinarunt

Inprimis quod religiosus pdictum Infirmariae p tempore obtinens una cum prioratu de clayo eidem officio canonice unito qui debet esse claustralis istius pntis monasterij teneatur et debeat indifferenter omnes Religiosos claustrales istius pntis monasterij. si aliquomodo eosdem contingat infirmari, in domo ipsius infirmariae, et in altera camerarum eiusdem domus quocunq tempore recipere et tam diu quam diu durante ipsa infirmitate ibidem erunt, eos benigniter pertractare, ac ipsis utensilia dictae infirmariae ministrare et exhibere, et Dnus cellerarius tenebitur eisdem infirmis in medico et medicinis alijsq necessarijs quibuscunq prouidere etiam de seruitore vel seruitrice. sicut iam supra ordinatum extitit. libra vero ipsius Religiosi infirmi in dicta infirmaria existentis in eadem infirmaria recipiatur pro uita seruitorum ipsius infirmi. et si non sufficiat. ipse D. cellerarius alias in necessarijs prouidebit

Item veterius attenden dicti Dni Abbas et Reformatores quod secundum regulam B. Augustini, in curatione et recuratione infirmorum non debet esse acceptio personarum, Nec debet contemni humillima paupertas in his quae postulat humana necessitas cum hoc pauperibus religiosis tribuat ipsa aegritudo 192

quod diuitibus

quod diuitibus contulit anterior consuetudo Idcirco ordinarunt
& ante huius sacre Reformationis statuerunt ut si contingat
aliquos religiosos non claustrales in ipso Monasterio egrotari:
infirmari ita quod relatione medici inducentur infirmitate
detineri, ipse infirmarius teneatur & debeat quocunq; tempore
tales religiosos infirmos in dicta infirmaria recipere licet
non sint claustrales, nec alias in Monasterio beneficiati eosq;
vt proxime dictum est de claustralibus humaniter ptractare
& ne tales Religiosi in infirmitate constituti, si alis libram
non habeant, propterea defectum victus aliquem pati habeant.
ordinarunt pfati Dñi Abbas & Reformatores ut ipse Dns Abbas
vel in eius absentia prior claustralis possit & valeat tali Re:
ligioso infirmo durante ipsa infirmitate, & quam diu erit
in infirmaria prouidere de una libra alicuius claustralis
absentis, licet illa libra fuerit alteri religioso assignata Reci:
perata tamen sanitate restituetur ipsa libra Religioso cui prius
fuerat assignata. & cum illa libra infirmarius faciet dicto
infirmo deseruiri respectu seruitij duntaxat ne tamen sapius
ex hoc ipse infirmarius oneretur, prouideat Dns Abbas ne
in pdti Monasterio sint religiosi vagi & superflui quantum
fieri poterit

193 Item decreuit pfati Dñi Abbas & Reformatores cupien quos
Religiosi existen. in infirmitate cum debita prouisione in ipsa
infirmaria recipiantur, & ne utensilia dicte infirmarie
pro necessitate infirmorum deputata usibus aliorum consu
mantur, ordinauerunt & statuerunt quod de dictis uten:
silibus & bonis infirmarie ad usum infirmorum deputatis
fiat bonum & veridicum inuentarium & ex nunc committit
sacristis maiori & B. Marie, qtus vocato operario, qui
in dicta in:

qui in dicta infirmaria reparationes necessarias facere habet
ex suo officio de dictis bonis et utensilibus inventarium faciant
et conficiant, et demum in unum reducant et reponant in una
camera ipsius infirmariae pro servitio religiosorum infirmo:
rum Duntaxat et quoties pro eisdem opus fuerit, Adjicien
quod infirmarius qui nunc est aut pro tempore fuerit, dicta
bona et utensilia usibus suis et suorum familiarium non ex:
ponat seu implicet, et ut ipsa infirmaria semper de dictis u:
tensilibus remaneat munita, ordinarunt praefati Dni Abbas
et Reformatores quod omnia utensilia et suppellectilia tam
infirmarij quam etiam infirmariae ibidem remaneant perpe
tuo absque eo quod Dnus Abbas ipsa utensilia et suppellectilia
recipiendo spolium dicti infirmarij, quoties ipsum officium
vacare contigerit, debeat aliquo recipere. sed remanere debeant
in ipsa infirmaria et in mutatione cuiuslibet Infirmarij
reficiatur inventarium tam de antiquis utensilibus et suppel:
lectilibus, quam etiam de nouiter acquisitis per ipsum infirma:
rium, et omnia ibidem remaneant, et signo duarum potentiarum
quod erit de coetero signum infirmariae omnia supradicta praecipue
vessella signentur

Item quia dictum officium infirmariae quam plurimum est in 194
hoc praesenti monasterio necessarium ordinauerunt praefati Dni
Abbas et Reformatores quod ipse infirmarius continue residere
habeat, in ipso monasterio ut semper sit paratus quoties aliquem
infirmari acciderit ipsum in dicta infirmaria recipere et si
eundem infirmarium ex aliqua ratione licita et necessaria ab:
sentari a praesenti monasterio contigerit teneatur omnino
unum religiosum honestum gratum et sufficientem, ad arbitrum
Dni Abbatis in praedicta domo Infirmariae dimittere, qui in
eius absentia

eius absentia oia illa quae ad dicti infirmarij officium pertinent tam circa diuinum officium in Ecclia quam etiam circa receptionem infirmorum in domo facere et exercere debeat, et qui libram dicti infirmarij in eius absentia oio in antea et absq alia concessione recipere durante absentia dicti infirmarij habeat, et dictus infirmarius oia alia et singula faciat et exerceat quae ad officium infirmariae huius monasterij tam secundum fundationem ipsius officij, quam secundum statuta et laudabiles consuetudines ipsius monasterij pertinent et expectant

De officio pitantiariae

195 Item cum inter coetera officia claustri et monasterij sit et esse debeat, et antiquitus fuerit officium pitantiariae, quod exerceri debeat per unum ex dictis claustralibus dicti monasterij, et qui pitantiarius raoe sui officij insequendo antiquum et coem observantiam dicti Monasterij debet exhibere seu recuperare omnes pitantias et omnia anniuersaria et Emolumenta quaecunq prouenientia ex fundatione dictorum anniuersariorum in dicto conuentu et Monasterio fundatorum et in futurum fundandorum et demum Dnis conuentualibus dictas pietantias anniuersaria seu Emolumenta, redditus prouentus inde prouenientia et prouenientes terminis statutis attribuere prout antiquitus consuetum est, in dicto monasterio salario moderato sibi dari solito. Declaran hoc praesenti statuto, quod dictus pietantiarius habeat et habere debeat raoe sui officij pdicto domum sitam retro Ecclam B. Mariae, prope domum praeceptoriae Capincen seu operariae cum suis alijs ulterioribus confinibus et cum suis pertinentijs, quam hactenus habuerunt dicti pietantiarij praedecessores sui et soliti fuerunt tenere et quam domum ad utilitatem sui officij possit et valeat reaedificare

et reparare

et reparare et murum reficere prout necessarium et utile dictae domui Adycien dicti Dni Abbas et Reformatores quod etiam durante banno huius villae sit eidem pietantiario licitum et permissum vendere vinum pietantiariae seu cum vinum pitantiarum propter distantiarum locorum soleat vendi et non apportari ad hunc locum possit aliud vinum subrogare loco vini pietantiarum prouiso quod non vendat duran Banno ultra quantitatem quam ascendit quantitas vini pietantiarum quae coeter ascendit ad quantitatem trigintarum summatarum vini et prouideatur oio vt in praemissa vini venditione nulla fraus fiat in praeiudicium Banni Dni Abbatis et ipm vinum ad mensuram vendat non quouismodo tabernam tenendo, seu ementes pro bibendo dicto vino in domo recipiendo et si reperietur in praemissis culpabilis fiat punitio debita per ipsum Dnum Abbatem seu eius vicarium generalem, et illo casu inhibeatur ilico dicta venditio vini

Et quia Antiquitus solitum fuit obseruari in dicto monrio 196
quod pietantiarius solebat facere in praedicta Domo pietantiariae vltimum O ante festum natiuitatis Dni iuxta Consuetudinem solitam obseruari in dicto Monasterio ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores quod de coetero dictus pietantiarius dictum O seu collationem fieri solitam per Dnum Abbatem et Religiosos conuentus decantantes NOC soluat sicut Coeteri qui in dicto Monasterio ad hoc astricti sunt, rave eorum officij et q soluere consueuerunt, et quam collationem seu id quod dictus pietantiarius in illa exposuit, dicti Dni conuentuales teneantur sibi deducere, et in suis computis annotare prout antiquitus in dicto Monasterio Consuetum fuit obseruari

De officio magri

De officio Magri capellarum

197 Circa officium Magri capellarum huius Mon.ri Sti Antonij viennens. præfati Dni Abbas et Reformatores declarant et diffiniunt quod ipse Magister capellarum qui nunc est aut pro tempore fuerit debet habere curam regimen custodiam capellarum maioris Ecclie huius Monasterij illarum videlicet de quibus consuetum est quod custodiam habeat, et de omnibus ornamentis iocalibus libris et calicibus in ipsis capellis existentibus et de omnibus in festo Ascensionis Dni sicut alij tenetur raoem et inuentarium reddere auditoribus per generale captum in commissis et deputatis et sequid in illis capellis sua culpa vel negligentia deperditum fuerit debet ipse Magister capellarum de suo refundere et restabilire Item horis competentibus et superius ordinatis, singulis diebus debet capellas aperire pro missis feriatum dicendis. et inhibetur sub poena suspensionis sui officij prædicti ne ante horas superius ordinatas et capellas pro ipsis missis dicendis aperire præsumat et missis dictis debet prouide ornamenta recludere et capellas claudere. Item cum ipse sit et esse debeat alter ex electis, et in tabula descriptis confessoribus die qualibet de mane in principio matutinarum debet esse in ecclesia ad finem si sint aliqui reconciliandi pro missis matutinalibus celebrandis. et ipse Magr capellarum diebus singulis debet adiuuare cantando in prima missa q dicitur in capella S. pauli primi Eremitæ cum nota et quæ missa dici et decantari poterit ante diem iuxta indultum Aplicum, et pro iuuamine dictæ missæ ipse Magister capellarum anno quolibet percipit pro stipendijs tredecim florenos et præcaueat oco ne deficiat in dicta missa

Item habet Magr capellarum singulis annis ex antiqua ordinatione pro custodia ipsarum capellarum et clauium portatione

portatione videlicet quatuor florenos cum dimidio

Item habet accipere ipse Magr capellarum oblationes capellarum quae fiunt in Missis pbyterorum secularium in ipsis capellis

Item omnes oblationes quae fiunt ad reliquias in festiuitatibus ipsarum capellarum, exceptis capellis quae in hoc monrio habent rectores seu capellanos proprio salua tamen in oibus compositione facta inter eum et Sacristam maiorem super offerte seu oblationibus praemissis

Item recepit idem Magister capellarum pro defectibus missarum quoniam defectus interuenit, videlicet pro quolibet defectu unum liliardum iuxta consuetudinem super hoc obseruatam, salua etiam consuetudine, qn ipse magister capellarum prouidet in Missis pro quibus solutiones fiunt in qualibet septimana

Item die S. Jacobi Apostoli debet ipse Magr capellarum tradere seu ministrare pro benedicendo nuces

Item die S. Sixti debet tradere Racemos, pro benedicendo Racemos iuxta consuetudinem in Refectorio

Item die iouis sancta in coena Dni debet tradere hostias benedicendas et inter fres distribuendas

Item insuper tenetur dibus singulis facere prouisionem de vino cellerariae puro et syncero in ecca ad administrand in missis dicendis

Item tenetur mundare seu scopare capellas diebus octbus et singulis superius in prima parte huius reformationis statutis et ordinatis et ipsas capellas in ipsarum festiuitatibus adornare iuxta consuetudinem

Item debet tradere et aptare cineres in principio quadragesimae

gesimae videlicet Mercurij cinerum, item tenetur mundare et munda bene et decenter tenere omnia indumenta capellarum sibi commissarum

Item tenetur omnino prouidere ne sit defectus in Missis ordinarijs quolibet die in ipsis capellis celebrandis, et diligentissime super his prouideat et sollicitus sit, et quando aliquando non possit prouidere recurrat ilico ad Dnum priorem, vel illum qui loco ipsius possidebit, ut remedium celeriter apponatur, taliter quod defectus in ipsis Missis celebrandis sit nullatenus

Item diligenter attendat Magister capellarum ad ea quae in prima parte huius Reformationis super officijs diuinis et Missarum celebrationibus scripta sunt, et ea quatenus officium suum concernunt efficaciter obseruet et faciat obseruari

Item in principio sui officij iuramentum solitum praestare teneatur et anno quolibet computum inuentarij reddat. sub poenis inferius contra non reddentes computa sua annotatis et plane descriptis, et sic suum officium pdictum exerceat quod coram Deo et hominibus de illo dignam valeat reddere rationem .s.

198 De officio rectorum aliarum capellarum

Item ultra pmissa est in Monrio officium Rectorum aliarum capellarum videlicet capellae S. trinitatis. S. petri S. Andreae S. crucis. S. Joannis. Abbatum. S. laurentij et aliarum siquae sint. qui Rectores tenentur dictas capellas honeste et condecenter regere, vestimenta et ornamenta Altarium munda tenere. et nihilominus inuentarium bonorum dictarum capellarum singulis annis, sicut alij visitatoribus per caplum generale commissis reddere, et quoniam solennitates dictarum capellarum occurrent altaria ipsarum capellarum pparare

Larum praeparare & decenter ornare, & ipsis diebus oblationes in ipsis capellis prouenientes ob eãam religiarum recipere Item tenentur ipsi rectores capellarum, & ipsorum quilibet facere suas Hebdomadas Euangeliorum iuxta consuetudinem super hoc obseruatam, & alias Hebdomadas & seruitia facere sicut alij ipsius monasterij Religiosi claustrales

De officio Brassarie

199

Item & pariter qa inter officia claustri & Monasterij est officium Brassarij qui habet officium & custodiam S. Brasij ordinarunt dicti Dñi Abbas & Rectores prosequendo morem antiquum hactenus in dicto Monasterio obseruari consuetum quod si in dicto Monasterio officium Brassarie solitum regi per unum claustralem dicti monasterij. qui quidem Brassarius teneatur in creatione sui officij iurare in manibus Dñi Abbatis Ranuersi & conuentus bene legaliter & diligenter dictum officium exercere, inuentarium de dicto S. Brasio & rocalibus in ipso existentibus facere & quolibet anno in manibus Visitatorum rocalium dictum inuentarium reddere & qui brassarius postquam horis congruis intrauerit chorum habeat facultatem exeundi dictum chorum pro exercitio sui officij, & interim totiens quotiens oportunitas & necessitas occurret recurrendi & iterum exeundi. Declarãr quod raõe sui officij habeat vadia hactenus p dñum Ranuersi dictis Brassarijs dari solita & ad eum pertineat & suis successoribus de cetero Domus vulgariter nuncupata Domus brassatoria, & quam sui predecessores consueuerunt tenere, nec alteri possit dicta domus tradi nec expediri, sed quod de cetero pertineat ut hactenus consuetum est, dicto brassario. Adyecẽ quod si contingeret ex aliqua cãa superuenienti, aut alias dictum brassarium non esse gratum dicto Dno Ranuersi

adeo quod

adeo quod D. Ranuersi nollet ex aliqua caa raõali quod dictus brassarius officium brassariæ exerceret eo casu Dns Ranuersi cuius interest, cum ad eum pertineant oblationes q offeruntur in dicto S. Brachio, possit exerceri facere dictum officium per alium Religiosum dicti monasterij idoneum fidelem ac securum et per dnum Abbatem et conuentum approbatum qui commissus ut est de Brassario, teneatur dictum S. Brachium et omnia iocalia in eo existentia cum beneficio inuentarij recipere et fideliter custodire. cum quo super vadijs concordare teneatur ipse Dns Ranuersi, reseruato dicto brassario, titulo officij dictæ Brassariæ et domo et alijs prærogatiuis et vadijs consuetis, illis vidl q consueuit accipere ipse brassarius quando officium non exercet. et quoniam indecens est quod tam pretiosum iocale ostendatur nisi cum debita solennitate: ordinarunt Dni Abbas et Refortores pfati insequen antiquum statutum. quod diebus solennibus, et in quibus est affluentia populi, dictus brassarius debeat esse indutus cappa quando dictum S. Brachium ostendat et omni tempore cum face accensa. et cum maiori solennitate et reuerentia tam pretiosum iocale, affluentibus cum oi deuotione et grauitate ostendatur. Ordinan prætereaquod post horam meridiei dictum brachium nullatenus ostendatur, neq etiam quando missæ conuentuales in magno Altari decantantur videlt ab offertorio ipsius missæ usq ad eleuationem corporis chri inclusiue, iuxta consuetudinem super hoc obseruatam

200 De cura parochiali villæ S. Antonij
Et de alijs tribus curatis Monasterij

Item inter cætera beneficia seu etiam officia istius pntis Monasterij est curatus parochialis huius villæ S. Antonij viennen qui debet esse Religiosus claustralis pntis monrij et habet domum infra claustrum videlicet de directo ante portam Ecclia maioris a parte claustri quæ est inter domum brassarij

domum brassarij et camerarij custodis Altaris cuius quidem beneficij quantum concernit dictam curam pntatio expectat ad Dnum Abbatem

Item quia supra ordinatum est quod curatus prædictus pntis Villæ S. Antonij sit semper unus primus et principalis poenitentiarius Aucte aplica in pnti Monasterio deputatus ea propter pfati Dni Abbas et Reformatores ordinarunt et statuerunt quod ipse curatus villæ non tanquam curatus sed tanquam poenitentiarius ad hoc per dominum Abbatem specialiter commissus et deputatus teneatur et debeat Religiosorum infirmorum quorumcunque in hoc pnti Monasterio existentium, et quocunque tempore confessiones audire, et oia alia sacramenta Ecclesiastica eisdem infirmis dare et administrare per se vel eius vicarium, unde tam respectu curæ pdictæ, quam etiam rave administraois sacramentorum ipsis religiosis debet ipse curatus continue esse Residens in pnti monrio, et si aliquomodo ex aliqua caa licita et honesta se absentauerit tenetur omnino dimittere unum vicarium Religiosum ipsius monrij Idoneum et sufficientem, qui loco sui prædicta exercere habeat, et ulterius tenetur prædicatores aduenientes dirigere, et alias in oibus debet esse sollicitus et prouidus circa curam sibi commissam et nihilominus tenere sicut alij religiosi claustrales huius monasterij in Ecclia deseruire cursum suum missarum facere ~~uti~~ aut fieri facere, aut in choro cum alijs dum diuina officia celebrantur interesse nisi dum et quando rave pmissorum videlicet curæ parochialis pdictæ, aut etiam ad caam poenitentiariæ seu administraois sacramentorum erit impeditus, adycien quod ipse curatus ad caam dictæ curæ parochialis et præfatæ poenitentiariæ duntaxat debeat habere licentiam gnralem exeundi et intrandi claustrum, et non alias nisi petita licentia et obtenta prioris claustralis ipsius monasterij sicut de alijs supra statutum est, Nec etiam tunc intrandi hospitale nisi ad hoc habeat specialem licentiam

Item alij

202 Item alij curati scilicet S. Joannes de frumentalibus de vy-
naysio etc B. Mariæ montanæ similiter esse debent Religiosi claus-
trales pntis monasterij, et debeat in ipso Monasterio residere
personaliter et in diuinis deseruire sicut coeteri claustrales ipsius
Monasterij nisi quando sunt impediti raone suarum prædictarum
curarum et debent cursum Missarum facere et cum alijs percipere
in cursu Missarum hebdomadas suas Euangeliorum pariter
facere et alia seruitia in Ecclia impendere iuxta laudabiles Consue-
tudines istius præsentis Monasterij. Nec ex hoc habeant licentiam
generalem nisi solum et duntaxat ad caam Administraois et re-
giminis dictarum suarum ecclarum parochialium, et pro casi-
bus ratione regiminis dictarum Ecclarum parochialium emer-
203 gentibus

De officio Correriæ

Item inter Coetera officia temporanea, quæ dnus cellerarius
habet pro onere et seruitio conuentus in præsenti Monasterio
est officium Correrij qui debet esse religiosus claustralis eius-
dem Monrij et debet ipsum ipse Dns cellerarius præsentare in
capitulo conuentuali, qui si fuerit idoneus et aptus ad dictum
officium Dni conuentuales eundem acceptabunt, præstito prius
per eum corporali iuramento, quod bene et fideliter exercebit
dictum officium Correrij seruando pro posse, iura utriusq tam
ipsius conuentus quam etiam Dni cellerarij, ministrabitq ocibus
religiosis claustralibus oia quæ ipsi debent habere pro suis
libris quotidianis tam in pane vino carnibus et alijs pitan-
tijs ita quod non sit aliquis defectus. et præcipue caueat
ne sit aliqua fraus in præmissis primo in vino, quod non
ministretur vinum corruptum acetosum aut als turbatum
seu alicuius mali saporis. Item etiam in pane quod detur
panis de bono blado et in debita quantitate. quod etiam
non dentur carnes putridæ aut alias infectæ in quibus
debet ipse Cor

debet ipse correrius diligenter aduertere, et ideo debet esse quotidie in coquina, quando videlicet cocus parat carnes ad coquendum, et quando ipse conuentus librabitur tam in prandio quam in coena. Item etiam ad ipsum expectat facere dari per pincernam eleemosinam dari solitam in pnti Monasterio de pane siliginis temporibus ordinatis sicut supra latius fuit ordinatum et statutum et alia debet facere secundum antiquas ordinationes pntis monasterij salua super hoc reuisione, et auditis audiendis, qui ultra sua stipendia recipit et recipere consueuit in hospitali duas libras infirmis dari solitas. et debet habere licentiam gnralem ad causam dicti sui officij

De officijs Eleemosinariae et sub-Eleemosinariae 204

Et quoniam inter coetera charitatis officia Eleemosina pollet et ab omnibus praeducatur beata, et non solum virtus est quin m auriga virtutum, et vitiorum clara mortificatrix, quod pia consideratione recolens bonae Memoriae quondam Rdus in chro pater, vir praeclarae virtutis D. Bartholomaeus de monte calnio huius ordinis coenobita Epsq Biteren. officium Eleemosinae et subeleemosinae in hoc monasterio S. Antonij tam prouide quam pie stabiliuit. statuit et creauit quorumq officiorum institutionem et creationem F. R. Benedictus papa XIII approbauit confirmauit, et ex certa scientia roborauit et quarum Eleemosinariae et subEleemosinariae officia Dni Abbas et Reformatores huius ordinis intra acta huius sacrae reformaois ad futuram rei memoriam voluerunt et decreuerunt merito aggreganda. declaran ipsius Reformationis auctte quod in ipso Monasterio sint et esse debent duo officia videlicet Eleemosinarius et subEleemosinarius. quiquidem Eleemosinarius. et subeleemosinarius sunt et esse debent claustrales

huius

huius pntis Monasterij ac rectores capellæ S. crucis et in omnibus debent recipere tam in libra Vestiario et alijs quibuscunq distributionibus integre sicut alij claustrales et quia hodie dicta capella sit inter alias capellas huius Eccliæ q sunt ordinariæ, hoc est in quibus singulis diebus dicunt Missæ ordinariæ et quotidianæ aggregata. Ita quod in eadem capella S. crucis dicatur quotidie vna Missa, et per Cons præfati Eleemosinarius et subeleemosinarius percipiant cum alijs claustralibus in cursu Missarum pntis Monasterij recipientibus emolumenta in omnibus et per oia sicut alij Idcirco præfati Dni Abbas et Reformatores cupien ne prædicta capella iuxta mentem fundator suis ~~laboribus~~ debitis frustretur obsequijs ordinarunt et statuerunt, quod semper et in perpetuum qualibet die dicatur una Missa in dicta capella S. crucis per religiosos claustrales huius præsentis Monrij et quod nullo modo fiat defectus in dictis Missis dicendis, in hoc dicti Eleemosinarius et subEleemosinarius tenentur et debent aduertere diligenter. et si fiant defectus, hoc idem significare priori claustrali huius pntis Monasterij. qui in præmissis prouideat ipsi vero Eleemosin: et subeleemosinarius sicut coeteri religiosi claustrales de coetero faciant suos cursus, et hebdomadas in missis dicendis, et nihilominus recipiant oblationes quæ fient in dicta capella in diebus solennitatum S. crucis ad reliquias ibm existen: sicut coeteri rectores aliarum capellarum

205 Item ad ipsos pertinet cura Regimen et Administratio hospital vocati debezes, et in ipso Hospitali debent oia nria prouidere et ibm debent hospitalitatem instituere. Item debent percipere oes fructus redditus et prouentus ipsius Eleemosinariæ

mosinariæ in quibuscunq rebus consistant siue blado siue in pecuniarum summis Item habet Eleemosina prædicta in loco montaneæ, Domum vineas, terras et alia prædia, quæ ad dictam Eleemosinariam pertinent et spectant Item debent hre oblationes factas in dictis capellis tempore festiuitatum ipius sicut habent alij religiosi claustrales capellas habentes Item debet ipse Eleemosinarius percipere et leuare oes redditus supradictos, et de illis reddere computum, omni anno Dnis Auditoribus computorum, et hoc sub poena excois si dicta sua computa non tradiderint Item ad caam supradictæ Eleemosinariæ et fundationis ipsius debent dare omni die singulis pauperibus transeuntibus videz semel in die cuilibet pauperi unum paruum panem frumenti, valoris unius denarij de tali quantitate quam in unica micca conuentus debent esse sex et similiter de vino in tali quantitate dare debent omnibus et singulis pauperibus, quod in uno potto conuentus sit pro quatuor pauperibus distributio Item debent ipsi Eleemos. et subeleemosinarius singulis diebus dnicis pauperibus infirmis leprosis istius villæ S Antonij vienn vnam miccam conuentus, et vnum pottum vini conuentus. Item debent et tenentur hospitalerio dare, dicti hospitalis vocati debez es similiter oi die Dnico unam miccam conuentus. Item debent et tenentur dare singulis diebus quadragesimæ cuilibet pauperi transeunti vidz pottagium de fabis et hoc similiter facere tenentur oibus et singulis diebus veneris totius anni ex institutione fundationis missæ regiæ nouiter hoc monasterio institutæ, pro quibus percipiunt decem florenos de dicta fundatione, Item tenentur ipsam Eleemosinam facere et hospitalitatem seruare iuxta mentem et tenorem fundaois prædictæ; Necnon et laudabilem super hoc obseruatam consuetudinem

suetudinem quam omnino Dni Abbas et Reformatores pfati
206 observari iusserunt
Item pariter pfati ~~Dni Abbas~~ Eleemos: et subeleemosinarius
non possunt iuxta mentem ipsius fundationis quodcunq aliud
beneficium seu officium in pnti Monasterio nec extra obtinere
sed incontinenti si aliquod aliud Beneficium seu officium recipi=
ant officia sua prædicta perdant, Item tenentur ad continuam
residentiam in ipso Monasterio faciendam et quotiescunq ali:
quem ipsorum absentari contigerit etiam ex caa rationali
et de licentia Dni Abbatis, incontinenti debet poni unus alius
fr pbyter ordinis qui loco absentis deserviat et libram reci:
piat, etiamsi absentatio non duraret nisi per unam diem,
nisi talis absentatio contingeret ad cam ipsius Eleemosinariæ
negotiorum. Item libra ipsorum Eleemosinarij et subeleemosinarij
numquam vacat seu perditur quocunq tempore. quo minus
semper recipiatur in domo ipsius Eleemosinariæ. quandocunq
aut aliquis ipsorum pro negotijs Eleemosinæ se ad modicum
tempus absentet. Alter ipsorum in Monasterio Eleemosinam
faciet. et alia ipsius Eleemosinæ officia exerceat. Nec tunc
etiam libra absentis quolibet deperdatur. iuxta consue:
tudinem super hoc observatam Item neuter ipsorum potest
aliquo tempore esse in servitio continuo Dni Abbatis, nec
ulterius plati seu cuiuscunq alterius. Item si in futurum
contingeret ex aliqua caa numerum claustralium huius
Monrij diminui, isti dico supprimi nullo modo possint, iux:
ta mentem ipsius fundationis Item tempore eorum ingressus
debent præstare solenne iuramentum, de bene et fideliter
regendo, administrando conservando et distribuendo bona
Eleemosinæ Item in eorum ingressu teneantur recipere
oia bona Eleemosinæ cum beneficio inventarij, et ipsum
inventarium

inuentarium ut supra dictum est, anno quolibet exhibere, et computum reddere, et post mortem ipsorum utensilia et supellectilia sicà debent eidem Eleemosinariæ perpetuo remanere, Item ad officium Eleemosinarij pertinet quolibet die distributio Eleemosinæ. et in absentia Eleemosinarij alia in ipso officio incumbentia exercere. Item et sine qualibet difficultate Dns prior seu ille qui in eius absentia præsidebit debet dare licentiam ipsis Elemosinario et subEleemosinario, quando videlicet pro negotijs ipsius Eleemosinariæ se habuerint absentare, seu alias ad villam ire. item post prandium conuentus possunt ad largiendum Eleemosinam sine licentia accedere, cum alij ad reddendas gratias et decantandam nonam ad Ecclesiam vadunt. Item super distributionibus faciendis conuentui, cum ipse Eleemosinarius debeat dare in quolibet festo S. crucis unam pietantiam in conuentu, videlicet sex capretas in festo inuentionis S. crucis q celebrabitur in maio et unum mutonem cum dimidio in festo exaltationis S. crucis in Mense septembri. et nihilominus vinum videlicet unum barrale vini cum dimidio pro quolibet festo secundum fundationem p: dictæ capellæ, ordinarunt præfati Dni Abbas et Reformatores de voluntate et unanimi consensu Religiosorum claustralium huius præsentis monasterij. quod ipse Eleemosinarius loco dictarum pietantiarum duntaxat singulis annis in die quo anniuersarium præfati Dni fundatoris celebrari consueuit in ecclia prædicta distribuat omnibus Religiosis Religiosis præsbyteris et alijs nouitijs unum quartum ibm existentibus, seu distribui faciat medium grossum monetæ tunc currentis, et hoc ttm respectu libratæ pietantiæ supradictarum carnium. vinum aut teneatur ipse Eleemosinarius, sicut consuetum est librare et ministrare, et quamuis superius dicatur coniunctiue quod ad officium Eleemosinarij et subeleemosinarij spectet pertineat Regimen aut administratio dicti officij tam hospitalis prædicti

quam domorum

quam domorum spectantium ad dictum officium, quia tamen hactenus observatum exstitit quod principaliter dictum regimen et administratio omnium praedictorum pertinet et spectat ad ipsum Eleemosinarium qui habet ponere servitores et magistros tam in dicto hospitali quam in ipsa Eleemosinaria, fructus proventus redditus et emolumenta ad dictum officium pertinentes, et pertinentia levare, petere recuperare et exigere et de receptis levatis et recuperatis quitantiam dare domosque et possessiones eiusdem Eleemosinae manutenere cultuare, reparare, et meliorare, et de receptis libratis et administratis singulis annis in caplo generali bonum et legalem computum reddere. Idcirco praefati Dni Abbas et Resortores attenden quod plerumque communitas parit discordiam, et quod per unum fit magis attentius consueuit expediri, ordinarunt quod ipse Eleemosinarius principaliter solus, et in solidum teneatur et debeat habere regimen et administraoem domorum redditiuum, proventiuum et emolumentorum quorumcunque eidem officio Eleemosinariae quouismodo spectantium et pertinentium, ita quod Eleemosinarius ipse teneatur dictas domos Eleemosinariae et possessiones eiusdem manutenere reparare cultuare et meliorare, iuxta facultatem proventiuum dicti officij. fructusque redditus et proventus eiusdem levare petere recuperare et exhibere, et ipsos in Eleemosinam praeordinatam et alias ad opus et utilitatem dicti officij committere. de receptisque libratis et administratis singulis annis in caplo generali et durante dicto caplo bonum et legalem computum reddere et exhibere. aut saltem ipsum computum completum in facie ipsius capli generalis quolibet anno exhibere et realiter tradere teneatur et debeat, sub poena excois sicut de alijs officijs istius monasterij debentibus computa reddere supra ordinatum esto nec de praemissis ipse sub Eleemosinariis se intromittere adhebit nisi tantum modo de servitio Ecclesiae, administraoe seu etiam distributi

one Eleemosinae

one Eleemosinæ fieri consueta ~~sit etiam~~ de visitatione ipsius
hospitalis dum et quando opus fuerit, vel missi ex permissione ip-
sius Eleemosinarij aut etiam pro Eleemosinario alias legitime im-
pedito. Et tenebitur ipse Eleemosinarius in domo Eleemosinaria
suam residentiam facere, et in camera subeleemosinarij consueta
et ibm libram suam vendeliet in domo Eleemosinaria recipere et
vivere tanquam Religiosus, bene et honeste conuersari, et
cursum missarum Hebdomadamq; evangeliorum facere sicut alij
claustrales et Hebdomadarij evangeliorum in prte monrio facere
consueuerunt et semper cum ipso Eleemosinario bonam pacem con
cordiam, et unionem tenere et habere. et eidem obtemperare
quis concernit dictum officium Eleemosinaria

Et quia pfatus Eleemosinarius conquerebatur quod profatus 207
Dns Abbas, ad quem spectant decimæ tam vinorum quam bladorum
et aliorum leguminum in parochia B. mariæ de montana com-
pellebat per suos decimatores dictum Eleemosinarium ad soluendum
decimas de vino et alijs quæ ipse Eleemosinarius recolligit in
dicta parochia B. mariæ de montanea, de possessionibus et vineis
quas ipse habet in dicta parochia ad cam domus Eleemosinæ
ibm fatæ, quas etiam excolit expensis propris per manus suas
quod asserebat ipse Eleemosinarius esse contra priuilegia Apca
religioni profatæ concessa, de non soluendo decimas de possessi
onibus quas manibus propris excolimus. Vnde pfati Dni Abbas
et Reformatores attendentes quod nos tenemur, quantum possumus
dicta priuilegia manutenere et non contrauenire de consensu
voluntate et beneplacito ipsius Dni Abbatis, qui in favorem pau
perum, attento quod prædicta bona sunt usibus pauperum
secundum fundationem ipsius Eleemosinæ, dedicata ad hoc
expresse consenserunt, dixerunt et declararunt auctoritate
huius Sanctæ Reformationis, quod ipse Eleemosinarius de

prædictis

prædictis possessionibus vineis et alijs nullam de cœtero teneat decimam persoluere et nihilominus in aliqualem recompensationem pro missorum cum ipse Eleemosinarius possit infra claustrum pntis monasterij etiam durante banno sæpfati D. Abbatis quod habet in pnti villa S. Antonij, vendere vinum vinearum dictæ Eleemosinæ videlicet quod superorit factis vineis et facta Eleemosina, quod cedebat in maximum præiudicium dicti banni, statuerunt et ordinarunt quod ipse Eleemosinarius possit tantum vendere quolibet anno duodecim summatas vini, de vino tamen quod ipse recollegit in dictis vineis Eleemosinæ et sine fraude et non ultra

208 De officio custodis maioris altaris

Item pariter habet Dns Cellerarius ponere custodem Altaris et ipsum etiam remouere potest quandocunq sibi videbitur, et si fieri potest debet ipse custos esse claustralis pntis monasterij utiq maturus honestus et scientificus ut sciat peregrinos informare de omnibus et eisdem respondere ad quæsita et in principio sui officij debet iurare eidem Dno cellerario quod fideliter exercebit suum prædictum officium ad ipsum enim spectat esse ante altare et peregrinos recipere, cum omnibus oblationibus in quibuscunq rebus consistunt pro et noie præfati cellerarij, et cum reuerentia et deuotione debet semper ante ipsum altare existere et via oblata custodire, si tamen offerantur aliqua iocalia auri vel argenti, vel etiam panni serici, aut alia ornamenta seu etiam aliquæ petiæ argenti non monetati, debet illa exhibere Dno priori in caplo conuentuali ad custodiendum donec ad caplum grale proximum. caueat tamen ipse custos altaris pariter etiam alij officiarij seruitores altaris, ut est Brassarius, et Luminarius, ne quando dicuntur Missæ conuentuales, in dicto magno altari ab offertorio missæ, usq ad Eleuationem corporis christi existant quinimo ab ipso altari debent esse totaliter separati et remoti quoniam tunc oblationes q fient in ipso magno Altari spectare debent

tare debent ad ministros ipsius Altaris iuxta declarationem
super præmissis superius factam, debet insuper ipse custos Al:
taris prouidere de cera pro seruitio dicti magni altaris et pro
tædis faciendis ad seruiendum, nedum in dicto magno altari
sed etiam in omnibus capellis magnæ Ecclie, et debet omnino
totaliter prouidere, quod semper sint die noctuq tres cerei
boni et honesti ardentes ante ipsum altare magnum et continuo
incensi, et ultra in matutinis missis vesperis debent esse tres
ante altare ardentes singulis diebus, et interdum quatuor
in festis duplicibus, et in capella S. Brachij continue debet
esse unus cereus semper illuminatus, pariter etiam debet ipse
custos prouidere de candelis tortijs pro missis dicendis in
capellis pro qualibet missa unum tortium et de omnibus hostijs
pro missis celebrandis in ipsa magna Ecclia. Item etiam de
oleo pro lampadibus ardentibus ante magnum altare et lam:
pade ardente ante capellam bossuandi, quas tn debent accen=
dere, et circa hoc curam habere magnilherij ordinarij ipsius
ecclie. Item etiam ipse custos altaris debet prouidere de
mappis pro seruitio altarium istius Eccie, et oes mappas ad
ipsum Altare prouenientes ea de causa reseruare, et dum et
quando erit necesse ipsas ministrare ulterius etiam debet pro=
uidere de tela pro faciendo fieri Albas grossas tum pro capellis
quam pro reuestiario Pariterq pro faciendo supplicia grossa
Item tenetur prouidere de funibus pro campanis tam grossis
quam alijs, etiam pro campanellis capellarum, et prouidere de
thure pro seruitio ipsius Eccie, debet insuper ipse custos altaris
tenere et continue unum seruitorem clericum secularem, qui
vulgariter luminaria, quæ in omnibus circa præmissa de:
bet, diligenter attendere et ministrare necessaria et præcipue
debet curam

debet curam habere circa Coereos illuminandos et maxime tres super nominatos. Item singulis diebus in matutinis ministrare candelas religiosis ibidem existentibus secundum consuetudinem hactenus obseruatam. Item quando sunt peregrini debet petere pro luminaria, caueat tamen ne nisi in necessitate ante altare stet ad traden: osculari crucem ferream, nec etiam peregrinos cum importunitate inuitet vel etiam inducat, sed cum bona grauitate et deuotione hoc faciet. ministret etiam tædas necessarias et oleum pro supradictis lampadibus, et in omnibus studeat bene et fidelis cum prouida diligentia in præmissis fideliter seruire. custodiens oblationes ad dictum altare prouenien ad opus et utilitatem Dni cellerarij ipsius monasterij, et ita eidem iurabit quando ipse Dns cellerarius eandem luminariam ponet in ipso officio sicut ad ipsum expectat omnino ponere dictum luminarium et alias faciat dictus custos altaris, et ipse luminarius 2dum laudabiles consuetudines hactenus in pnti monrio Respectu sui officij obseruatas

209 De officio Magri Magnilleriorum

Item vlterius pfati Dni Abbas et Reformatores insequen anti qua statuta huius pntis monasterij, nec non laudabiles obseruantias eiusdem ordinarunt et huius sacræ Reformationis auctte statuerunt quod officium magri magnilheriorum sit et esse debeat, prout hac: tenus semper fuit in pnti monasterio quodquidem officium pro tempore obtinens debet esse religiosus claustralis huius pntis mo: nasterij et habet cameram suam super Eccam a parte pinnaculi et iuxta ipsum pinnaculum; in qua tenetur dormire et pernoc: tare, quiquidem magister magnilheriorum, vltra libram consuetam claustralibus dari solitam, consueuit singulis diebus recipere in conuentu dimidiam miccam, et vnum pottum vini ad mensuram conuentus. Item pariter consueuit recipere duplicem distributionem

de omnibus

de omnibus distributionibus quae fiunt manuali in choro pro anniversarijs et sepulturis defunctorum et alijs distributionibus excepta fundatione missae Dni nostri Regis Item raoe sui officij praedicti ipse pest omnibus magnilherijs ecclae maioris S. Antonij tam ordinarijs quam extraordinarijs, et eidem ipsi magnilherij in his quae concernunt eorum officium tenentur obedire, et ubi ipsi defuerent in eorum officio dictus mgr Magnilheriorum potest ipsos punire, et remouere eis vinum et eorum libras. Item ipse Magr magnilheriorum tenetur ex suo officio habere oculum et aduertere quod dicti Magnilherij bene et debite pulsent campanas in omnibus horis canonicis diurnis pariter et nocturnis necnon etiam in Missis conuentualibus et alijs missis quae consueuerunt pulsari. videlicet missa prima et missa bossicandi, prima Missa regis Jacobi, missa quatuor Doctorum S. trinitatis, et aliae in quibus ordinatum est deberi pulsari necnon etiam pro gratijs et officijs mortuorum aut etiam de sero secundum varietatem temporis campanam quae vulgariter dicitur Recueillie et quod pulsent cum bono et sufficienti tractu prout antiquitus laudabiliter solebat fieri, et als cauetur in antiquis statutis, et in pluribus diffinitionibus super hoc factis ordinand nihilominus Pfati Dni Abbas et Reformatores quod ipse magr magnilherior de coetero diligenter in praemissis deat aduertere et in oibus prouidere sub poena suspensiois sui offy praedicti Magnilheriae si in praemissis negligens aut remissus fuerit. Item tenetur idem magr magnilheriorum visitare seu visitare facere quotidie horologium. pro quo debet quolibet sero recipere unum torsum a custode altaris, Item toties quoties dicitur missa de mortuis pro aliquo religioso defuncto debet ipse Magr magnilheriorum praeparare in choro cancellum una cum quatuor magnis candelabris ferri. finitaq dicta

missa

missa et officio debet idem remouere et ad locum suum reportare
Item pariter tenetur pulsare seu pulsare facere campanas chori
in introitu matutinorum et vesperarum quoties fit officium
duplex aut semiduplex in ecclia etiam in introitu missarum con:
uentualium, et in fine earundem in missis solennibus duplicibus
et semiduplicibus, Item pariter post vesperas debet dictas campanas
pulsare pro vigilijs mortuorum. Item quoties fiunt processiones
solennes debet esse in pinnaculo ad faciend pulsari debite ipsas cam:
panas. Item caueant ipsi magr magnilheriorum et magnilherij
ne deinceps presumat pulsare magnam campagnam nisi in diebus
solennibus et solitis, aut nisi ordinatum fuerit in caplo conuen:
tuali, vel super hoc Dns Abbas dederit licentiam ex aliqua honesta
causa. Item quod ipse magr magnilheriorum tenetur pulsare
certam campanam de paruis pro gratijs, in prandio dicendis, vnde
prefati Dni Abbas et Refortores declararunt, quod ipse sit in pran:
dio cum alijs in Refectorio poterit exire absq licentia de ipso
Refectorio etiam alijs in prandio existentibus, ut vadat ad pulsan:
dam dictam campanam, Item ordinarunt prefati Dni Abbas et Re:
fortes quod semper in ecclia maiori dormiant duo magnilherij
ex ipsis ordinarijs et diebus quibus Reliquiae sunt super altare
debeant dormire ipsi tres magnilherij sicut hactenus consuetum
est. Item ordinarunt prefati Dni Abbas et Refortores quod de coetero
ipsi magnilherij et quilibet ipsorum in sua septimana teneant
et debeant pulsare campanam pro sermone quorumcunq fratrum
Religiosorum et aliorum in dicto monasterio praedicantium sine
quacunq differentia, postquam tamen dicti fres pro sermonibus
faciendis fuerint per dnum Abbatem aut priorem claustralem
admissi

240 Quod oes officiarij et Bnficiati in
monasterio S. Antonij dent oia documenta
et lras sua officia concernen in uno coffreto
clauso ad capellam ouom sanctor deferre et
in magno

in magno armario eius ponere

Item pfati Dni Abbas et Reformatores cupien officia humor supius descripta in suo bono iure et statu conuersari et manutenere, ordinarunt et statuerunt quod omnes officiarij seu etiam beneficiati istius prasentis monasterij teneantur et debeant oia documenta literas et instrumenta sua predicta officia quouismodo concernentia quilibet ipsorum in vno coffreto ponere et sub claue claudere quam clauem penes se quilibet ipsorum custodiet, et ipsum coffretum ad Ecclam deferre, videlicet in magno armario existen in capella oium sanctorum dicte Ecclie cuius armarij claues unam habebit prior claustralis seu subprior pntis monasterij, et alias duas procures conuentus, qui quoties expediens fuerit ipsis officiarijs, et beneficiatis dictum armarium aperient, et ipsa documenta ministrabunt, prouiso quod ipsa demum ibm reponant, et ut facilius quilibet dictorum officiariorum suum pdictum coffretum reperire possit, desuper descriptum erit nomen illius officij seu etiam beneficij, et ista praeceperunt infra unum annu debere fieri omnibus officiarijs et beneficiatis huius monasterij prout quomodolibet tangit

Quod Dns Abbas det conferre cameras cum officijs cum vacauerint 211

Item pfati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt quod quando in hoc Monasterio S. Antonij Viennen vacabunt officia, quae ex antiquo habent eisdem offijs annexis cameras et per ipsos officiarios teneri solitas, Dns Abbas conferat cum ipsis officijs cameras dictorum officiorum nec alijs praefatas cameras siue domos conferre possit quomodolibet vel donare quod si contrarium ipse Dns Abbas facere voluerit, habeatur recursus ad caplum grale

Quod officiarij huius Monrij tenentur omni anno semel computum reddere 212

Item pfati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt ut illi officiarij huius monasterij qui ex eorum officio vel alias secundum statuta ipsius ordinis et huius sacrae Reformationis institutiones tenentur singulis annis in caplo Generali computum reddere

putum reddere ut sunt operarius et Eleemosinarius. Necnon illi similiter qui omni anno in dicto termino tenentur eorum inuentarium reddere commisse ad hoc per dictum caplum generale teneant et debeant omni excusatione cessante sub poena excois durante ipso generali caplo sua computa prædicta et alij sua prædicta inuentaria realiter et cum effectu exhibere, et infra unum mensem a diffinitione ipsius capli computand ipsa computa et inuentaria efficaciter et integraliter reddere. præcipien auditoribus computorum et vocalium visitatoribus, sub dicta poena et sine difficultate qualibet infra dictum tempus prædicta computa audire debeant, et inuentaria præmissa fideliter verificare, visitare et alia facere, q super præmissis necessaria fuerint vel alias quomodolibet oportuna

213 Hic commendantur seu approbantur festa O quæ seruantur in aduentu seu quadragesima et datur ordo inter officiarios monasterij

Item pfati Dni Abbas et Refortores approbarunt et verificarunt consuetudinem huius mon ry super officijs et officiarijs qui consueuerunt tempore aduentus seu quadragesimæ in hoc mon rio facere collationem vocatam O. decenen ut præfata consuetudo tanquam laudabilis perpetuo obseruetur, et quoniam in cunctis rite gerendis rebus ordo quam maxime non solum utilis quin etiam pernecessarius est pfati Dni Abbas et Refortores auctoritate Aplica deputati inter officiarios huius mon ry S. Antonij viennen, et alios beneficatos et claustrales ipsius monasterij sequentem et infra scriptum ordem voluerunt, decreuerunt, et iusserunt perpetuo obseruari, et hoc tam in choro caplo processionibus et alijs locis communibus, in quibus in unum habebunt se ad inuicem congregari. In primis videlicet ut sup dictum est inter ipsos officiarios debet omnino præcedere Dns prior claustralis, et in absentia subprior, et demum Dns cellerarius. Item consequenter operarius ut præceptor generalis Vapinci. Item et successiue sacrista maior et post sacrista B. Mariæ. ubi aut Dns prior est præsens, Dns subprior consueuit venire post sacristam B. Mariæ. Item consequenter

cabiscolus

cabiscolus curatus villæ Brassarius Infirmarius Eleemosinarius pietantiarius Magr capellarum, Item subcabiscolus seu magister nouitiorum camerarius curatus de vinay curatus S. Joannis curatus montanea, Rector magdalenes et subeleemosinarius. Item consequenter alij rectores aliarum capellarum secundum eorum antiquitatem Item magister magnitherioru et successiue alij claustrales secundum eorum maiorem antiquitatem in religione et nullus non claustralis præsumat præcedere claustrales, neq non beneficiatus beneficiatum nisi alias essent graduati videlicet licentiati non beneficiati quo casu inter maiores officiarios post sacristas et cabiscolum annumerentur si vero essent doctores non beneficiati inter sacristas ordinentur et præmissam ordinationem pfati Dni Abbas et Reformatores in hoc monasterio ordinarunt perpetuis futuris temporibus obseruandum

Ordo inter præceptores gnrales residen et superuenien et huius monasterij officiales seu officiarios 214

Inter præceptores vero et officiarios huius monasterij pfati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt ut oes præceptores generales ordinis ad hoc monasterium declinantes seu in ipso monasterio residen haben in suis domibus seu præceptorijs congregationem Religiosorum in diuinis deseruientium seu sibi subditas inferiores præceptorias ipsius ordinis iuxta ipsorum præceptorum ordinem inferius declaratum in hoc monasterio post Dnos priorem et celletarium præcedant omnes alios officiarios huius monasterij S. Antonij viennen et idem post ipsos supradictos pceptores gnales obseruandum voluerunt et ordinarunt de alijs præceptoribus non generalibus in quorum pceptorijs horæ canonicæ dicuntur, et ut dictum est subse subditas habentibus, et idem etiam de præceptoribus non generalibus si als doctores essent, circa autem alios præceptores generales ordinis, qui non habent in suis domibus seu eccijs congregationem

Religiosorum

Religiosorum in diuinis deseruientium nec sibi subditas preceptorias tales preceptores secundum eorum ordinem ordinentur et ponentur post sacristas et subpriorem ante oes alios officiarios, alij autem non preceptores generales si sint de maioribus, vel alias etiam de nedioribus et presertim presens claustrales iuxta ordinationem ale super hoc in prati capitulo factam, post sacristas subpriorem et inferiores preceptores generales immete ordinentur incedant et ponantur et supradictum odinem pfati Dni Abbas et Reformatores voluerunt ordinarunt et decreuerunt perpetuis futuris temporibus obseruandum

215 De Vnionibus Officiorum faciendis certis officijs per generale capitulum

Item pfatis Dnis Abbati et Reformatoribus dictum fuit expediens et utile quod in proximo futuro capto generali fiant Vniones aliquorum beneficiorum ordinis officijs huius claustri monasterij S. Antonij Vienn videlicet officio prioratus Sacristarum infirmarie camerarie et Eleemosinarie attenta tenuitate ipsorum officiorum. Ita tamen quod ipsis Vnionibus factis, si videatur ipsis Dnis diffinitoribus pfati capituli gnralis expediens fore imponantur ipsis officijs quibus Vniones facte fuerant aliqua onera ipsa officia concernentia ad arbitrium et diffinitionem ipsius capituli generalis

STATVS PRÆCEPTORIARVM S. ANTONII Viennensis

Circa statum præceptoriarum et præceptorum tam generalium quam aliorum ordinis seu Religionis S. Antonij Viennens: a monasterio prædicto S. Antonij mediate vel immediate Dependentium 216

Cum ipse ~~præceptor~~ præceptoriæ et præsertim generales sint membra præcipua et honorabilia ipsius Religionis merito de ipsis præceptorijs est dicendum et primo de ipsis præceptorijs gralibus q. in ordine sunt hæ, præceptor Ranuersi, flandriæ et parisijs præceptor de Roestorff et hoest præceptor Tussiæ. præceptor camberiaci. præceptor Hispaniæ seu castroxeris. præceptor Angliæ, prior vrbis. Præceptor pontismontionis, leoduen nuncupatus, præceptor Nauarræ seu ollit. præceptor boteriarum. præceptor Aromeniarum, præceptor Aluerinæ. præceptor Apuliæ, præceptor de isenheim, præceptor hungariæ. præceptor de Gruennenberg, præceptor Memmingen. præceptor Trecensis, præceptor Vapinien præceptor Albensis. præptor constantiens. præceptor Norgiarum, præceptor de prittino als de Liechtenberg, Præceptor foresij præceptor s. crucis

præceptor s.

praeceptor S. Medardi praeceptor Cabillonis. praeceptor S. Victoris praeceptor Masticonens. praecep Gratianopolitanus praeceptor Albae terrae praeceptor Massiliae praeceptor Viennae praeceptor Turrispini. praeceptor Golonum, praeceptor Anomasij praeceptor Barroducis, praeceptor Chipri

217 Et cum supranominatae praeceptoriae sint et dicantur generales praeceptoriae huius ordinis S. Antonij vienn immediate ab isto Monasterio dependen. haben suas balliuias per se distinctas, haben sub se fratres Religiosos ordinis in suis balliuijs deseruien in diuinis et alias ut plurimum eiusdem subiectas praeceptorias sub se haben in quibus vacationis tempore alios habent instituere sibi subditos praeceptores quae siquidem generales praeceptoriae iuxta tenorem decreti Apostolici super hoc editi dignitates sunt, et adinstar aliarum dignitatum post pontificales maiores teneri et reputari debent Ipsisq praeceptorijs et ipsarum cuilibet cura imminet animarum, et alias in religione ipsa inter alias praecipue maiores et digniores praeceptoriae reputandae sunt et tenendae, ne imposterum dubitatio ulterior in ipsa religione remaneat. quae sint et quae non, in ordine ipso praeceptoriae gnrales. Praefati Dni Abbas et Reformatores auctae Aplica deputati dicunt declarant et diffiniunt supdictas praeceptorias superius seriatim secundum ipsarum ampliorem auctem, et in ordine praeeminentiam nominatas descriptas, et declaratas, et ipsarum quamlibet esse et esse debere, et ab antiquo fuisse in ipso ordine seu Religione S. Antonij praeceptorias generales decernendum et auctoritate huius sacrae Reformationis statuend, et ordinand, ut de coetero pro talibus absq dubitatione qualibet in tota ipsa religione perpetuo teneantur, et habeantur.

218 Aliarum vero praeceptoriarum quae subditae communiter dicuntur nomina sunt haec. et primo subditae praeceptoriae Ranuersi

184v

Præceptor Taurinensis de fossano, præceptor Mediolanensis, q
habet sub se Cuuanum et de clauaxio, de Carestis Alexandriæ
Cremonæ qui habet sub se præceptores Mantuæ, veronæ et de Busseto
de palma qui habet sub se præceptores Regij, et Mirandulæ Bo
noniæ habet sub se Carpi ferrariæ mutinæ Brissiæ venetiar
Sacuæ Asten et placentiæ. subditæ flandriæ, præceptor Barbæ=
fossæ Subditi de Roestorf, præceptor Coloniæ præceptor Alzeiæ
præceptor maruillæ et præceptor Brijæ in silesia et habet præ=
ceptor Alzeien sub se præceptoriam cluien cuius collatio et
inuestitura ad præceptorem de Roestorf et hoest et pntatio ad
præceptorem Alzeien pertinent, subditi Chamberiaci pceptor
Bernæ, Subditi pontis montionis de Leodien nuncupat præ
ceptor Traiecten. subditi hispaniæ præceptor portugalliæ
Siciliæ de Thoro de Toleto de olfaro Salamantiæ Atien Sego-
biæ, Conchien, villæ regalis cadefalsi cordubæ, Subditi Bote:
riarum seu lemonien qui habet conferre et instituere, Chansanræ
panternæ, de malo attractu, de nemore pontis Abbati lachanniæ
de plantades estans, de Caribate foilladæ focalderiæ, de lolayo
Subditi Nauarræ, perpignini, Seruerij. ylendæ Seragusten
valen Maioricarum de vallibus. Subditi Aremoniarum de
Columbejo, de Ruffeio, de Bourbone, de Bisantio. frigidi vallis.
de Marchia. Subditi Alumnæ præceptor montis ferrandi Bayl:
lion, de vergongio, cuffreti, Corroti, de Nebosaco S. Donantij
Subditi de Isenheim, curatus in Isenheim, præceptor Argentinæ
Subditi Apuliæ præceptor de serua præceptor de caieta, de Bar.
leta. Taurinensis, de sermona Sanciæ et padulæ. S. seuerini
capiri, de Astrologia. de pastena. et vens Siciliæ fundorum
Subditi Trecens. præceptor Rothomago. Subditi in Gruenen
berg. præceptor Damassm, qui habet sub se Morkirchn. qua:
rumquidem præceptoriarum subditarum fuerunt taxatæ pen
siones annuæ in signum superioritatis ut sequitur. subditi
Vapincensis

Vapiniensis De Bayns Vnum florenum de Alysia unum florenum de Amsaur, unam libram Ceræ de clareto unam libram ceræ de Sardina, de aula unum florenum Subditi Albiniens. de Turnone Gabelliam, pratellarum, Subditi S. crucis. prior pontis en Roganis de Basseigio. præceptor castri Diensz. præceptor S. Juliani Prior S. Stephani, de Mediolo. prior Veronæ. prior S. penderoia. prior de Ansage, et vallis Caprillarum. Subditi S. Medardi. præceptor de Busano. prior Sibiæ. prior S. Romary. prior S. Salvatoris prior de Vmbleryis, Subditi Cabillonen. præceptores Charneyo. Subditi Masticonen. præceptor pontis corrallis. Subditi Massiliæ Cerareste. de Aquis de padio Ricardo. Subditi Albæ terræ præceptor Burdegalen. de Artigilonge de clareto, de Brullio, de cayereto de granducastaneo, de Biegato, excidulco, de pissone, Subditi Golomm præceptor de Transuersa

219 Quæ Siquidem præceptoriæ ideo subditæ nominantur quia subijciuntur immediate præceptoribus suis generalibus, et ab eis recipiunt institutionem in ipsis præceptoryis, et ipsas præceptorias superius nominatas præfati Dni Abbas et Reformatores subditas esse dicunt, et diffiniunt et declarant, per hoc tamen nulli ipsorum præceptorum iugum nonæ et insolitæ subiectionis intendunt imponere nisi si et quatenus supradictis præceptoribus gnralibus prius subditæ erant nec nonam Collationem seu institutionem cuiq ipsorum præceptorum attribuere nisi iuxta obseruantiam et consuetudines super hoc obseruatas ita quod ipsis præceptoribus tam generalibus quam subditis ius suum integrum et illæsum, iuxta antiquam consuetudinem debeat obseruari

220 De præceptoryis subditis quæ sub se habent alias præceptorias sibi subditas

Item ex ipsis præceptoribus subditis, quidam hnt sub se alias eis subditas præceptorias, super quibus etiam præfati Dni Abbas et Reformatores nihil nouare intendunt, sed stare volunt consuetudini

suetudini super hoc obseruatæ ius suum illæsum præceptori cuilibet reseruando

Præceptoriæ de mensa Dni nostri Abbatis 221

Item sunt et aliæ præceptoriæ ordinis quæ vulgariter dicuntur et nominantur præceptoriæ de mensa Dni Abbatis licet perpetuas administraões consueuerint habere quæ siquidem præceptoriæ plenoiure subyciuntur ipsi Dno Abbati, et ipsarum oium collatio et institutio ad Dnum Abbatem pertinent et expectant quarum præceptoriarum nomina sunt hæc

Et primo præceptoria Montispessulani, et caperdolæ præceptoria Ditriensis Narbonens. Alben Anuilliani Nemausi Alesti Valriaci Balnerlar. Carcassonæ de limoso. castri noui. De arrio, de lauturo Tholosæ Pergamestar. Montislusini. pontis de Rat, de Calurco et montis Albani. Sittis Albani

Sunt et aliæ præceptoriæ unitæ Dni Abbatis videlicet præceptoria Thussiæ superius dictæ. Præceptoria de marnanco Lugduni et Neronis. idem Dns Abbas habet pntationem Ecclarum parochialium S. marcellini et de Ribone extra Monasterium

Item est præceptoria Auinionen unita prioratui vrbis et habet subse præceptorias Filaten et Tabesony. Item est prioratus S Leonardi de ferraria, quæ est de iure patronatus Dni Marchionis ferrariæ, et ad institutionem Dni Abbatis. Item est pariter præceptoria Domus S. Antony Leth in Sassia ad pntationem patroni laici et institutionem seu collationem Dni Abbatis prædicti

De certo numero Religiosorum cuiuslibet præceptoriæ 222

Et quia inter cœtera Altissimo grata fuerint in locis Ecclesiasticis diuina seruitia et officia pfati Dni Abbas et Refortores Auctæ Aplica deputati inhærentes statutis antiquis ipsius Monasterij et ordinis statuerunt et ordinarunt numerum religiosorum in singulis præceptorijs in diuinis seruire debentium perpetuis futuris temporibus in hunc q sequitur modum

Et primo in præceptoria Ranuersi debent esse duodecim fratres

fratres claustrales in diuinis deseruire debentes et in præcep:
toria Flandriæ in duabus domibus videlicet de Balcolo et
parisijs in qualibet ipsarum sex Religiosi. in præceptoria de
Roestorf et Soest duodecim in præceptoria Tussiæ octo Cham:
beriaci octo in præceptoria Angliæ in prioratu vrbis quatuor
in præceptoria pontismontionis septem in Hispania octo in
præceptoria Boteriarum sex in præceptoria Nauarræ sex
in præceptoria Aluerniæ seu Frigiarum quatuor in præceptoria
Armoniarum octo in Memmingen quatuor in Ysenheim octo
Apuliæ sex. vngariæ sex. Trecensis sex. Scotiæ quatuor Gru:
uenberg decem Vapinci sex. Norgiarum sex. pritnio sex. fore:
sij quatuor S. crucis quatuor. S. Medardi quatuor. Burgi
quatuor. Cabilonen tres. S. Victoris tres cum curato. Mastico:
nenses tres. Gronopoli duo. Massiliæ duo Viennæ unum,
Albæ terræ quatuor. Turrispini unum Galomini quatuor
annouatij unum. Barroducis quatuor. cipri quatuor Rdycien
præfati Dni Abbas et Reformatores quod in prædicto Religi
osorum numero non includantur præceptores ipsarum domorum

223 In alijs autem præceptorijs ordinis sit fratrum numerus sub
sequenter designatus. in præceptoria seu præpositura S. Dalmasij
quatuor fres in Fossano quatuor. In Mediolano octo, In
Ranassio Duo in corasto unum. Alexandriæ unum, in Cremona
sex. in Verona unum in palma quatuor Bononiæ duos in
bussia duo. Venetijs quatuor Larnæ unum. Asten Vnum. pla:
centiæ duo. Mantuæ unum papiæ in Cerdona unum. in præ
ceptoria ferrariæ matuæ unum in subditis Tussiæ videlicet
Videlicet in præceptoria ordinarum videlicet Anetæ unum
parisij unum. Fabriani unum de Verbano unum. Item in
alijs vero domibus

186 v

alijs ~~vero~~ vero domibus subditis praeceptoriae Tussiae semper loco praeceptorum sit unus Religiosus in subditis praeceptoriae Apuliae supranominat ubi facultates non suppetunt ad minus ubi praeceptor non residet sit unus Religiosus

Item praeceptoria Barbefossae subdita Flandriae quinq religios in castaneto duos, in praeceptoria Rotomagi subdita Trecen duos in praeceptoria traiecten subdita pontis montionis quatuor, in praeceptorijs subditis praeceptoriae Boteriae primo in praeceptoria Landae sex. focalderiae sex. paulione duos Malaretis duos. de Nemore unum, pontis Abbatis duos de plantata duos de Estans tres, de caritate sive Marcolusio quatuor, De foelada tres. Chassaniae duos in praeceptorijs subditis Landae. videlicet in Angleis duos. Clissn unum in subditis Albae terrae in praeceptoria Burdegalen duos, in alijs aut ubi non residet praeceptor. saltem sit semper unus residens religiosus, in subditis de Golomnio pariter. in subditis praeptoriae Alummae, in praeceptoria montisferrandi tres in Billonio unum, in Carrato duos. in S Amantio duos, in Tusseto unum, in Nebossaco unum, in membris praeceptoriae foresiae videlicet in barra unum, in S. Anemundo unum, in subditis Aremoniarum, in praeceptoria Bisontinen duos, in praeceptoria frigidae vallis unum, in praeceptoria de Ruphegio duos, in Marchio duos, de Borbono unum, de columbeio unum. in praeceptoria pontis Tharallis subdita Masticon unum, in praeceptoria de carneio subdita Cabillonen unum, in domibus subditis praeceptoriae S. crucis et in prioratu pontis in Rogamo quatuor inclusio curato, in alijs acit quilibet resideat in sico beneficio aut loco ipsius unum Religiosum teneat. ubi acit facultates non suppetunt, resideat in praeceptoria generali iuxta antiquum istius monasterij morem, in subditis S. Medardi videlicet in prioratu de Bussanis vinum. in alijs autem

fiat ut dictum

fiat ut dictum est de Vapinco, in subditis Albenen reducti sunt in domo generali in subditis Massiliae quilibet resideat in suo beneficio, vel loco ipsius unum Religiosum teneat. in praeceptoria Bernae subdita Chamberiaci duo in prioratu de paruchio unum. in praeceptorijs subditis de Roestorff in colonia sex in Alzeia quatuor, in Maruilla duo et Briae duo. Item in praeceptorijs subditis praeceptoriae in Fenheim in Argentina duo in Basilea duo in subditis in Brunenberg in Demessin decem, in Morkirchy quatuor, in Preslaw quatuor in subditis Hispaniae. primo in portugallia duo, ceuliae unus de Thoro unus de Toleto unus, de Alfaro unus. Salamanticae unus, Segobiae unus, de Atrense unus, Couchion unus, villae vegalis unus, eadisulsi unus eordubae unus in subditis Nauarrae videlicet pergamani quatuor, Seruone tres, Lendae duo, de Saragusta tres, valentiae tres, Maioricarum tres, de vallibus unus in Cura S. marcellini duo claustrales in cura Roybonis unus. in Marnanco sex, in Bugandio unus ultra praeceptorem. in praeceptorijs linguae occitanae primo in praeceptoria liberonis ordinarum unum in praeceptoria Auinionis, in praeceptoria montispessulani, et capdolij unum Biterij duos Narbonae unum, De Amilliano duo Albiae duos in alijs autem praeceptorijs linguae occitanae vulgariter dictis de mense teneantur praeceptores omnino Residere quod si ex causa nostra et legitima et ad hoc legitime licen in eum casum teneantur saltem loco ipsorum tenere unum Religiosum. in praeceptoria Lugduni duos in alijs autem praeceptorijs ipsius ordinis duos, et si quae sint, ultra superius nominatas aut etiam si de nouo instituantur

187v

stituantur seu fundentur ponantur fratres secundum possibi
litatem et valorem ipsarum praeceptoriarum ita quod in omnibus
praeceptorijs quantum magis fieri poterit seruitium Ecclesiasti
cum fieri debeat, et est sciendum quod in numero Religiosorum
superius expressato non includuntur praeceptores ipsarum
domorum supradictorum aut Religiosorum numerum praefati
Dni Abbas et Reformatores considerant quod secundum statuta
et qualitates temporum plerumque variantur humana, statuerunt
et ordinarunt in ipsa Religione perpetuo obseruandum, nisi
ex causis ronalibus et legitimis per dnum Abbatem qui fuerit
pro tempore augendus esset numerus vel etiam minuendus

Quae praeceptoriae tenentur habere ora- 224
toria et hospitale

Item praefati Dni Abbas et Reformatores inhaerentes statutis an
tiquis istius monasterij statuerunt et ordinarunt auctoritate
huius sacrae Reformationis quod oes praeceptores huius ordis
tam generales quam generalibus subditi et quicunque alij
praeceptorias obtinent quarum praeceptoriarum fructus vltra
centum florenos auri de camera ascendunt non haben in dictis
suis domibus hospitale aut oratorium infra tres annos prox
imos teneantur efficaciter et debeant aedificare seu aedificari
facere hospitale necnon oratorium si non habent in dictis suis
domibus, Alioquin lapso ipso triennio ipso facto beneficijs
suis supradictis suspensi sint et nihilo minus ad privationem
beneficiorum suorum praedictorum procedatur prout Iustitia
suadebit

Quod nullus praeceptor pro seruitio 225
Ecclesiarum seu praeceptoriarum tenere
possit praebyteros seculares sed Religiosos

Item cum superius ordinatus et statutus fuerit numerus Religiosorum in quibuslibet ipsius praeceptorijs praefati Dni Abbas et Refortores aucte aplica deputati voleri ut dictus numerus religiosorum integraliter in singulis praeceptorijs habeatur et obseruetur statuerunt et ordinarunt inhaerentes statutis antiquis ipsius monasterij ut nullus praeceptor ipsius ordinis in praedictis domibus pro seruitio Ecclesiarum seu praeceptoriarum teneat seu tenere possit sive debeat praesbyteros seculares in diuinis deseruientes, sed seruitium in dictis domibus fiat per Religiosos ipsius ordinis nisi aliqua necessitate ad tempus alr tolerandum esset, quousq Religiosi sufficientes et idonei haberi possunt. Adyccen quod quando fratres claustrales mittentur per praeceptorias ipsius ordinis pro eorum Residen facienda et pro in diuinis deseruiendo, diligenter inspiciatur qualitas ipsorum Religiosorum videlicet si sint sufficientes et idonei et etiam inspiciatur qualitas praeceptoriarum ad quas transmittuntur videlicet in ipsis praeceptorijs oes horae dicantur canonicae seu decantantur, quoniam in illis Religiosi magis sufficientes et idonei, quam in alijs requiruntur, quare super his Dni Abbas et Reformatores praefati considerationem debitam decreuerunt, et in antea voluerunt haben et tenendum

226 Item cum secundum priuilegia et indulta aplica, necnon consuetudinem a fundatione huius Religionis S. Antonij Vienn in concusse obseruatam praeceptores ipsius ordinis tam generales quam alij quicunq teneantur possint et debeant administrare sacramenta Ecclesiastica Religiosis in ipsis praeceptorijs commorantibus necnon infirmis utriusq sexus tactis morbo S. Antonij in hospitalibus ipsarum domorum

S. Antonij

S. Antonij residentibus ac etiam Conuersis et donatis ipsius ordinis, idcirco praefati Dni Abbas et Reformatores Auctte Aplica deputati dicunt et declarant et diffiniunt quod omnibus praeceptorijs ipsius ordinis tam generalibus quam alijs quibus cunq habentibus eccias et hospitalia ipsius ordinis in quibus sunt et morantur Religiosi ipsius ordinis et infirmi supradicti occasione habitae administrationis sacramentorum pdictorum cura imminet animarum salvo eo quod supradictum est de praeceptorijs generalibus quibus indifferenter omnibus ipsa cura imminet animarum

Quales debent esse personae q debent institui ad praeceptorias et alia bnficia Religionis 227

Item cum supradictum fuerit quod omnes Praeceptores gnales istius ordinis S. Antonij vienn raoe vesitationum correctionum et administrationis sacramentorum eisdem praeceptorijs seu ipsarum praeceptoribus incumbentium et imminentium, necnon oes aliae praeceptoriae ipsius ordinis non grales haben eccias et hospitalia ipsius ordis in quibus religiosi seu infirmi commorantur seu resident sint beneficia quibus cura imminet animarum pfati Dni Abbas et Reformatores auctte Aplica deputati. volen ut tales personae ipsius ordis in ipsis praeceptorijs seu beneficijs instituantur et ordinentur q sufficientes sint, scientia moribus et aetate insequend super hoc tam cois iuris dispositionem, quam constitutiones et ordinationes Aplicas. videlicet Dnorum Benedictae papae XII de beneficijs regularium canonicorum et vrbani V expresse de beneficijs huius ordinis S. Antonij vienn. statuerunt et ordinarunt, et huius sacrae Reformationis auctte decreuerunt ut nulla praeceptoria gnralis ipsius ordinis seu nec alia

qualibet

qualibet non gratis præceptoria, cui vel quibus ut præmissum
est imminet cura animarum de cetero a quocunq; conferri
possit quomodolibet vel committi nisi personis ipsius ordinis
expresse professis, quæ attigerint ætatis suæ vicesimum
quintum annum, Decernen proùt sunt ipsarum præcepto-
riarum collationes alr factas ipso iure irritas & inanes
tales aut quibus huiusmodi præceptoria collata fuerint, infra
annum unum computando a die collationis suæ possessivis
adeptæ se faciant ad omnes sacros ordines promoveri. quod
si cessante iusta & racali causa non fecerint, ipsis præceptorijs
seu beneficijs sint ipso iure privati, quæ eisdem iterum ea
vice minime conferantur. circa vero alia beneficia mi-
nora ipsius ordinis, quibus cura non imminet animarum
ut puta in quibus non est hospitale nec Religiosi, aliq seu
infirmi morantur nec commorari possunt propter fructuum
tenuitatem, & de illis etiam de quibus ordinatum est quod
Harum domorum præceptores vel priores in principali seu
generali domo a qua illa dependet residere debeant & morari
prafati Dni Abbas & Reformatores statuerunt & ordina-
runt quod talia beneficia etiam conferri non possint nec va-
leant nisi personis ipsum ordinem expresse professis, & quæ
ætatis suæ quartum decimum annum compleverint. decernen
etiam collationes aliter factas ipso iure irritas & inanes vo-
lentes & statuentes ut tales quibus huiusmodi beneficia collata
fuerint aduenientes ætate legitima se faciant ad sacerdotium
promoveri, alioquin cessante causa racabili, si promoti non
fuerint etiam ipsis beneficijs sint privati. eis nihilominus

quæ superius

189v

quæ superius in prima parte huius Reformationis de religiosis claustralibus et officiarijs huius monasterij ad sacros ordines promouendis dicta sunt in suo robore permansuris, decernen et declaran præterea Dni Abbas et Reformatores pfati constitutiones F R Bonifacij papæ VIII, necnon clementis quinti quæ prohibent religiosis pluribus præesse beneficijs, et etiamsi eis cura non imminet animarum, ad prædicta beneficia non curata ordinis pdicti S. Antonij debere intelligi et extendi

De Residentia q; habent facere præceptores in suis præceptorijs, et de licentia absentandi sead tempus a præceptorijs suis quam præceptores gnrales possunt concedere subditis suis 228

Item quia propter præceptoris absen præceptoriæ Ordis plerumq patiuntur tam in spiritualibus quam temporalibus læsionem dispendium et iacturam, Idcirco præfati Dni Abbas et Reformatores insequentes antiqua statuta huius monasterij S. Antonij vienn Auctoritate huius sacræ Reformationis statuerunt et ordinarunt quod singuli præceptores istius Religionis in suis præceptorijs et Balliuijs residen faciant personalem nec ab illis se quouismodo sine iusta causa absentent nisi forte raoe suarum administraoum aut als ex caa iusta et rationali hoc facerent qui vero Residentiam extra suam Administraoem facere præsumpserit, sine iusta caa et raoali, et licen super hoc essent legitime dispensati immediate sui beneficij fructus suspendantur, et si moniti ad sua beneficia non redierint, et Residentiam suam fecerint contra eos nihilominus ad priuationem suarum Administraoum seu præceptoriarum procedatur, secundum Iuris communis formam et canonicas sanctiones. voluerunt tamen Dni Abbas et Reformatores præfati. quod licet præceptores generales ipsius ordinis possint dare licentiam de non Residendo. Insequen super hoc ipsius monasterij antiqua statuta. præceptores autem ipsius ordis in hoc monas.

terio S. Antonij Viennen beneficiati vel alias ibidem Residere volentes censeantur Residere in suis beneficijs ac si in illis personaliter interessent, cum pro vtilitate Religionis hoc facere videntur

229 Quod præceptores generales possint esse Iudices delegati

Item secundum constitutionem Dñi nri sixti papæ moderni præceptores generales istius ordinis S. Antonij viennensis possunt esse Iudices a sede Aplica delegati, & eis causæ a sede Aplica possint & valeant delegari; præfati Dñi Abbas & Reformatores ad perpetuam rei memoriam omnibus ipsius ordinis præceptoribus deducendam voluerunt ipsam constitutionem inter acta Sacræ Reformationis inferendum cuius tenor sequitur in hæc verba

Sixtus Epus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam pastoralis officij sollicitudo nos admonet & Aplicæ sedis benignitas persuadet ut singulis quæ nris humeris incumbunt negocijs certo iustitiæ moderamine, pensatis opem & operam efficaces impendamus, quod personæ Eccliasticæ, quibuscunq; præsertim dictæ sedis onera gratuita deuotione suscipien illisq honoris condignos pervigilantiæ studium valeant feliciter adipisci. Attendentes igitur quod a longo tempore citra prædecessores nri Romani pontifices in primordijs pontificatus eorum cupien inter alia de præceptorijs generalibus ordinis quorumcunq; præterquam militarium egregijs personis & meritis salubriter prouidere, illas adinstar aliarum dignitatum in cathedralibus post pontificales maiores seu collegiatis Eccljs principalium, aut prioratuum conuentualium collationi & dispositioni eorum reseruarunt, prout etiam nos tunc illorum vestigia sequi in constitutionibus nris reseruauimus. quodq propterea ei ex alijs certis causis dignitates conferri possunt illasq pro

190v

Masq pro tempore obtinen ad caarum cognitionem, q
per sedem præfatam delegantur et scientia litterarum ac
morum integritate canonicis cathedralium Eccliarum nequa-
quam inferiores reperiuntur, ac præmissa prouida meditaõe
recensen dilectorum quoq filiorum moderni Abbatis monas-
terij S. Antonij de S. Antonio ordinis S. Augustini Vienn
diocesis ac uniuersorum præceptorum gnralium dicti ordinis
in hac parte supplicationibus inclinati auctoritate Aplica
pnti perpetua valitura constitutione sancimus, decernimus
et ordinamus quod præceptores dicti ordinis generales præ:
ceptorias duntaxat pro nunc et in futurum pro tempore ob:
tinen in lris Aplicis tam iustitiam quam gram aut vtramq
simul continentibus Judices et executores dari ipsiq in illis
tam Judicum quam executorum partes iuxta illam formam
suscipere et de causis quibuscunq Ecclesiasticis q ipsis commit-
tentur sicut personæ in constitutione f. R. Bonifacij papæ
VIII pdecessoris nri statutum expresse et designate cog-
noscere decidere et determinare libere et licite possint ac va-
leant prouidere, ac si in dicta constitutione quam etiam ad
eosdem præceptores aute supradicta extendimus sptr et ex
presse nominati et designati, erunt ipsoq pro talibus haberi
censeri et reputari debere. Volumus insuper quod pntes lræ
in cancellaria Aplica inter alias constitutiones extravagantes
in certo libro dictæ cancellariæ descriptas ad tam pntium quam
futurorum notitiam describantur. Nulli ergo oio hoium
liceat hanc paginam nræ sanctionis. constitutionis. statuti
ordinationis, extensionis et voluntatis infringere, vel ei
ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præ:
præsumpserit

præsumpserit indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum Datum Romæ apud S. Petrum Anno incarnationis Dnicæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo quinto decimo Kalen: februarij pontificatus nri Anno primo. S. de Spoda

230 Quod illa quæ ordinata sunt circa diuinum officium Ceremonias et Refectorium in S. Antonio etiam compleri debent in præceptorijs generalibus ubi sunt Religiosi

Item cum superius in prima parte huius sacræ Reformationis circa diuinum officium Ceremonias et alia Ecclesiastica seruitia plures et diuersæ ordinationes factæ fuerint præfati Dni Abbas et Reformatores aucte Aplica deputati voluerunt statuerunt et ordinarunt ut ea quæ super ipso Ecclesiastico et diuino officio nec non Ceremonijs et alijs Ecclesiasticis obseruantijs supradictis, statuta fuerunt, et salubriter ordinata quanto magis fieri poterit, et valebit obseruentur compleantur et fiant in quibus cumq. generalibus præceptorijs, ipsius ordinis et alijs in quibus est congregatio Religiosorum fratrum ibidem deseruientium. Adgcien et huius sacræ Reformationis aucte præcipien uniuersis et singulis præceptoribus tam generalibus quam alijs, in quorum domibus seu Ecclesijs ut præmissum est congregatio Frum est, et in quibus horæ canonicæ, decantantur. Insequend super hoc ordinationes plures istius monasterij et ordis ut in prandio et in coena ipsorum fratrum Religiosorum lectio quotidie legatur, et cum magno silentio auscultetur iuxta consuetudinem istius Monasterij. Ne iuxta dictum Regulæ B. patris nri Augustini. Solæ fauces sumant cibum sed etiam aures percipiant Dei verbum et ita de coetero in Vrse Sta obedientiæ pfati Dni Abbas et Reformatores perpetuo iusserunt

191v

iusserunt efficaciter observandum

In quibus præceptorijs horæ canonicæ decantentur et in quibus non et quæ divina in qualibet fiant 231

Item cum ad ampliationem Cultus divini in singulis ipsius Religionis præceptorijs fuerit factus numerus, superius ordinatus et inter coetera statutum fuerit, ut in præceptorijs ipsius ordinis per ipsos Religiosos, et non seculares presbyteros in antea deserviatur in divinis. Volen. prefati Dni Abbas et Reformatores totis viribus affectantes ut in ipsa Religione Ecclesiasticum officium ad laudem omnipotentis Dei et Beatissimi patris Antonij suscipiat incrementum diffinitionibus plurium capitulorum gnralium præteritorum, super hoc inhæren. Auctte huius sacræ Reformationis statuerunt ordinarunt, et diffinierunt ut ultra præceptorias tam generales quam alias ipsius ordinis, in quibus tam retro actis temporibus, quam adhuc hodiernis diebus horæ canonicæ decantantur in quibus præceptorijs nihil per istam Constitutionem innovetur vel alias quomodolibet immutetur, de coetero in omnibus et singulis ipsius ordinis præceptorijs et presertim generalibus in quibuscunq mundi partibus constitutis in quibus horæ ipsæ canonicæ non sunt solitæ decantari quarum præceptoriarum fructus quadringentorum florenorum auri de camera annuum valorem coiter ascendunt omnes horæ canonicæ per Religiosos ipsius ordinis sine intermissione qualibet perpetuo decantantur, in alijs aut præceptorijs tam gnralibus quam alijs, quorum fructus ducentorum florenorum auri similium valorem, annuatim Coiter ascendunt saltem qualibet die perpetuo dicatur una missa alta voce et etiam vesperæ cum nota ibm decantentur diebus Dnicis et festivis. Adycien. ut in alijs omnibus et singulis ipsius ordis

præceptorijs

praeceptorijs Eccliam et hospitale habentibus in quibus maius seruitium fieri non poterit, ad minus die qualibet perpetuo dicatur una missa si ad hoc facultates suppetant praecipien in virtute S^tae obedientiae et auctte Aplica iniungen oibus et singulis ipsius ordinis tam gnralibus quam alijs praeceptoribus ut hoc salutare statutum efficaciter in suis domibus et Ecclijs obseruent perpetuo et faciant obseruari, quod si intra duos annos proximos a publicatione huius sacrae Reformationis quae praemissio sunt adimplere integraliter neglexerint ipso facto elapsis ipsis duobus annis suis beneficijs sint suspensi, et nihilominus ad priuationem suorum beneficiorum elapso eodem tempore procedatur

232 Quod praeceptores in subditos eorum habent Iurisdictionem

Cum praeceptores generales ordinis S. Antonij vienn in sibi commissis domibus balliuijs et administrationibus, tam secundum statuta ipsius ordinis auctte sanctae Sedis Aplicae facta et roborata, quam ipsius religionis obseruantiam et consuetudinem ab institutione ordinis ipsius habuerint et habeant, habereq consueuerint, et debeant punitionem correctionem et superioritatem praeceptorq inferiorum et aliorum Religiosorum subditorum suorum et in suis balliuijs domibus et praeceptorijs degentium commorantium et delinquentium fueritq in ipsa religione et adhuc sic talis introducta consuetudo, quod ipsi praeceptores qui habent curam correctionem et administrationem Religiosorum frum in suis domibus et Eccijs in diuinis deseruientium et commorantium nec non infirmorum conuersorum donatorum. quaestor et aliorum subditorum suorum ipsos et eorum quemlibet moneant citent excoicent et euitent, excoicatosq per eos cum humiliter petierint, absoluant et alias citra beneficiorum priuationem seu depositionem ipsos puniant, corrigant et castigent secundum ipsius Religionis statuta

192v

statuta Regularia. igitur præfati Dni Abbas et Reformatores huius sacræ Reformationis auctte Aplica ad hoc sptr commissi et deputati Attenden præmissam ordinationem non esse a iure improbatam, quin imo receptam, cum ex consuetudine dubium non sit iurisdictionem acquiri, maxime cum ex foa statuti istius monasterij Aplica auctoritate prius facti omnimoda correctio et punitio eisdem præceptoribus. commissa sit et ipsius statuti tenore concessa, et etiam priores plebani aliqz inferiores prælati ut iura sonant, Jurisdictionem habeant in personis collegiorum suorum præfatam consuetudinem et obseruantiam super hoc approbatam, et tanquam æquam Juridicam præscriptam et legitimam acceptan et recipiendisdem omnibus et singulis ipsius Religionis S. Antonij Vienn: præceptoribus gnralibus nec non et alijs inferioribus præceptoribus congregationem tamen Religiosorum ipsius ordinis pro diuino officio et horis canonicis decantandis in suis domibus seu Eccijs habentibus huius sacræ Reformationis auctte concessum licitumq ac permissum esse diuinus declaramus et decernimus ut subditos suos præceptores inferiores et priores, nec non ipsius ordinis Religiosos Infirmos donatos quæstores et commissos, aliasq personas ordinis in suis eccijs domibus hospitalibus seu Balliuijs commorant seu deseruien Residen et delinquen pro suis culpis offensis inobedientijs et delictis Auctte huius statuti punire corrigere disciplinare, et cum opus fuerit incarcerare libris seu pietantijs, alijsq beneficiorum fructibus ad tempus suspendere Nec non de eisdem conquirentibus iustitiam ministrare, et ipsos et eorum quemlibet pro suis culpis et inobedientijs seu alijs rebus supradictis cum rão dictauerit excõicare, et ab eis excõicatos absoluere iuxta iuris formam. et istius ordinis institutiones et obseruantias regulares, salua in oibus auctte Dni Abbatis

si ad ipsum

si ad ipsum seu generale capitulum contingeret appellari seu alias super his recursum habere

233 Quod praeceptores pnt subditos eorum absoluere ab excoicatione propter leuem iniectionem manuum et in canonem. Siquis suadente

Item secundum iuris dispositionem inferiores plati etiam Regulares inter subditos simul viuentes qui per leuem manuum iniectionem in poenam canonis siquis suadente inciderunt absolutionis et reconciliationis beneficium possint et valeant impendere salutare praefati Dni Abbas et Reformatores raois paritate ducti idem de praeceptoribus generalibus istius Religionis S. Antonij vienn et alijs praeceptorijs congregationem Religiosorum habentibus erga suos Religiosos et subditos, necnon infirmos conuersos et donatos ipsius ordinis duxerunt et decreuerunt huius statuti tenore, et etiam auctte Dni Abbatis ex nunc eis per ipsum Dnum Abbatem commissa et concessa perpetuo obseruandum

234 Quod praeceptores generat habent singulis annis visitare praeceptorias eis subditas dum Abbas illo anno non visitauit

Item praefati Dni Abbas et Reformatores insequen statuta huius Religionis antiqua statuerunt ordinarunt et auctte huius sacrae Reformationis diffinierunt quod praeceptores gnrales per se tantum, dum tamen illo anno Dns Abbas seu etiam visitatores per Dnum Abbatem et caplum generale commissi non visitent possint et debeant praeceptorias mediate vel immediate sibi subditas visitare et inibi corrigenda corrigere seu etiam punire Reformanda Reformare et deperdita seu alienata recuperare prout expediens fuerit et oportunum personasq quascunq tam praeceptores quam fratres infirmos et donatos in humoi domibus seu praeceptorijs subditis degentes per censuram Eccle:

193v

censuram Ecclesiasticam compellere si quos in p̄missis rebelles aut contradictores invenerit oibusq vijs ac iuris remedijs quomodolibet oportunis, et alias secundum regulares observantias aliaq possint facere et exercere, quae visitationis debite incumbunt officio. Salvo tamen in oibus id quod superius dictum est, in visitationibus quae fiunt per Dnum Abbatem, aut per caplum generale deputatos circa exactiones et similia, Adycien nihilominus quod ipse praeceptor generalis sic suam balliviam visitando trium Euectionum sive Equorum numerum non excedat, nisi plures cum expensis suis ducere velit et pro quolibet die quo ipsum equitare per balliviam alicuius praeceptoris sui subditi contigerit, duos florenos auri pro sua procuratione tantum recipiat, Adycien ut praeceptores visitaoem praedictam recusan, velut inobedien puniantur, et si de his ad generale capitulum fuerit delata querela, talis in praemissis provisio detur et punitio fiat, quod cedat coeteris in exemplum

Qui praeceptores digniores et honorabiliores haberi debent 235

Item praefati Dni Abbas et Reformatores attenden et consideran quod ad conservationem et decorem nedum Vrlis Eccae sed etiam cuiuslibet religionis pertinet gradus et honoris differentia quae in ordine et praeeminentia procedendi consistit, et quia in Religione B. Antonij vienn sunt praeceptores generales qui nedum dignitate sed etiam iurisdictione, et praeeminentia inter coeteros potiuntur, ut de coetero inter ipsos non sit super honoribus, et praeeminentijs aliqualis Altercatio. sed vnicuiq idum suarum praeceptoriarum qualitates, et prerogatiuas debitus honor deferatur. idcirco statuerunt ordinarunt, et Auck huius sacrae Reformationis, diffinierunt, ut de coetero in

tota ipsa

tota ipsa religione ipsæ præceptoriæ generales seu ipsarum præceptores digniores et honorabiliores habeantur, et reputentur eo ordine quo superius in ipsa sacra Reformatione sunt descriptæ ita quod primo descripti in honoribus et alijs subsequentibus præferantur et ipsarum præceptores alios postea descriptos præcedere possint et valeant, nisi forte aliqui essent ex eis præceptores, qui alijs essent dignitatibus præditi seu gradibus quibus forte essent, non ratione suarum præceptoriarum, sed habendo respectum ad ipsas dignitates quas obtinent pro tempore deferendum ordinan nihilominus quod ipsi præceptores gnales oes alios quoscunq præceptores subditos et inferiores dictæ Religionis præcedere habeant, inter autem subditas habeatur Respectus ad antiquitatem ut videlicet ille præcedat, qui prius factus est præceptor quia tamen in ipsa Religione sunt nonnullæ præceptoriæ, quæ licet generales non sint, sed alijs præceptoribus generalibus subijciuntur, sub se tamen habentes alias præceptorias subditas vel in domibus suis habent congregationem Religiosorum ibm in diuinis deseruientium, et horas canonicas dicentium: vnde satis congrue visum est ut tales præceptoriæ non generales sub se tamen subditas habentes vel in quibus horæ canonicæ decantantur ratione præmissorum in Religione aliquibus gaudeant præeminentijs et honoribus. Igr præfati Dni Abbas et Refortores cupientes dictas præceptorias debitis extollere honoribus, ordinarunt et statuerunt quod præceptores ipsarum præceptoriarum in præeminentijs et honoribus in ipso monasterio decorentur. Volen ut præceptores ipsarum præceptoriarum præscriptos præceptores gnrales minores, videlicet eos qui sub se subditas non habent præceptorias, nec in ipsorum Eccijs horæ canonicæ decantant

præcedere

194v

praecedere possint et debeant, nulla tamen generalitatis per hoc attributa eisdem facultate, nec ipsis praeceptoribus generalibus inferioribus respectu generalitatis in alijs quam in praecedendo, aliquod praeiudicium generetur Salvo semper in omnibus quod superius dictum est, de habentibus alias dignitates gradus seu praerogativas ut illis semper rationabiliter deferatur

In domibus seu praeceptorijs Religionis praecipitur praeceptoribus ne sustineant haberi sigilla communia vel aliqua signa collegium demonstrantia, et si fratres in eorum negocijs aliqua habent expedire faciant sub praeceptoris. 236

Item cum superius insequendo normam et regulam ab institutione huius Religionis traditam dictum fuerit pariter et decretum, quod nulla domus seu praeceptoria conventualis aut collegiata est, neque esse debet in tota ipsa religione S. Antonij viennens: excepto conventu seu collegio istius monasterij Fr. praefati Dni Abbas et Reformatores (auctoritate Apostolica deputati) insequentes ipsorum antiquorum statutorum continentiam et tenorem huius sacrae Reformationis auctoritate inhibuerunt et inhibent (sub poena excommunicationis omnibus et singulis) praeceptoribus (generalibus et subditis, necnon prioribus) et Religiosis alijs (ipsius ordinis) universis ne in domibus ipsarum praeceptoriarum aliqua signa collegij videlicet sigillum commune, Arcam communem seu alia quaecunque signa collegium demonstrantia erigere (vel levare seu erecta tenere permittere) seu habere in suis domibus (quovismodo) praesumant (vel patiantur, quin imo omnia fiant in ipsis praeceptorijs nomine praeceptoris et suo sigillo sigillentur. Nec Religiosi in ipsis praeceptorijs commorantes quasi de per se collegium seu congregationem facientes suo nomine possint

iudicialiter

iudicialiter experiri seu agere, nec coiem ipsorum procurato:
rem habere seu creare. Decernen oia in contrarium facta
nullius esse valoris vel momenti, et nihilominus Religiosi con
trarium attentantes grauiter puniantur. praeceptores vero
hoc facientes vel permitten suis beneficijs suspendantur et
si suspensi adhuc inobedientes erunt ipsis beneficijs perpetuo
excludantur et priuentur

237 Quod praeceptores infra tres annos a
die promotionis eorum computando te.
neantur dare unam cappam in S. Antonio
secundum eorum qualitates et claustrales
Monasterij infra unum annum supperlicium

Item ut istud solenne coenobium seu monasterium in suis orna:
mentis continuo decoretur praefati Dni Abbas et Reformatores auctte
aplica deputati statuerunt et ordinarunt ut oes et singuli istius
ordinis praeceptores postquam ipsius ordinis praeceptorias adepti
fuerint, infra tres annos a promotionis suae tempore computandos
teneantur et debeant unam cappam de serico in hoc monasterio
facere seu conferre, et hoc secundum valorem et qualitatem ipsarum
praeceptoriarum videlicet ut minores praeceptores cappas venus
tiores conferant seu assignent. alij vero praeceptores cappam
mediocrem, inferiores aut praeceptores cappas assignent et con:
ferant minoris valoris videlicet secundum eorum possibilitatem
quas siquidem cappas ipsi praeceptores eiusdem ut praemissum est
conferen et assignan portent habeant et induant eisq utantur
vita comite infra hoc monasterium toties quoties ad illud
eosdemq praeceptores contigerit declinare. videlicet tam in
festo ascensionis Dni quam alijs processionibus solennibus in
hoc monasterio statutis et ordinatis post mortem vero
ipsorum praeceptorum ipsae cappae in usibus cedant monasterij
seu Ecclesiae

195v

seu ecclie prædictæ S. Antonij viennensis, claustrales etiam istius prædicti monasterij infra unum annum a tempore adeptæ possessionis suarum Claustralium prædictarum unum suppellicium de bona tela eidem monasterio assignare et conferre pariter teneantur; Adqcien ut præceptores officiarij seu claustrales prædicti qui in præmissis adimplen contumaces extiterint, post lapsum temporis superius ordinati voce careant in capitulo et alias tanquam obedientes ab ocibus reputentur et habeantur, et ad præmissa efficaciter compellantur, salua in ocibus consuetudine istius monasterij, de Dnis Abbatibus qui post eorum ingressum cappas consueuerunt ornatissimas facere, et alia insignia Abbatialia in suos usos et monasterij benigne elargiri

De possessionibus præceptoriarum non alienan propria Aucte 238

Item præfati Dni Abbas et Reformatores aucte Aplica deputati, insequen antiqua statuta istius monasterij statuerunt et ordinarunt, vt nullus præceptor seu prior ordinis cuiuscunq conditionis extiterit. possessiones ad suam præceptoriam pertinen dare vendere permutare seu alias alienare quouismodo præsumat, si autem aliqua alienatio propter euidentem utilitatem ipsius præceptoriæ seu domus fienda videretur in casu licito et honesto tunc hoc fiat de licentia seu Aucte et diffinitione Dni Abbatis et capli generalis, et alias iuris solennitate in talibus seruari solita seruata. siquis autem præceptor vel prior ordinis contra istam prohibitionem aliquid alienando attentare præsumpserit, contra eum procedatur ad priuationem sui beneficij et reuocationem ad Claustrum, et alias secundum ea q F. R. paulus ppa II contra alienatores rerum Ecclesiasticarum salubriter statuit et decre:

statuit & decreuit

239 De non obligando baliuiam seu præceptoriam seu mutuum contrahendo super eisdem

Item statuerunt & ordinarunt pfati Dñi Abbas & Reformatores ut nullus præceptor ordinis, cuiuscunq; status gradus aut conditionis existat, aussis sit siue præsumat suam baliuiam seu præceptoriam obligare nec super eam mutuum contrahere nisi pro suis & aliis urgentibus vel necessariis suis, & dicta præceptoria negotijs qui vero contrarium fecerit arbitrio Dñi Abbatis grauiter puniatur. & ulterius si quis repertus fuerit qui mutuum contraxerit & suam baliuiam siue præceptoriam obligauerit ultra valorem medietatis fructuum suæ administrationis sine licentia Dñi Abbatis & totius capituli generalis talis priuetur suo beneficio & reuocetur ad claustrum

240 Quod Dnus Abbas seu generalis non possit præceptoriam vacantem obligare seu mutuum super eadem contrahere ante prouisionem & sine assensu noui præceptoris

Item præfati Dñi Abbas & Reformatores, insequendo antiquum statutum istius monasterij statuerunt & ordinarunt, quod cum aliqua præceptoria ipsius ordinis vacauerit Dnus Abbas qui nunc est, aut pro tempore fuerit seu generalis receptor qui vacanti suæ beneficio præfuerit, non possit seu valeat super ipsa præceptoria vacante mutuum contrahere, vel eam seu futurum præceptorem quomodolibet obligare, nisi prius foret prouisum tali domui de præceptore, & hoc de eius consensu procederet & totius capli generalis

241 quod præceptores possint per se vel alios subditos eorum absolvere

a transgressione

196v

a transgressione Regulæ et statutorum in foro poenitentiali duntaxat toties quoties

Item cum statuta capli generalis huius monasterij facta tempore recolendæ memoriæ Dni Aymonis Abbatis huius inclytissimi monasterij præceptores ordinis, Religiosos et alios personas ordinis in suis domibus et præceptorijs residen super transgressione Regulæ et statutorum reconciliare possint et eosdem absoluere præfati Dni Abbas et Reformatores auctte Aplica deputati certis ex causis animum ipsorum mouentibus, et præsertim ad euitandum periculum aiarum et ut vagandi mãa religiosis auferatur statutum prædictum renouare et modificare volen auctte huius sacræ reformationis soluerunt statuerunt et ordinarunt, ut præceptores generales ordis et alij congregationem Religiosorum habentes possint et valeant per se vel alium super hoc ab eo splr deputatum Religiosos subditos suos et alias personas ordis in suis domibus residen in foro poenitentiali et non alias a transgressione Regulæ et statutorum absoluere et reconciliare toties quoties necessarium fuerit et in foro animæ ipsius subditi qui hoc requisierit humiliter et deuote

quod præceptores tenentur religiosos eis missos recipere et tenere usq ad futurum caplum, alioquin eo ipso excõicati sunt 242

Item cum plerumq præceptores non verentes contra bonum obedientiæ venire differunt et contradicunt Religiosos per Dnum Abbatem transmissos recipere ex quo Religiosi contra Regularem obseruantiam coguntur vagari, ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores quod statutum antiquum

antiquum super hoc editum seruetur, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis Item statuimus quod si contingat Abbatem ad domos vel balliuias mittere fratres Claustrales, praeceptor ad cuius domum mittentur sine difficultate qualibet ipsum, recipere teneatur, nec ipsum remittat ad ipsum monasterium saltem usq ad capitulum generale nisi prius licentiam habuerit, ab abbate, si contrarium fecerit, incurrit ex cois sententiam ipso facto. caueat tamen Abbas, quod non mittat fres ad domos praeceptorum ultra numerum ordinatum alioquin expensas quas ob culpam dicti Abbatis preceptor faciet eidem preceptori soluere teneatur

243 Quando praeceptores possunt suos Religiosos remittere ad Sctum Antonium

Item cum secundum dispositionem iuris cois et statutorum antiquorum huius Religionis ois vagatio sit religiosis prohibita et plerunq coguntur Religiosi vagari ex eo maxime quia per praeceptores in quorum praeceptorijs habent eorum claustrarias per Dnum Abbatem assignatas sine raoali caa remittuntur. Ideo statuerunt et ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores aucte Aplica deputati, ne de coetero praeceptores possint nec valeant remittere suos claustrales a suis praeceptorijs pro quacunq leui causa, cum eos alias possint, et eis sit permissum tales claustrales pro eorum excessibus punire secundum regularem disciplinam nisi alias essent incorrigibiles et tanta causa quod generaret dicto praeceptori et coeteris Religiosis scandalum, et tunc cum secundum Regulam Bti Augustini patris nostri liceat expellere ouem morbidam

ab oculi ne totus

197v

ab oculi ne totus grex inficiatur, possint et valeant ea causa dictos claustrales remittere. prouiso quod ante caplum generale non remittant sicut statutum est in antiquis statutis et tunc remittendo informare tenebuntur Dnum Abbatem. de caussa vel causis remissionis per ipsorum praeceptorum lras patentes

Quibus legata ex Testamento veniunt 244

Item et quia plerunq contingit testatores plura pia legata pro eorum animabus in eorum testamentis facere et legare praeceptoribus et Religiosis coniunctiue vel diuisim seu alteri ipsorum ex quo plerumq generantur variae discordiae inter praeceptores et Religiosos cui ipsorum tale legatum attribui debeat, et pro qua parte ut de coetero sopiantur praedictae discordiae; ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores quod si modo p misso legentur possessiones pensiones et redditus seu certa pecuniae summa, conuertenda in acquisitione redditiuum vel alias pure et simpliciter, in sequen dispositionem Iuris cois, cum tales Religiosi non possint habere proprium, nec habeant mensam separatam a praeceptore, sed praeceptor habet ipsis prouidere in victu et vestitu aliisq necessariis quod de coetero talia legata pertineant dictis praeceptoribus non obstantibus, quod praedicta legata fuerint facta praeceptori et Religiosis, vel religiosis simplr cum dispositio testatoris non possit generalem constitutionem canonis immutare et attribuere proprietatem ipsis religiosis contra vota eorum professionis. Hoc statuto declaran quod cum praedicti Religiosi non habeant velle vel nolle sed eorum voltas dependeat ab eorum supperiore, nullo modo possint constituere procuratores ad

ratores ad dicta legata peten, sed predicti preceptores consultant
cum ad ipsos talia legata dignoscantur pertinere. Et tamen
predicti Religiosi se reddant difficiles ad supportandum onera
et diuina officia sigilla imposita sint per ipsos testatores Talibus
legatis pijs non intendunt Dni Abbas et Reformatores hoc pro-
bibere, quin dicti Religiosi certas distributiones de dicto legato
celebrando dicta diuina officia precipiant prout inter preceptores
et Religiosos rationabiliter obseruari visum fuerit, et prout hactenus
in dictis preceptorijs obseruari et consuetum est inter dictos
preceptores et Religiosos. Adycien quod si pertales testatores
legarentur certa pecuniarum summa, distribuenda per haredes
vel executores testatoris inter Religiosos dum diuina officia
per ipsos celebrantur. Cum talis ordinatio non sit sacris cano-
nibus contraria, voluerunt dicti Dni Abbas et Reformatores
talem ordinationem iuxta voluntatem piam testatorum in
eorbus obseruari quibus offertoria

245 Item cum Religiosi viri abnegantes salubriter semetipsos
elegerunt in paupertate Xto pauperi perpetuo famulari
tanquam nihil habentes et omia possidentes, ne cecia cupiditate
seducti propria auiditati intendant, et ne oblationes quæ
fiunt in preceptorijs in missis videlicet in offertorio, vel
alias fomentum discordie tribuant. ordinarunt dicti Dni
Abbas et Reformatores quod tales oblationes sive sint in
candelis, pecunijs telis filo et rebus alijs. pertineant dicto
preceptori, quia onera dicta preceptoria et Religiosorum habes
sustinere. Si tamen promissis duen aliqua daretur ipsis
religiosis cum dicti religiosi habeant et in area ordinata
promissis votiuis simplr reponant et inter se diuidant.

prout

prout Sacerdos inter claustrales, et religiosos in capite huius monasterij obseruari est consuetum. Saluis in omnibus iuribus Sacristarum in preceptorijs in quibus sunt sacristia quibus per istam ordinationem in nullo preiudicare intendimus

Quod preceptores non teneantur claustralibus beneficiatis dare vestiarium 246

Item statuerunt declararunt et ordinarunt ppfati Dni Abbas et Reformatores quod religiosi claustrales in preceptorijs degentes, qui alias sint beneficiati ex quib sibi possint commode in vestiario prouidere non percipiant vestiarium in dictis preceptorijs, nec ad hoc compelli possint dicti preceptores nisi in dictis preceptorijs in contrarium esset consuetudo, cum non intendant in aliquo per premissa derogare.

De collegijs S. Antonij quibus vtuntur nobiles patronis Germanie 247

Item et quia ut Sacerdos experientia rerum magistra edocuit in partibus Germanie super oblationibus collegiorum pluries discordie et disceptiones inter preceptores exorte fuerint et ut eis disceptationum mala inter eos tollatur cum deceat domos Dei ab omni strepitu dissensionum esse remotos ut Deo melius valeant famulari voluerunt ordinarunt et statuerunt. Dicti Dni Abbas et Reformatores ut statutum alias in capto generali super hoc editum seruetur et ad unguem teneatur. cuius statuti tenor sequitur et est talis, Die vicesima tertia mensis maij currentis anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto Dni capitulan modificando certam ordinationem, olim super collegij capitulariter factam eam declararunt

eam declararunt et modificarunt sub forma quae sequitur
De Collerijs Germaniae et aliarum nationum visis
ordinationibus capitulorum generalium pdeñ consideratis
discussionibus et eorum circumstantijs subsequent ordinamus
et declaramus quod unusquisq praeceptor, in limitibus et
balliuijs suis, det et recipiat colleria, et in aliena Balliuia
nullomodo Colleria dare vel recipere praesumat contrarium
vero facien teneantur ad restitutionem damni et seniam
excois incurrant, declaran insuper et ordinan quod
hactenus recepta Colleria per praeceptores aut Religiosos quos-
cunq in alienis Balliuijs, quam suis, cum iniustum sit fal:
cem suam in messem alterius mittere cogantur reddere
ipsa Colleria praeceptoribus sub quorum Balliuijs ipsa col:
leria data fuerint sub dicta excois poena, bimestre a die
requisitionis eiusdem super hoc fiendae per hanc tamen or:
dinationem seu declarationem non intendimus fraudare
intentionem illustrissimi principis Dni Ducis cliuensis
et aliorum principum ac Dnorum fundatorum ecclarum
nri ordinis, iuxta ordinationes appositas in eorum fundati
onibus, sed eam duntaxat obseruari, quoad praeceptores et per:
sonas nri ordinis, non derogando in aliquo intentioni Dnorum
fundatorum praedictorum

248 Quod praeceptores eorum claustralibus
non beneficiatis expediant eorum vestiaria
in profesto oium Sanctorum

Item et quia cum iuxta regularem obseruantiam et statuta
Religionis praeceptores teneantur prouidere eorum Religiosis
et claustralibus in victu et vestitu iuxta consuetudinem
in dictis praeceptorijs hactenus obseruatam. sed plerumq prae
ceptores pro:

199v

ceptores proprijs lucris inhæren, et quorum mens iuxta dictum Gregorij, cum concepta desideria sequitur, seruire rebus cum uniatur quorum amore superatur, contradicunt dictis Religiosis eorum vestiarium expedire, propter quod multa incommoda dictis religiosis inferuntur. volen præterea dicti Dni Abbas et Reformatores indemnitati dictorum Religiosorum salubriter prouidere. ordinarunt et statuerunt, quod de cetero dicti præceptores sine quacunq contradictione et dilatione teneantur ipsis Religiosis eorum claustralibus non beneficiatis in vigilia festi omnium sanctorum iuxta consuetudinem in dictis præceptorijs hactenus obseruatam libere dicta vestiaria expedire, quod si secus fecerint aut cum ipsis non concordauerint infra mensem post festum omnium sanctorum irremissibiliter ad solutionem duplicis vestiarij teneatur

quod nullus præceptor inuadat limites aliarum præceptoriarum questas facere vota legata, et Eleemosinas in alienis Balliuijs petere vel exigere sub poena dupli 249

Item pariter præfati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt, quod nullus præceptor ipsius Religionis quicunq sit siue sit generalis siue subditus, per se nec per alium directe vel indirecte præsumat aliquando limites aliarum præceptoriarum seu balliuiarum inuadere, quæstas facere vota legata, promissa et Eleemosinas in dictis alicuius Balliuijs petere vel exigere. prout etiam pluries in diuersis diffinitionibus capitulorum generalium reperitur specialiter fore diffinitum, et hoc sub poena dupli illius, quod talis præceptor sic inuadens receperit soluenda illi præceptori cui facta est iniuria infra unius mensis spacium

et sub poena

et sub poena excois circa tamen limites ipsarum praecep-
toriarum stetur consuetudini super hoc hactenus observatae

250 Quod nullus praeceptor praesumat aliquem secularem ad regimen et adminis-
trationem suae praeceptoriae deputare ita quod habeat auctem super Religiosos suos et administrationem personarum

Item praefati Dni Abbas et Reformatores consideran quod indecens sit quod seculares in administrationibus inter religiosos perficiantur idcirco ordinarunt et statuerunt quod nullus praeceptor ipsius ordinis sive sit generalis sive sit subditus, quoquomodo praesumat aliqualem secularem ad regimen et administrationem suae praeceptoriae deputare et ordinare, saltem quod talis secularis auctem super Religiosos ipsius praeceptoriae habeat nec etiam personarum administrationem qui vero contrarium facere praesumpserit debita animadversione per Dnum Abbatem et capitulum generale puniatur

251 Quod praeceptores eorum domos sive praeceptorias seu earum fructus non possunt ad firmam seu arrendamentum tradere vel locare laicis seu etiam clericis coniugatis; sub poena suspensionis a fructibus eius. Sed bene Ecclesiasticis seu Religiosis certo tempore

Ut praemissa melius observari possint praefati Dni Abbas et Reformatores insequen plures diffinitiones in capitulis generalibus istius Religionis hactenus factas districtius inhibuerunt et per praesentes inhibent omnibus et singulis dicti ordinis praeceptoribus et administratoribus quibuscunque ne deinceps domos sive praeceptorias seu earum fructus ad firmam seu arrendamentum

eiusdem ordinis si commode fieri poterit. Alioquin per alias personas Ecclesiasticas bonæ opinionis et honestæ conuersationis ipsas quæstas et viagia facere et exercere procurent, quod si secus fecerint ipsi præceptores arbitrio Dni Abbatis et diffinitorum capli generalis acriter puniantur. Adycien at cum præceptores suas quæstas facien personis supdictis commiserint, primitus et ante oia tales personas ad Sancta Dei Euangelia iurare faciant quod abusiones seminare mendacia pdicare non præsumant sed solum q ad Dei verbum pertinent miraculaq et vitam B. Antonij, ac necessitates hospitales. Indulgentias benefactoribus concessas per Rom pontifices solum exponant et explicent. Nec alia faciant aut dicant quæ in opprobrium et scandalum ipsius Religionis fieri possent siue euenire

253 Quod præceptores valent suos Religiosos compellere ad facien quæstas eorum

Item cum propter abusiones et dissolutiones q fiunt per laicos quæstores ordinatum fuerit in antiquis statutis ut si commode fieri possit quæstæ fiant de cœtero per religiosos ordinis pfati Recensen, dictum antiquum statutum et eisdem inhærendo et ut præmissa commodius adimpleri possint et valeant ordinarunt et ordinant dicti Dni Abbas et Reformatores quod præceptores valeant auctte huius statuti Religiosos suos claustrales si ad hoc apti fuerint compellere ad quæstas suarum Balliuiarum facien salario moderato. non intenden ex hoc et ex eo, quod dicti religiosi faciant dictas quæstas et propter eorum absen, quod in aliquo diuinum officium in dictis præceptorijs patiatur detrimentum. Sed quod eius absentia duran præceptores habeant alium Religiosum aut saltem præsbyterum qui

in diuinis

in diuinis deseruiat loco talis Religiosi absen

De numero Equorum quibus præceptores incedere possunt 254

Et ne ipsæ præceptoriæ propter varias expensas præceptorum in suis reparationibus iacturam patiantur. quin imo bona ipsius Religionis non ad proprium sed ad utilitatem Religionis conuertantur. ordinarunt præfati Dni Abbas et Reformatores et Auctte huius sacræ reformationis diffinierunt, quod maiores præceptores generales ipsius ordinis cum sex equis tantum equitent mediocres vero cum tribus et inferiores cum duobus tantum, et ita de coetero præceperunt obseruari in virtute S. obedientiæ nisi forte aliquis præceptor ex dignitate alia quam habet, seu etiam ratione aliorum suorum beneficiorum maiorem numerum equorum vellet habere

De constituen Dnum Religiosum qui habet in Eccys ordinare circa diuina cui coeteri Religiosi in illis obedire teneantur 255

Item præfati Dni Abbas et Reformatores ordinarunt et statuerunt quod in omnibus domibus et præceptorijs ipsius religionis ubi dicuntur horæ canonicæ ordinetur per præceptorem ipsius præceptoriæ unus Religiosus de sufficientioribus ipsius domus qui habeat ordinare illa quæ ad diuinum officium exspectant et pertinent, cui coeteri in præmissis obedire teneantur

Quomodo præceptores semel in septimana possunt in eorum domibus conuocationes facere pro eorum excessibus corrigen et teneantur in eorum absentia vnum in locum eorum dimittere religiosum qui locum suum teneat 256

Item ordinarunt et statuerunt pfati Dni Abbas et Reformatores quod quilibet præceptor habens in sua domo sed præceptoria Religiosos claustrales usq ad numerum quatuor possit et valeat

possit et valeat semel in Hebdomada, dictos suos Religiosos convocare in unum pro debitis monitionibus et Regularibus observantijs eisdem expliandis, punitionibusq et correctionibus inter dictos suos Religiosos faciendis. et quotiescunq ipsum abesse contigerit teneatur in ipsa domo siue praeceptoria unum ex ipsis religiosis, videlicet antiquiorem et sufficientiorem dimittere qui loco sui inter alios Religiosos psideat, correctiones faciat et alijs licentiam exeundi limites ipsius ordinis concedat confessiones aliorum audiat et coetera faciat quae ad praeceptoris officium pertinent et expectant

257 Quod quilibet preceptor pot limites in sua praeceptoria ponere et ordinare extra quos Religiosi claustrales exire non debent ubi prius limites non fuerunt.

Item quia superius ordinatum est quod Religiosi claustrales in domibus siue praeceptorijs ipsius religionis commorantes non debeant extra limites dictarum domorum siue praeceptoriarum exire sine licentia ipsius praeceptoris vel loco ipsius deputati, et quia in aliquibus praeceptorijs non sunt ab antiquo limites ordinati ordinarunt et statuerunt quod quilibet praeceptor in sua praeceptoria, in qua non sunt ab antiquo limites ordinati possit et valeat ante suius statuti limites et septa ibidem ponere et assignare

258 Quod praeceptores in quorum praeceptorijs dicuntur Missae in cantu et horae canonicae teneantur in eorum eccljs officium facere videlicet in Vesperis matutinis et magna missa saltem illis diebus quibus Dns Abbas teneatur in Monasterio et in eius Absentia locum tenens

Item pariter

Item parter & ordinarunt & statuerunt pfati Dñi Abbas & Reformatores quod preceptores ipsius Religionis in quorum preceptorijs dicuntur Missæ in cantu & tota canonica teneantur, & debeant diebus maioribus & solennibus in eor eccys officium facere, videlicet in vesperis matutinis & magna missa, saltem illis diebus, quibus Dns Abbas tenetur in sui presenti Monasterio ad officium facien & in absentia ipsor preceptorum, ille qui locum ut supradictum est deputatus fuerit, ad exeriendum ea, quæ ad ipsum incumbunt officium dictis diebus officium faciat, Nec alias teneatur ipse preceptor, quicung sit in Ecclia sue preceptoriæ facere Hebdomadam suam in missis dicendis. sicut Claustrales in ipsis preceptorijs facere consueuerunt, nisi forte ipse preceptor ex sua libera voluntate dictam Hebdomadam facere vellet & tunc recipere poterit emolumenta consueta pro ipsis missis dicendis sicut religiosi in dicta preceptoria percipiunt aliter non nec alio modo, salua in omnibus ipsarum preceptoriarum consuetudine & observantia antiqua

Quod preceptor non possit aliquem in Claustralem domus suæ recipere sine mandato Dñi nri Abbatis, ad quem duntaxat spectat dare & assignare Claustrales 259

Item veterius pfati Dñi Abbas & Reformatores ordinarunt & statuerunt quod nullus preceptor sue sit generalis sue subditus possit & valeat aliqm religiosum dare & assignare Claustralem in preceptoria sua, nec etiam aliquem Religiosum propria auctte ibidem in Claustralem recipere absq mandato pfati Dñi Abbatis ad quem spectat in tota religione Claustrales dare & assignare

260 Ad quæ præceptores teneantur eorum claustralibus

Item pariter ordinarunt, quod præceptores ipsius Religionis habeñ in præceptoriis suis religiosos claustrales teneantur eisdem bene et condecenter secundum statum præceptoriarum et antiquas consuetudines earundem prouidere in victu et vestitu tam sanis quam infirmis, et similiter de medicinis tempore infirmitatis necnon de camero lecto et Barbitonsore sicut hactenus in domibus ipsius Religionis obseruatum est

261 Quod præceptores teneantur suos Religiosos mortuos sepelire facere cum debitis exequijs et luminaribus et vice versa Religiosi præceptores, necnon eius bona inuentariare

Item quod si contingat claustrales Religiosos in præceptoriis ubi sunt claustrales dies suos claudere extremos, teneat ipse præceptor cum alijs suis Religiosis ipsius præceptoriæ eosdem sepelire aut sepeliri facere cum debitis exequijs et luminaribus sicuti est consuetum fieri in tota ipsa religione etiamsi talis Religiosus non haberet spolium. et vice versa si contingat dictum Religiosum decedere Religiosi ipsius præceptoriæ teneantur et debeant eius corpus honorifice sepulturæ tradere cum solennibus exequijs, nec non eius bona et spolium sub poena inobedientiæ fideliter obseruare et ipsa debite inuentariare seu inuentariari facere ad salutem ius in dictis bonis et spolio habentis. Adjecit nihilominus ut in antiquis statutis cauetur, quod præceptores in singulis capitis assensionis Dñi de fratribus mortuis in suis ballijs, necnon etiam de viuis memoriale mittant vel apportent quatenus Dñs Abbas possit scire

ubidem

si ibidem sit claustralium numerus completus & id pro ipsis defunctis in presenti monasterio consueta fiant exequie

De protonotarijs

Item prefati Dni Abbas & Reformatores attendentes quod officium protonotariatus magis congruit clericis secularibus quam Religiosis quorum officium est contemplationi vacare & insistere Igitur ante huius sacre reformationis ordinarium statuerunt quod nullus Religiosus ipsius ordinis S. Antonij veniens de cetero impetrare presumat dictum officium protonotariatus. quod si quis contrarium facere presumpserit decreverunt prefati Dni Abbas & Reformatores quod propter hoc non eximatur a regulari obseruantia minus sibi in honoribus & preeminentijs in Religione eidem quoquomodo deferatur nec in premissis habeatur aliquis respectus ad dictum protonotariatus officium. 262

In quibus usibus bona Ecclesiarum nre Religionis expendi debent cum Eleemosinarie sint

Preterea Dni Abbas & Reformatores ante hac commissi & deputati considerantes quod bona Ecclesiarum ideo regenda & administranda committuntur rectoribus ipsarum, ut in usus suos utroque iure ordinatos, illa profecto disponant. Igr statuerunt & ordinarunt ut preceptores istius ordinis, quorum proventus pro maiori parte fidelium Xpi Eleemosina sunt bona ipsarum preceptoriarum in debitos usus videlicet hospitalitatem infirmorum ipsius ordinis sustinendam seruitium Dei & in Ecclys manutenen, & proposse augmentandum, & in reparationibus debitis in ipsis suis domibus tam in focalibus reliquijs ornamentis, libris & alijs ipsarum Ecclesiarum Edificijs & reparationibus fiendis, quam alijs ipsarum preceptoriarum oneribus sustentan & sustinen & non in alios usus extraneos & a iure prohibitos sub suarum periculo 263

animarum

animarum exponere, et extendere efficaciter teneantur et si qui praeceptores super praemissis reperti fuerint culpabiles seu remissi post monitionem canonicam contra eos procedatur ad suorum beneficiorum privationem ut iuris fuerit et rationis, et tales tanquam dissipatores, et dilapidatores revocentur ad claustrum

264 In praeceptorijs non sunt neq esse possunt quomodolibet in futurum Claustriae perpetuae quominus Dns Abbas eosdem Religiosos transferre mutare et transmittere possit. quotiescunq eidem videbitur expedire, et sitr praeceptores tempore capli generalis iuxta ordinationem superius super hoc factam et positam

Item praefati Dni Abbas et Reformatores insequentiam iuris cois dispositionem, quam statuta consuetudinem, et observantiam huius Religionis hac in perpetuum valitura constitutione et ordinatione aucte Aplica dixerunt declararunt et diffinierunt, quod in nulla praeceptoria istius ordinis S. Antonij vienn sunt neq esse possunt, seu poterint quomodolibet in futurum Claustralia perpetua. quominus Dns Abbas ad nutum eosdem claustrales transferre mutare et transmittere possit, quotiescunq eidem videbitur expedire et similiter praeceptores ordinis hoc facere poterint, dum tamen non remittant ante caplum generale iuxta ordinationem superius super hoc factam et positam. Adycien ut etiam praetextu quarundam capellaniarum seu vicariarum in aliquibus praeceptorijs ordis fundatarum seu imposterum fundandarum quae vicariae seu capellaniae secundum mentem et voluntatem fundatorum per ipsos

claustrales

204v claustrales deseruiri debent et teneri, ipsi claustrales dici non possint seu debeant perpetui in ipsis claustrarijs seu mansionibus assignati, voluerunt tamen Dni Abbas et Reformatores praefati, ut tales claustrales vicarias seu capellanias in praeceptorijs fundatas, habentes non debeant pro solo nutu seu sola voluntate remitti, seu alias reuocari aut remoueri nisi remissionis ~~aut~~ reuocationis et remotionis aliqua subsit causa, de qua remittendo, tunc praeceptores fidem Dno Abbati facere teneantur et debeant, si autem tales capellaniae essent de fundatione laicorum, in illis seruetur intentio ipsorum fundatorum, et tenor fundationum

Quod beneficia Religionis non debent conferri nisi Religiosis nri ordis et professis et si personae seculares herent talia beneficia, propterea non deberent esse exempta 265

Item cum secundum priuilegia et indulta per plures Rompontifices collata et concessa huic sacrae religioni S. Antonij vienn, et nouissime per sanctissimum Dnum nrum Sixtum papam modernum ad supplicaoem christianissimi Dni nri francorum Regis Ludouici renouata confirmata et Approbata, nulla persona cuiuscunq gradus honoris praeeminentiae aut dignitatis existat possit beneficia dictae religionis S. Antonij vienn quomodolibet obtinere nisi talis persona sit de expressa professione et habitu ipsius religionis. Igr praefati Dni Abbas et Reformatores accte aplica deputati recensen ordinationem per eos superius factam de non commendandis seu conferendis per Dnum Abbatem seu praeceptores ipsius ordinis ipsa beneficia quibuscunq personis extra religionem, etiamsi ad hoc alias

legitime

essent dispensati cum in cui dando libertas sit in benefici-
orum collationibus, dum tamen personis idoneis ipsius ordinis
ipsa beneficia conferantur, voluerunt Dni Abbas et Refortores
praefati, et huius sacrae Reformationis auctte Aplica de-
creuerunt et declararunt, quod si in ipsa Religione sint ali-
qua beneficia quae per nimiam importunitatem petentium
per quam non concedenda plerumque conceduntur vel alias
quouismodo per Romanos pontifices personis secularibus
vel alijs istam Religionem non professis, retroactis tempori-
bus collata fuerint, seu de coetero conferantur seu com-
mendentur non propter hoc tales personae eximuntur
quoque a subiectione et obedientia ipsius ordinis nisi eorum
diuersa professio, conditionem istius ordinis deterioren
facere potest, seu eos aliquomodo excusare, quominus
in Responsionibus talijs infirmorum subsidijs et pensionibus
alijsque Religionis uniuersis oneribus supportandis sicut
alij ipsius ordinis praeceptores per oia integraliter teneantur
et ad id cum tempus adfuerit per Dnum Abbatem seu diffi-
nitores generalis capituli per censuram Ecclesiasticam et
etiam per priuationem ipsorum beneficiorum si sit opus ef-
ficaciter compelli possint et debeant sicut alij ipsius ordis
praeceptores Adycien ut tales personae, quae non sunt de
ista religione S. Antonij vienn beneficia ordis obtinen
in personas religionis ipsis beneficijs subditas nullam iuris-
dictionem vendicare possint, nec aliqualiter exercere
sed neque gaudeant libertatibus iurisdictionibus praemi-
nentijs per statuta Religionis et huius sacrae Reformationis
auctte alijs ordis praeceptoribus concessis, vocemque sue

locum

locum in capitulis generalibus Religionis nullatenus habeant cum indecens sit, ut homines disparis professionis in simili isto ordine socientur

Declaratio super certis praeceptoriis quomodo de coetero debent nuncupari 266

Item non debet Reprehensibile iudicari si secundum varietatem temporum varientur humoi statuta unde cum in dicta Religione sint nonnullae praeceptoriae, quae olim sua capita et principalia domicilia habebant alibi quam nunc habere dinoscuntur, ut est praeceptoria Norgiae quae olim dicebatur praeceptoria de Tectis et ibi erat caput principale dictae praeceptoriae praeceptoria Masticonen q olim dicebatur praeceptoria de Tholona. et ibi erat caput suum principale et silr praeceptoria valreacij quae olim dicebat praeceptoria Liberonis. Voluerunt igr praefati Dni Abbas et Reformatores quod de coetero dicantur et nominentur praeceptoria Norgiae. praeceptoria Masticonen et valreacij. et in praedictis locis sint et esse debeant dictarum praeceptoriarum principalia capita et domicilia, Alia vero antiqua dicantur membra dictarum praeceptoriarum

Item praefati Dni Abbas et Refortores. volen unitatem amorem et veram Concordiam inter personas ipsius ordis quarumlibet nationum perpetuis futuris temporibus 267

SEQVITVR STATVS CAPITVLI GENERALIS

206v

Quod caplum generale seruabitur in S. Antonio ad quod Præceptores gnrales et alij sub se Religiosos et præceptores hntes, non distantes ult x dietas per se vel aliquem Religiosum absq; aliqua conuocatione singulis annis comparare hnt et non compentes excentr, qui absolui non possint nisi per Dnm Abbatem et diffinitores capituli

Item cum et plantare sacram religionem et plantatam fouere 268
modis omnibus debeamus sed numquam hoc melius exequuntur quam si nutrire ea quæ recta sunt et corrigere q profectum virtus impediunt commissa nobis aucte curemus ad hoc enim S. patres capitula generalia inter Religiosos fieri in singulis prouincijs statuerunt, ut in eisdem caplis generalibus ad corrigendos subditorum excessus prælati, et caplorum generalium diffinitores tanto diligentius assurgant, quanto damnabilius eorum offensas desererent incorrectas Ne igitur sanguis subditorum de manibus prælatorum et diffinitorum in die iudicij requiratur sed vna cum Aplo dicere possint, mundæ sunt manus nræ a sanguine ocium vestrorum hac igitur consideratione moti pfati Dni Abbas et Reformatores aucte Aplica et huius sacræ Reformationis, inhærendo dispositioni iuris Communis et statutorum dicti ordinis irrefragabili ordinatione statuerunt et ordinarunt quod annis singulis in dicto Monrio celebretur caplum generale in festo ascensionis Dnicæ, Ad quod omnes præceptores generales et alij præceptores sub se religiosos et præceptores hntes non distantes a dicto Monrio vltra decem dietas per se absq aliqua conuocatione heant

comparere

compare nisi iustam eaam haberent, quare non possent persolr
comparere quo casu per procuratorem frem dicti ordinis hntem
super hoi speciale mandatum proponendi dictam causam ab:
sentiae et iurandi in animam ipsius causam humoi absentiae esse
veram eligendiq diffinitores et approbandi omnia quae fient in
dicto caplo et alia faciendi, quae in praemissis facerent si per:
sonaliter interessent, mittere teneantur. et quid quid fiet aut
ordinabitur per eos qui praesentes fuerint in dicto caplo va:
leat et plenam firmitatem obtineat. et in ipso monasterio
atq per totum ordinem inuiolabiliter obseruetur, ac si per
omnes praeceptores et personas ordinis factum foret. Inhiben
alibi quam in hoi monasterio dictum generale capitulum
celebrare nisi hoc esset ex causa euidentissima, et tunc etiam
hoi non fiat nisi ex deffinitione coi capli generalis pceden
Adycen ut laboribus parcatur et expensis neq opus sit de
coetero singulis annis dictos praeceptores citare cum dies prae:
fixa interpellet pro homine quod de coetero dicti praeceptores
teneantur sine ulteriori citatione comparere termino superius
assignato saltem in crastino solennitatis ascensionis dnicae
qui terminus eisdem praeceptoribus uno edicto et peremptorio
termino pro oibus assignatur. qui vero non comparuerint, vel
ut praemissum est procuratores non miserint, caplo duran repu
tantur contumaces propterq contumaciam excouentur et
publicentur in valuis Eccae et domus Abbatialis, et locorum in
quibus tenebitur dictum caplum generale, a qua excouaoe
minime absoluantur donec eorum contumaciam purgauerint
ad arbitrium et odinationem Dni Abbatis et diffinitorum

269 Quod praeceptores distantes a S.
Antonio ultra x dietas non tenentur per
sonaliter singulis annis comparere in caplo
generali

generali sed solum de triennio in triennium et duobus annis intermedijs possunt mittere et tenentur procuratore Religiosum ordinis nostri cum sufficienti mandato, Alij vero præceptores inferiores et subditi non tenentur venire seu mittere

Circa vero alias præceptorias huiusmodi qualitatis superius expressæ distantes a prædicto monasterio ultra decem dietas ne nimium graventur laboribus et expensis: statuerunt et ordinarunt pdicti Dni Abbas et Reformatores antiquum statutum super hoc moderando, quod solum de triennio in triennium teneant in dicto capitulo personaliter comparere, et in alijs duobus intermedijs annis possint mittere et teneantur procuratorem religiosum ordinis si commode fieri possit cum potestate præmissa, et sub pœnis superius expressatis, Alij vero præceptores inferiores et subditi non teneantur venire nec etiam mittere ad dictum capitulum generale nisi ex aliqua rationali causa specialiter vocarentur

Processus capli quomodo fit 270

Item et quia difficile est, ut bono peragantur exitu q non sunt bono inchoata principio. et cuncta recte gerantur si fiat principium decens et Deo amicabile iuxta dictum Gregorij ubi Christus non est fundamentum, nulli boni operis est superædificium, ideo ut cuncta bene et decenter gerantur, et in cunctis sancti spiritus gratia imploretur ordinarunt pdicti Dni Abbas et Reformatores aude Aplica et huius sacre Reformationis insequendo morem antiquum in dicto monasterio observari solitum ut die Ascensionis Dni fiat solennis processio, attenta pertim solennitate diei et quia maxime illa die corpus gloriosissimi almi confessoris S. Antonij in ipsa processione et nullo alio tempore defertur et in quo interesse Dns Abbas qui facere teneatur

officium

officium, et pariter interfint oes praedicti praeceptores induti cum cappis iuxta consuetudinem hactenus in dicto monasterio observatam et dicta die dicitur missa in Eccia Btae Mariae iuxta consuetudinem super hoc observatam et in crastinum celebretur Missa solennis de S. Spiritu in Eccia magna in qua interesse debeant dicti Dni Abbas praeceptores et Religiosi ad invocan graam S. Spus quam missa finita personalr accedant ad Domum Abbatialem ad celebrandum caplum, et ibm fiat sermo solennis per alterum ex praeceptoribus vel graduatis Religiosis cui Dns Abbas illo anno ordinaverit, et finito sermone legantur statuta ordinis, et demum vocentur praeceptores, et non comparen ponantur in contumacia et demum eligantur gralis capli diffinitores causarum auditores, Jocalium visitatores confessionum et computorum auditores. locus et hora deputentur ad vacandum negotijs dicti generalis capli et aliae solennitates serventur prout hactenus in dicto monasterio laudabiliter est fieri consuetum

271 Quod oes praeceptores in pno capituli hent tradere Dno Abbati eorum sigilla et claves in signum subiection et obediae

Item Recensen antiquum statutum pfati Dni Abbas et Refortores ordinarunt et statuerunt quod oes praeceptores in caplo gnrali et in principio eiusdem teneantur in manu Dni Abbatis, qui nunc et pro tempore fuerit in signum verae obedientiae reddere et tradere eorum proprium sigillum et clavem domorum suarum propter illam tamen traditionem ipse Dns Abbas ipsis praeceptoribus eorum Balliuijs sive praeceptorias aufferre seu etiam subtrahere minime possit neq valeat

272 quod praeceptores venire hent ad capitulum et qn recedere possunt

Item quoniam non sufficit bene incipere nisi quod coeptum est cum omni

cum omni diligentia et curiositate perficiatur. et nihil actum esse dicitur quando aliquid superest agendum. ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores, et constituerunt hac constitutione perpetuo valitura recensendo antiquum statutum quod oes praeceptores per se vel procuratores suos idoneos, sicut praemissum est, scilicet non distan ultra decem dietas de triennio in triennium in vigilia ascensionis Dnicae apud dictum Monrium compareant pro caplo generali celebrando et negotijs pertractandis ibidem, sic studijs sollicitis taliter vacent, quod feria secunda hebdomadae sequen post dictum festum ascensionis Dni prius celebrata missa solenniter pro fratribus et benefactoribus defunctis in qua oes interesse debeant, recedere possint et valeant. et ex tunc ne nimium laboribus et expensis grauentur, per hoc statutum recedendi facultatem habeant, dummodo personis Dno Abbati, et infirmis hospitalis, de eorum Responsionibus pensionibus et Tallijs si pro tunc occurrant integralr fuerit satisfactum, aut cum eisdem concordatum et nisi negotia pro tunc occurrentia longiorem moram requirerent quo casu licitum sit Dno Abbati et Diffinitoribus diffinionem dicti capli ad alium diem prorogare

Quales causae dent tractari in capitulo generali 273

Item et quoniam pluribus intentus minor est ad singula sensus et in dicto caplo generali non debeant pertractari nisi negotia ardua Religionis. et plerumque ut experientia rerum edocuit propter diuersitatem pedanearum et paruarum causarum quae ibm pertractantur, et quae commode alibi per Dnum Abbatem seu eius vicarium et auditores causarum possent sopiri et determinari. fuit definitio dicti capituli generalis protelata, in graue dispendium praeceptorum de diuersis mundi partibus ibidem affluentium ut facilius de coetero. et breuiori termino

uiori termino et commodius possit dictum capitulum terminari finiri ordinarunt dicti Dni Abbas et Rectores insequendo mentem et tenorem antiquorum statutorum Religionis quod durante caplo generali Dni Abbas et diffinitores his arduis quinimbunt tantummodo vacent negocijs, nulla alia quomodolibet admissuri Ita quod singulis diebus de mane et in vesperis et horis certis competentibus ad hoc assignatis congregentur pro expeditione eorum quae expedienda occurrent. Adycien quod minores causae remittantur auditoribus, et alijs super hoc deputandis qui in certo loco in Abbatia deputando audientiam et diffinitionem ipsarum Causarum singulis diebus teneant, et ipsas causas expediant, et aliae causae quae commode et faciliter in dicto monasterio extra tempora capli generalis per Dnum Abbatem seu eius vicarium expediri possunt, eidem extra tempora capli generalis expedienda remittantur

274 Quod Dns nr Abbas het pceptoribus et eorum procuratoribus dare prandium in die ascensionis

Item quoniam in vera Religione iuxta dictum Apli Alter alterius onera portare debemus, ut sic adimpleamus legem chri, et indecens sit Religiosos et praeceptores ad caplum grale et ad istud monasterium venientes, aut alias dum ex iusta ca et rationali per diuersas mundi partes contingit peragrare et ubi sunt domus Religionis aut diuersoria ciuitatum et oppidorum sicut hospites et aduenae et non domestici ut fratres declinare praecipue cum Religio nra sit fundata super hospitalitate et super regulis et traditionibus Aplicis, quorum multitudo erat cor unum et anima una nec quisquam de his quae possidebat aliquid suum esse dicebat sed oia erant eis Communia, et diuidebant prout cuiq opus erat. et Dnus

per os pro=

209v

per os prophetæ dicat ecce quam bonum et iucundum habitare fratres in unum. hac pia et laudabili consideratione moti dicti Dni Abbas et Reformatores auctte Aplica et huius sacræ reformationis, inhæren antiquis statutis super hoc editis statuerunt et ordinarunt quod Dnus Abbas qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur oibus præceptoribus vel eorum procuribus in die Ascensionis Dni prandium et ea quæ hactenus consueuit ministrare, et ipsos paterno amore pertractare et pie patris more recipere

Quod præceptores venientes ad caplum dent hospitari in claustro iuxta ordinationem Camerarij 275

Item quia in antiquis statutis istius monasterij cauetur quod oes præceptores conuenien ad caplum generale in una et eadem domo comedere debeant ut melius circa expeditionem negotiorum ipsius capli generalis vacare possint, et quia hoc commode seruari non potest. volen tamen ipsi Dni Abbas et Refortores in pmissis quanto salubrius possunt prouidere ordinarunt et statuerunt quod de coetero oes præceptores ad ipsum caplum generale prouenient saltem eor personæ cum uno vel duobus seruitoribus hospitentur infra claustrum pntis monasterij. videlicet præceptores illi in domibus quas habent in ipso claustro, una cum suis præceptoribus subditis si commode fieri poterit. alij vero non habentes domos in alijs domibus claustri tam Dni Abbatis quam officiariorum claustri nec non etiam simplicium claustralium ipsius mon rij. qui officiarij et claustrales teneantur ipsos præceptores caritatiue et benigne in suis domibus et cameris recipere, et ad hoc etiam contradicen possint debite compelli, et ut circa præmissa seruetur debitus ordo: ordinarunt pfati Dni Abbas et Reformatores, quod ipsi præceptores teneantur

ilico

illico postquam applicauerint in præsent. villa S. Antonij Vienn, si alias domum non habeant ratione suarum præceptoriarum significare per suum seruitorem eorum aduentum camerario præntis monasterij et eidem petere hospitium. qui quidem camerarius ex suo camerario officio possit et debeat eis hospitium infra claustrum assignare, considerata qualitate suarum personarum. ille vero cuius est ipsum hospitium sic assignatum sine maxima et euidenti causa non possit neq valeat talem præceptorem in suo hospitio recipere quoquomodo recusare, et ut facilius ipse camerarius in præmissis possit prouidere ordinauerint quod per tres dies ante ascensionem Dni ipse camerarius teneatur visitare domos claustri, et ipsas in rotulo describere ut aduenien præceptoribus possit unicuiq secundum statum personæ facilius prouidere. Item pariter teneatur assignare hospitium simplicibus religiosis venientibus ad caplum generale, videlicet in cameris claustralium istius præsentis monasterij et ipsi claustrales teneantur ipsos benigne recipere absq contradictione, et ut ipse camerarius de labore suo circa præmissa videlicet pro assignatione hospitiorum, et hostiaratus capli gratis prout infra immediate describitur, aliquod commodum reportare possit. ordinarunt præfati Dni Abbas et Reformatores, quod ipse ipse camerarius pro qualibet lra q expedietur per caplum generale et quæ debet sigillari duobus sigillis recipiet ipse camerarius, unum grossum paruæ monetæ et exinde inhibetur custodibus sigilli ne ipsas lras expediant partibus nisi soluto dicto grosso

et pariter ut

et pariterut ipse camerarius in p̄missis non sit negligens ordinarunt quod ad præmissa peragenda possit compelli nedum per subtractionem p̄dicti commodi, sed etiam per suspensionem sui officij aut alias ad arbitrium Dni Abbatis

Quod Camerarius qui est hostiarius in ipso capitulo non debet permittere aliquem intrare nisi sit de diffinitoribus eiusdem vel deputatis ad officium aliquod in capitulo 276

Item veterius ordinarunt et statuerunt ut de coetero ipsum capitulum generale teneri possit cum debita solennitate, ita ut nullus intrare præsumat nisi sit de difinitoribus eiusdem aut alias deputatus ad aliquod officium in dicto caplo. quod camerarius istius p̄ntis monasterij vel eius locum tenens sit et esse debeat hostiarius in ipso caplo qui non permittat aliquem intrare nisi sit de supradictis aut nisi alias sit vocatus

Quod D. Abbas non pot imponere aliquam exactionem collectam seu talliam contra voluntatem præceptorum 277

Item pariter insequen antiquum statutum huius monasterij ordinarunt et statuerunt quod Dns Abbas qui nunc est aut qui pro tempore fuerit, exactionem collectam seu talliam non possit neq valeat facere vel imponere, nisi ex caa iusta et raoali Coiter per omnes præceptores in simul congregatos qui fuerint in caplo approbata

quales debent esse commissiones quæ concedentur super alienationibus permutationibus, translactionibus, bonorum Ordis 278

Item cum iuxta S. patrum traditiones et sacrorum canonum sanctiones, nedum Religiosi præceptores et personæ ecclesiastiæ minime possint bona Religionis et præceptoriarum alienare qua alienatione iratus Deus animas percutit sed alienata teneantur reuocare et exemplo Nabuch Sancti viri et

Sanctorum

Sanctorum Ambrosij et Thomae cantuariensis Archiepiscopi possessiones, et iura Ecclie proprio cruore tueri et defendere ut ois maa alienationis de coetero in Religione auferatur et periculum animarum euitetur, attento quod a iure per bullam paulinam diuersae poenae suspensionis et excoicationis sunt promulgatae ordinarunt et statuerunt pfati Dni Abbas et Reformatores quod de coetero in capitulo generali nec alibi concedantur commissiones super alienationibus, permutationibus transactionibus, infeudationibus, concessionibus in perpetuum vel ad longum tempus in Emphyteosin, quae oia sonant et sapiunt alienationem, sed solum concedantur super talibus contractibus, ut iuris forma seruetur, commissiones, ad se informandum et referendum ut inde caplum generale pensata utilitate praeceptoria et Ecclie et iuris solennitate seruata possit dictum contractum approbare vel reprobare, prout iuris ordo et rao sicadebit

279 Quod in quolibet capitulo de statu domus et Religiosor, suorum tenetur praeptor informare ipsum caplum; Silr et Abbas nr de statu Abbatiae

Item et quoniam iuxta dictum cuiusdam Sapientis, illa ciuitas illa religio et congregatio iustissime ordinata traditur in qua quisq proprios noscit affectus, et iuxta traditam nobis a Beato Augustino Regulam oia nobis in Religione debeant ee Coia. et ut melius religionis bona et negotia valeant pertractari: ordinarunt et statuerunt dicti Dni Abbas et Reformatores propter bonum obediae, et ut boni administratores laudem, et mali administratores vituperium, et ut oes animentur ad bene administrandum, cum eorum administratio ita publice examinabitur: quod de coetero in quolibet caplo generali

Dni Abbas

211v

Dni Abbas, conuentus et praeceptores teneantur informare ipsum caplum de statu Abbatiae et praeceptoriarum suarum et de eorum administratione. Necnon de statu Religiosorum et personarum ipsius ordinis, tam in monasterio quam praeceptorijs cuiuslibet existentium; et de alijs rebus et praesertim arduis ipsius Religionis teneantur etiam incumbentes necessitates occurrentes explicare, ut indemnitatibus eorum possit occurri, et de remedio opportuno salubriter prouideri. Non intenden ex hoc aliquod praeiudicium Dnis Abbati et conuentui et praeceptoribus generare quo minus possint fructus eorum beneficiorum ministrare, et de eis iuxta ipsorum foam disponere, sicut hactenus consueuerunt, et tanquam veri administratores bona ipsorum Abbatiae conuentus et praeceptoriarum debite administrare, iuxta dictae religionis consuetudinem. Adycien ut die secunda capli generalis praedicta informatio fieri debeat annis singulis in futurum

Quod sigillum Conuentus in arca Coi sub tribus clauibus debet reponi cum quo non sigillabitur nisi de consilio et assensu capli generalis vel saltem diffinitor residen in monasterio. 280

Item insequen antiquum statutum ipsius pntis monasterij ac ipsum in parte renouantes, Ordinarunt pfati Dni Abbas et Reformatores quod sigillum conuentus in una arca Communi sub tribus clauibus reponatur. quarum unam Dns Abbas custodiat seu per aliquem fratrem residentem in monasterio quem duxerit eligendum custodiri faciat: aliam vero praeceptores ipsius ordinis habeant, quam custodiendam tradant singulis annis in caplo generali uni fratri Residenti in monasterio Tertiam vero prior claustralis pro conuentu custodiat vel in eius absentia supprior adycien nihilominus, quod illi

qui ut

præmittitur claues ipsius sigilli custodient, aliquam scriptu:
ram publicam vel priuatam sigillo dicti conuentus deinceps
aliquatenus non sigillent nisi in capitulo generali et de ipsius
capituli consilio et assensu, aut nisi post dissolutionem dicti
capli generalis ipsa scriptura prius fuerit visa per duos
aut tres ex diffinitoribus, videlicet præceptoribus ipsius capli
generalis hic in monasterio remanentibus aut alias fuerit
ordinatum in ipso caplo conuentuali coiter dictam scripturam
fore sigillandam vocatis supradictis Diffinitoribus duobus aut
tribus ex ipsis

281 De protectore ordinis qui sit in curia
Romana et eius salario

Item pfati Dni Abbas et Reformatores insequen priuilegium re:
colendæ memoriæ Dni vrbani papæ quinti toti Religioni con:
cessum ordinarunt et statuerunt, quod semper sit et esse debeat
in curia Romana unus ex reuerendissimis Dnis cardlibus
protector et defensor totius ordinis seu Religionis monasterij
S. Antonij viennen qui habeat de annua pensione ducatos
centum

282 Quod in curia Romana semper
det esse unus procurator Religionis de
ordine nro

Item pariter pfati Dni Abbas et Reformatores insequen statu:
ta antiqua huius pntis monasterij ordinarunt et statuerunt
quod in curia Romana semper sit procurator generalis de ipsa
Religione S. Antonij viennen, et quod talis procuror constituat
in caplo generali per Dnum Abbatem et ipsum caplum grale
et hoc de anno in annum, poterit tamen ipse Dns Abbas
talem procuratorem reuocare absq capitulo generali quoties
sibi videbitur expedire. Adycien nihilominus quod dictus
procurator aliquomodo non possit in dicto officio perpetuari
aut etiam per longum tempus remanere: sed de anno in
annum

213 v

conuentus scribantur, et de omnibus quae sic superuenerint infra annum in generali sequenti capitulo veritas referatur et realis demonstratio et exhibitio fiat

Iocalia S. Antonij non possunt alienari seu impignorari sine speciali licentia et cōi assensu Dnor Abbatis conuentus et oium diffinitorum capituli nri generalis et si secus factum fuerit eo ipso sunt excommunicati 286

Item cum secundum antiquam istius religionis obseruantiam ipsiusq fundationem oia iocalia aurea argentea et pretiosa nec non aliae reliquiae, ornamenta et insignia notabilia in hoc monasterio ad pns existentia et inuentarior librorum descripta. Necnon et illa etiam quae dictim et imposterum in ipso monasterio et Ecclia conferri contigerit vel donari, sint et ee debeant in futurum et ab antiquo fuerint, communia, et de communibus bonis et Thesaurario totius religionis S. Antonij Viennen videlicet Dnorum Abbatis et conuentus preceptorumq oium ipsius religionis in quibuscunq mundi partibus existentium. iuxta illud Regulae B. Augustini: sint vobis oia coia pfati Dni Abbas et Refortores aucte Aplica deputati pmissam consuetudinem fundationem et obseruantiam, tanquam veram iustam et raoabilem approbantes, et eam huius sacrae Reformationis aucte recipientes hac in perpetuum valitura ordinaoe statuerunt et diffinierunt ac ordinarunt, ut nulla persona ipsius ordinis, quacunq praefulgeat dignitate, etiamsi ad hoc Dnorum Abbatis q fuerit pro tempore, et conuentualium ipsius monasterij accederet assensus quaecunq iocalia seu ornamenta ipsius ordis in ipso monasterio existentia, absq aucte et diffinitione gnralis capli ipsius religionis ab ipso Monrio extrahere.

extrahere impignorare vel alias quouismodo alienare seu transportare
presumat, nisi ad hoc tanta et tam ineuitabilis immineret necessitas quod
pro aliquo magno euitando scandalo, alicuius, uocalis impignoratio
necessaria omnino foret, et tunc hoc foret de unanimi consensu et deli
beratione Dnorum Abbatis et conuentus, et omnium diffinitorum ipsius
generalis capituli tunc in Monasterio existentium, qui autem
contra istam ordinationem salubrem venire presumpserit, excoicationis
incurrat sententiam ipso facto

287 Quod statuta Ordinis legi debent alta
voce singulis annis in principio capituli
generalis iuxta antiquam consuetudinem

Item prefati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt
et in virtute S. obedientiae praeceperunt, ut annis singulis in gene:
rali caplo post sermonem et antequam ad alia negotia diuertatur
statuta ipsius ordinis, quae ex libro huius sacrae reformationis ex
trahenda videbuntur et ab eadem pro libro statutorum extra:
hentur, alta voce, et intelligibili omnibus pntibus legantur iuxta
consuetudinem super hoc obseruatam

288 Qualis debet ee notarius capli quid
faciet et quid salarium eius erit

Item statuerunt et ordinarunt pfati Dni Abbas et Reformatores
ut semper in generali caplo sit unus secretarius notarius publicus
vir honestus, scientificus et maturus et in introitu ipsius capli
iuramentum de bene legaliter et fideliter scribendo praestare tenebi:
tur. Talis enim secretarius oia acta ipsius capli fideliter con:
scribat et in formam publicam redigat, petentibusq quorum in:
tererit de ipsis actis caplaribus instrumenta seu lras conficiat.
et infra quindecim dies a diffinitione generalis capli numerandos
uniuersa et singula ipsius capli acta, in uno sexterno conscripta
et reducta, signata sua manu propria et in fva probatoria posita
realiter tradat et expediat operario huius pntis monasterij

qui dicto

qui dicto secretario pro suis stipendijs seu laboribus durante ca:
pitulo pro coi ordinis supportatione, de coi religionis pdicta
consensu eidem sex scuta auri seu eorum legitimum valorem in
continenti persoluere et expedire realiter teneatur. et prædictus
sexternus de et super ipsis actis capitularibus confectus inconti
nenti in Archiuis coibus reponatur et includatur ut memoria
sufficiens pmissorum haberi possit et valeat in futurum. volentes
Dni Abbas et Reformatores ut hoc statutum perpetuis futuris tem-
poribus sine intermissione qualibet obseruetur

Causæ inceptæ in caplo nro generali et 289
nondum terminatæ pnt per Dnos Abbatem
et diffinitores committi diffinitoribus in monrio
remanentibus vel differri ad futurum caplum
generale

Item prefati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt
quod si durante generali caplo aliqua sint negotia incepta q
tunc expediri et terminari non possint. si videatur Dnis Abbati
et diffinitoribus ipsius capli gralis expediens aut utile possint
terminationem ~~aut~~ et expeditionem ipsorum negotiorum committere
diffinitoribus in claustro remanentibus. alioquin absq com-
missione generalr aut als spelr alicui seu aliquibus per ipsum
generale caplum, facta nulla dicta negotia expedire aut de:
terminare possint. sed illa ad futurum generale caplum diffe:
rantur. Salua in ocibus iurisdictione causarum per commissos
et deputatos secundum priuilegium Dni Martini papæ quinti.
et ordinationem super hoc superius factam in monasterio de:
cidendar et audiendar

SEQVITVR STATVS HOSPITALIS ET INFIRMORVM tam huius monasterii quam præceptoriarum quarumcunque ordinis Sancti Antonij Viennensis

215v.

Quod oia religionis bona S. Antonij ubilibet constituta tam in capite quam in membris ad hospitalitatem infirmorum S. Antonij sunt efficaciter obligata et astricta perpetuo et affecta 290

Quanquam secundum iuris cois dispositionem oium Ecclarum rectores ad hospitalitatem tenendam et efficaciter obseruandam teneantur: præcipue tamen et specialius bona et prouentus religionis S. Antonij viennensis ad ipsam hospitalitatem tenendam et obseruandam perpetuo et inuiolabiliter obligantur. quia siquidem consideratione dicti præfati Dni Abbas et Reformatores auctte tplica deputati inhærentes institutioni Se. Re. Bonifacij papæ octaui huius ordinis beatissimi fundatoris. insequen etiam tenorem plurium diffinitionum caplorum generalium prædictorum declararunt diffinierunt et pronunciarunt oia et singula Bona ipsius Religionis S. Antonij vienn in quibuscunq mundi partibus existentia, tam in capite quam in membris ad hospitalitatem infirmorum igne gehennali, vulgariter dicto et nuncupato igne S. Antonij contactorum et infirmorum perpetuis futuris temporibus fore et esse, ac esse debere perpetuis futuris temporibus efficaciter et inexcusabiliter submissa astricta et perpetuo obligata et affecta

Quales infirmi S. Antonij dent recipi et retineri in hospitalibus nris et quales remitti ad seculum 291

Item præfati Dni Abbas et Reformatores eadem Auctte declararunt et decreuerunt, quod oes et singulæ personæ utriusq sexus contactæ et infirmæ præfato morbo seu igne gehennali vulgariter dicto et nuncupato igne S. Antonij quæ siquidem personæ eorum durante infirmitate prædicta, ad monrium

Del Domos

vel domos alias ipsius ordinis recursum habuerint pro beati Antonij suffragijs implorandis & obseruandis, seu alias ipsum beatum Antonium in eorum infirmitate similiter & deuote inuocare, & ad ipsius merita recursum habuerint: si tales sic infirme persone pro sanitate captanda imploranda & assequenda ad hospitale ipsius monasterij, seu alias quarumcunq; preceptorias ordinis declinarunt & se reduxerunt illicq; absq; difficultate quacunq; seu contradictione in ipso mo: nasterio seu hospitali ad quod applicuerint, cessante excusatione qualibet recipiantur & recipi debeant in futurum. Adjecto quod si tales infirmi in ipsis hospitalibus seu domibus ordinis ex predicto igne gehennali S. Antonij, aliquod membrorum suorum perdiderint ex cuius membri perditione seu abscessione inhabiles & infirmi intantum facti fuerint, quod eorum victum in seculo lucrari non possent; si tales in domibus seu hospitalibus ordinis perpetuo remanere debeant, sibi ipsis victum facere liceat. & ad ipsos infirmos recipiendos educandos & alimentandos nulla difficultas seu contradictio illo unquam tempore in Religione fieri possit. & idem etiam decreuerunt obseruandum si extra loca ipsius ordinis, ut supradictum est aliquod membrorum suorum perdiderint: Dum tamen eorum durante infirmitate ad Reliquias ipsius ordinis recursum habuerint, vel ad merita ipsius S. Antonij durante infirmitate valido clamore confugerint: Dum tamen legitime Constet, quod ex infirmitate sic dicta & non ex alia perdiderint ipsum membrum

292 Infirmus S Antonij in principio infirmitatis suæ debet recipi & alimentari ubi primo ad hospitale declinauerit & Posteius curam remitti ad præceptorem suæ originis vel ad hospitale maius in

Sancto Fatorico

216

Sancto Antonio iuxta dispositionem Abbatis

Item praefati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt, quod a principio infirmitatis cuiuslibet infirmi, ut supradictum est, gehennali igne accensi ad quodcunque hospitale ordinis pro sanitate captanda; ille infirmus declinauerit, siue sit in capite siue in membris, illico recipiatur et alimentetur iuxta ordinis consuetudinem, sed si ibm membrum perdiderit, postquam conualescentiam talem receperit et remitti possit, remittatur ad praeceptorem suae originis, vel ad hospitale maius istius monrij iuxta dispositionem Dni Abbatis seu eius vicarij generalis. Adijciendum quod tales infirmi, dum tamen honeste et decenter viuant et conuersentur in ipsa religione seu hospitalibus ipsius commorando residendo et deseruiendo per ipsam Religionem sustentandi et alimentandi sunt, quoad vitam duxerint in humanis iuxta ipsius Religionis consuetudinem

Quilibet praeceptor in limitibus suae baliuiae infirmos ipsarum baliuiarum recipere et alimentare tenetur nisi ex ca alr ordinatum fuerit per Dnum nrum Abbatem, qui hoc potest 293

Item praefati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et declararunt quod quilibet praeceptor infra limites suae baliuiae infirmos ipsarum baliuiarum recipere et alimentare tenetur si tamen in tanto et tam magno numero sub uno praeceptore essent infirmi, quod ibidem absq magno incommodo praeceptorum sustentari non possent. Significetur illud Dno Abbati seu eius vicario generali et iuxta ipsius ordinationem et discretionem ad alias praeceptorias remittant, et ibm ipsis claustraliae assignentur quod similiter esset fiendum in hospitali huius monasterij, si ibm in excessiuo numero adessent infirmi, videlicet quod tunc remitti possent et distribui, iuxta ipsorum Dni Abbatis seu vicarij ordinaoem.

Adyucien

Adycien tamen quod nullus praeceptor ordinis infirmos oriundos de suis balliuijs propter excessiuum numerum remittere debeat, nisi prius hoi exposito Dno Abbati seu caplo generali

294 Quod infirmi, postquam conualescentia acceperunt, possunt remitti ad praeceptore originis vel domicilij, et nolen recipere compelli possunt ad humoi recipiendos

Super infirmis vero qui sunt originarij huius Diocesis vel ibi fouent domicilium et in alicua Diocesi et sub alio praeceptore perdunt membra infirmitate S. Antonij declararunt et ordinarunt praefati Dni Abbas et Reformatores, quod tales infirmi postquam conualescentiam talem acceperint, quod remitti possint et remittantur ad praeceptorem originis vel domicilij, qui eundem infirmum recipere ex debito in sua balliuia teneatur et ad id efficaciter compellatur, secundum praeteritas assignationes capitulares super hoc factas

295 Quod in hospitalibus S. Antonij numq pot institui certus et driatus numerus

Item praefati Dni Abbas et Reformatores decreuerunt et declararunt quod in hospitali huius monasterij, seu in alijs ordinis domibus seu hospitalibus certus et driatus numerus infirmorum ordinari seu institui non potest: quo minus etiam ultra illum numerum cum aliqui infirmi de nouo aduenerint recipi debeant et sicut alij educari seu alimentari

296 De Iuramento infirmorum quod praestare habent ante eor receptionem

Item praefati Dni Abbas et Reformatores inhaeren statutis antiquis istius monasterij statuerunt et ordinarunt, quod oes et singuli infirmi, iuxta superiores ordinationes tacti morbo seu infirmitae ipsius sancti Antonij, qui ipsorum receptionem in hospitalibus praefati ordinis seu mansiones, tanquam infirmus seu mutilatus sibi dari

sibi dari seu assignari requisierint seu postulauerint antequam in ipsis hospitalibus seu domibus tales pro infirmis recipiant prius ad sancta Dei Euangelia iurare teneantur in manibus magni magistri ipsius hospitalis in hoc monasterio et preceptorum in preceptoriis, quod erunt obedientes et fideles Religioni et superioribus suis. et quod honeste et religiose viuent iuxta ipsius ordinis statuta et obseruantias, superiorum preditorum mandata et precepta. bona ipsius ordinis extra ipsam religionem non alienabunt distrahent aut portabunt. quinimo ad religionis prefata utilitatem et commodum fideliter conseruabunt

In successione bonorum infirmor. stetur consuetudini domus seu loci 297

Item prefati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt ut in locis domibus hospitalibus seu preceptoriis in quibus est consuetudo quod infirmi predicti in eorum receptione teneantur offerre bona sua seu eorum aliquam partem aut saltem aliquid ipsis hospitalibus elargiri; vel est consuetudo, quod preceptores in certa bonorum patrimonialium parte eisdem infirmis debeant succedere, seruetur et seruari debeat in ipsis locis consuetudo predicta, neq; circa illa loca aliquid immutare intendunt Dni Abbas et Reformatores ppti, alias autem cessante ppdicta consuetudine, in receptione ipsor infirmorum nihil offerre Religioni cogantur

Quod preceptores sint curati infirmorum et infirmarum in domibus eor degentium 298

Item Dni Abbas et Reformatores ppti decreuerunt et declararunt: quod in otibus et singulis ppdicti ordinis preceptoriis preceptores ipsarum domorum sint curati et superiores ditor infirmorum utriusq; sexus, et ipsis infirmis administrare

tenentur

teneantur et debent sacramenta Ecclesiastica. eosdemq infirmos pro suis culpis offensis et criminibus debent animadversione debita punire et corrigere. quoad infirmos autem hospitalis huius monasterij, illi habent curatum suum specialem, pro dictorum administratione sacramentorum. pro ipsorum vero correctione et punitione habent magistros suos eisdem per Dnum Abbatem deputatos. seu etiam ipsum Dnum Abbatem aut vicarios suos in monasterio Residentes

299 De infirmis vagabundis et discurrentibus et Eleemosinas nomine S. Antonij quærere præsumen

Item circa infirmos vagabundos et discurrentes et præceptorias quorum aliqui non modica temeritate diuti questas per præceptorias facere et sore B. Antonij Eleemosinas quærere in maximum prædictum ipsorum præceptorum statuerunt et ordinarunt Dni Abbas et Reformatores prefati et ante hac concesserunt ut præceptores ipsarum baliuiarum ipsos tales infirmos ante huius statuti in carceribus ponant detineant et detrudant, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio Brachij secularis

300 Quomodo infirmi et infirmæ viuere debent honeste et virtuose et non ludere et

Item circa mores ipsorum infirmorum et infirmarum statuerunt et ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores prefati, ut ipsi infirmi et infirma cum honestate et morum decentia viuant et religiose conuersentur precauentes abominabilis ludis, insolentijs, iuramentis blasphemijs confessionibus et ebrietatibus. Non sint procaces, rixose maledici inflati seu superbi. et ipsa mulieres cum honestate et sanctimonia altissimo famulentur, et habeant magistram suam directricem. quæ magistra esse debeat infirma ipsius hospitalis vita approbatissima

et honesta

et honestæ sanctitate pollens et virtute et quæ peruigili cura en-
tendat ad regimen aliarum et præcipue iuuenum et si quas mu-
lieres male conuersantes seu se gerentes viderit, illas incontinenti
repræhendat et redarguat et nihilominus hoc magistro dicti
hospitalis illico significet et prouisio debita adhibeatur in
præmissis

Quod infirmi vtriusq sexus vestes portent honesti coloris et non magni precij et rotundas cum potentia de panno lineo persico 301

Item Dni Abbas et Reformatores insequentes antiqua statuta
ipsius monasterij statuerunt et ordinarunt, ut oes infirmi utriusq
sexus vestes portent de panno honesti coloris et non magni precij
ipsasq portent rotundas, et infirmi nullomodo portent pileos seu
calotas Mulieres autem infirmæ nullum prorsus ornamentum
in capite portent nisi tantum caputium nigrum, et vestes ipsas
sint omnino clausæ, Adycien vt infirmi utriusq sexus semper
in suis superioribus vestibus portare debeant potentiam de panno
laneo vel lineo persico, non tamen de serico ullomodo infirmi
autem portent caputium iuxta consuetudinem super hoc obserua-
tam

Quod nullus de infirmis exeat limites seu fines hospitalium seu domorum sine licentia seu confabulari præsumant cum religiosis seu viris infirmis aliqua infirma sub poenis hic contentis 302

Item statuerunt et ordinarunt insequen ut dictum est statuta
antiqua ut nullus infirmus seu infirma dictorum hospitalium
exire præsumat fines hospitalium seu domorum in quibus degunt
sine licentia rectorum ipsorum in hoc monasterio videlicet magri
pilloni quoad viros, et magistræ supradictæ quoad mulieres iuxta
super hoc obseruatam consuetudinem et præceptorum in præcep-
torijs sub

torijs sub quibus degunt et si qui contrarium fecerint illa die libram suam amittant et ulterius si rebelles aut inobedientes fuerint acriter puniantur, inhibentes districtissime ne in hospitalibus supradictis et presertim in hospitali sancti monasterij, infirmi cum ipsis infirmis mulieribus seu mulieres cum infirmis conuersari seu confabulari quouismodo presumant: sed se aperta clausura sua segregati et separati eo teneant et morentur et qui contrarium fecerint, acriter puniantur. Adijcientes ut mulieres dicti hospitalis quae cum religiosis reperte fuerint fabulari seu conuersari, vel ante portas ipsorum hospitalium cum eisdem Religiosis frequenter adesse et ineptis collationibus immiscere, puniantur eo libris suis. et alias ad suorum superiorum arbitrium puniantur per incarcerationem, vel alias secundum quod qualitas facti persuaserit sue culpa, eisq; que superius in secunda parte Reformationis contra ipsos Religiosos, mulieres predictas infirmas adeuntes seu colloquentes dicta sunt, nihilominus in suo robore duraturis

303 ## Quomodo sit faciẽ de infirmis incontinenter viuentibus

Item prefati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt ut si in hospitalibus ipsius ordinis aliqui infirmi seu infirme reperti fuerint incontinenter viuere post longam carceris macerationem ab ipsis hospitalibus et domibus ordinis eis excludant et extra proscindantur, nec ulterius in religione recipiantur nisi ex mera gratia hoc faciendum videretur, intuitu aliquos graviter de exinde poenitentium.

304 ## Infirmi vxorati non dent habere administrationem seu aliquod officium in aliquo hospitali ordinis et recipi dent qñ in hospitalibus resid̃e volunt absq; vxoribus

Item si aliqui tempore sue infirmitatis et perditionis membri

vxorati

vxorati sint non ex hoc eorum receptio poterit recusari; tum tamen in hospitalibus ipsius ordinis absq vxore residere velint et morari; ita tamen quod nullus infirmus vxoratus illo unquam tempore aliquam administracoem seu officium in ipsis hospitalibus ordinis habere debeat quidq omnino fieri interdicitur et prohibetur

305 Infirmi seu infirmae se vxorantes seu matrimonium contrahentes post eorum receptionem in hospitalibus ordinis ipso facto sunt priuati eor priuilegio ita quod expellentur et bona intuitu Religionis acquisita maneant religioni

Item si aliquis infirmus seu infirma post ipsorum receptionem in hospitalibus ordinis vxorari seu maritari se presumpserit illuc abipsis hospitalibus expellantur et extrahantur tanquam ipso facto suo priuilegio denudati et priuati, neq vnquam vlterius in religione recipiantur seu religionis prouentibus sustententur quin imo bona quae intuitu religionis acquisierit religioni dimittere efficaciter teneantur

306 Vestes infirmorum dent esse tales quod abscisio membrorum appareat

Item prefati dni Abbas et Reformatores insequen antiqua statuta ordinarunt et statuerunt ut infirmi seu infirmae pdicta non celent absondant seu cooperiant eorum infirmitates cum nimia longitudine vestis seu manica, sed taliter ipse vestes seu habitus deferantur quod abscissio membri apparere possit pariter et monstrari. ut ex hoc populus ad maiorem deuotionem compassionem et sancti reuerentiam inducantur

307 Quod infirmi utriusq sexus tenentur pro qualibet hora can^ca diei dicere xii pr-nr et totidem Aue Maria in Ecc^ia

si fieri pt et etiam abstinentias et obseruantias ut supra dictum est silr et de donatis et conuersis

Item statuerunt et ordinarunt secundum tenorem antiquorum statutorum, quod oes et singuli infirmi seu infirmae ipsius ordis teneantur dicere pro qualibet hora cantica diei, quae sunt septem duodecim pr nr et totidem Aue maria, in Eccla si fieri potest. et idem in donatis et conuersis ipsius ordinis perpetuo obseruetur. teneantur dicti infirmi alias abstinentias et obseruantias facere iuxta superius ordinata in prima parte huius Reformationis

308 Quod non debent recipi nisi mutilati morbo S. Antonij

Item praefati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt insequen ordinationes antiquas ipsius monasterij et ordinis S. Antonij, nisi tacti fuerint seu mutilati morbo dicto S. Antonij non recipiantur iuxta ordinationes super hoc superius annotatas et de hoc debeat fieri plena fides

309 Quando possunt remitti vel expelli infirmi ab hospitalibus nris

Item statuerunt et ordinarunt, quod infirmi seu infirmae sic ut supra dictum est, in hospitalibus ordinis recepti non remittantur seu expellantur ab ipsis hospitalibus, nisi ex supradictis caussis seu si alias essent incorrigibiles, aut aliquid enorme commisissent seu si scandalum inter alios generarent volentes ut tales cum deliquerint animaduersione debita per superiores suos corrigantur et puniantur

310 Quod illa q dentur infirmis expediantur eis in statuto termino sub poena hic expressis et quod infirmi ex hospitale seu domos commorantes nihil percipere debent

Item pfati Dni Abbas et Reformatores auctte aplica deputati insequentes ordinationes antiquas ipsius monasterij statuerunt et ordinarunt quod Dns Abbas et cellerarius nec non pceptores et aliae personae

et aliae personae ordinis teneantur et debeant soluere realiter et cum effectu annis singulis, ea omnia et singula ad q̄ tenentur ipsis infirmis, iuxta fundationem dicti hospitalis et catizationes inferius annotatas rāōe suarum balliuiarum et praeceptoriarum et hoc terminis inferius dictis et declaratis et quicunq ipsorum solutionem ultra mensem distulerint, praeter ipsorum infirmorum voluntatem duplum infra alium mensem proximi sequentem irremissibiliter eisdem infirmis soluere teneantur. quod si per alium mensem sequentem adhuc solutionem ipsorum infirmorum distulerint aut cum ipsis, ut dictum est non concordauerint, essante causa legitima et rationali excōis incurrant sententiam ipso facto et nihilominus post lapsum dictorum mensium si adhuc rebelles et inobedientes essent contra eos procedi possit ad priuationem beneficiorum suorum ut iuris erit et rationis, Declarān Dni Abbas et Reformatores p̄fati oīa et singula ipsius ordinis beneficia, pensiones ipsis infirmis seu subuentiones debentia quatenus ipsorum praeceptorum quemlibet tangit esse, et esse debere ai perpetuo fore ad ipsarum solutionem pensionum sic expresse specialr obligata et affecta. Adyccēn tamen, quod infirmi extra hospitalia seu domos ordinis commorān seu Residen nihil de bonis seu subuentionibus ordinis alijs infirmis dari solitis percipere debeant Nec ad eisdem aliquid soluendum, praeceptores ipsi quouismodo teneantur

Quod ea q̄ dantur infirmis inter eos tantummodo distribuantur 311

Item p̄fati Dni Abbas et Reformatores insequēn antiqua statuta huius monasterij statuerunt et ordinarunt ut ea quae dantur infirmis, inter eos tantummodo distribuantur et diuidantur. et sane qui libram extra hospitale percipiunt et morantur, nihil percipiant

percipiant in eisdem nisi essent aliqui ex seruitoribus præfati hospitalis, qui hoc haberent ex consuetudine diutissime obseruata et hoc alias ex ipsorum infirmorum beneplacito procederet et consensu

312 Ne dentur libræ infirmorum vel obuentiones seu vendantur extraneo,

Item Dni Abbas et Reformatores præfati insequen antiqua statuta prædicta statuerunt et ordinauerunt, quod libra seu auanturæ vel obuentiones infirmorum nemini extraneo dentur seu vendantur

313 Quod gratia quam facit Dns Abbas infirmis infestis duplicibus manebit in æuum

Item statuerunt et ordinarunt insequen statuta prædicta, quod ea quæ Dns Abbas consueuit facere de gratia, ut dicebat infirmis hospitalis infestis duplicibus, et infirmis venientibus de nouo sicut in scriptura quadam facta sub sigillo Dni Abbatis, qui erat pro tempore dicitur contineri perpetuis futuris temporibus obseruetur

314 Hic descriptæ sunt pensiones infirmorum et præceptores qui soluere habent

Item præfati Dni Abbas et Reformatores auctæ Aplica deputati ad futuram rei memoriam, et ut fundatio hospitalis istius monrij S Antonij Dienn perpetuis futuris temporibus in suo robore persistat et permaneat; utiq præceptores indubitanter sciant quas infirmis prædictis pensiones perpetuo soluere debeant, et ipsi infirmi quantum eisdem persolui debeat a quolibet ordinis præceptore: statuerunt ordinarunt et decreuerunt, ut ipsæ pensiones seu subuentiones infirmorum quorumcunq ordinis præceptorum eisdem infirmis pensiones debentium, in hoc libro sacræ Reformationis præfati ordinis singulatim et particulariter describantur nominentur et inserantur, in hunc qui sequitur modum et primo præceptoria Flandriæ suæ bacllioli, dat anno quo

libet hospitali

libet hospitali p̄dicto duodecim libras et octo solidos item præ-
ceptoria de Grünenberga quinq florenos auri, Item præ-
ceptoria de pratino quinq florenos auri. Item domus seu præ-
ceptoria de Roestorff, nouem libras, Item domus seu præceptoria
Leodun seu pontis montionis pro octbus debet octo libras Item do-
mus et balliuia de Henheim debet anno quolibet decem libras,
quatuor solidos: item plus octo libras pro anniuersario Dni
humberti de Briena quondam. s. de quo anniuersario quilibet
infirmus debet habere sex denarios, et conuentus quinquaginta
solidos, et sacrista dicti monasterij quinq solidos et hoc anni-
uersarium debet fieri seu solui anno quolibet in festo B. Gregorij
Item domus seu præceptoria Trecensis debet octo libras. Item
domus seu præceptoria de Memmingen debet septem libras decem
solidos, Item præceptoria Norgiarum debet octo libras decem et
octo solidos, item præceptoria aremoniarum debet octo libros
decem solidos. Item præceptoria Antisiodoren seu Parisiensis quin-
decim solidos, Item præceptoria Masticonen viginti septem solidos
Item præceptoria Cabilonen quadraginta quinq solidos, item
præceptoria Lugdunensis quindecim solidos, Item domus seu præ-
ceptoria foresij triginta nouem solidos, item plus pro carnibus
tria quintalia et tres carteceronos petasonis. Item præcep-
toria prædicta quatuor solidos et sex denarios: item plus
anno quolibet debet dicto hospitali decem quintalia carnium
petasonis. Item plus præceptoria Turrispini seu Burgundij
debet tres solidos: Item plus decem quintalia carnium peta-
sonis et alia duo quintalia pro Dno cellerario loco vnius
boni denarij et vnius taillioni carnium, quas dabat diebus
Dnicis ipse Dns cellerarius præfatis infirmis. Item domus
seu præceptoria

Seu praeceptoria camberiaci debet anno quolibet decem & septem libras, quatuordecim solidos: item praeceptoria eadem debet anno quolibet sex libras de subaentione; item plus cuilibet infirmo unum caeteronum piperis. Item domus de Ballivia Apuliae debet quolibet anno viginti duos ducatos auri cum dimidio. Item praeceptoria Granopolini de anno quolibet viginti sex solidos: item cuilibet infirmo duas libras porci. Item praeceptoria valreaci seu liberonis debet anno quolibet pro ovibus sexaginta florenos parvae moneta: item plus tibias porci cuilibet infirmo, item praeceptor Vapincen debet anno quolibet decem & septem libras, item domus & praeceptoria Silbenaci debet anno quolibet septem quintalia cum dimidio carnium petaponis: item plus pro ovibus aliis debet eidem hospitali septem libras turonenses. Item domus aurionis quadraginta duos solidos, item praeceptoria S. victoris seu Arelatensis debet anno quolibet pro ovibus quinq libras & septem solidos: item plus cuilibet infirmo duodecim denarios moneta bonae. Item domus de Ballivia navarra pro omnibus quinq libras novem solidos: item plus cuilibet infirmo quatuor denarios bona moneta. Item praeceptoria Lemovicen seu boteriarum debet anno quolibet novem libras, decem & octo solidos. Item domus seu ballivia arveniaci debet anno quolibet sex solidos. Item plus quatuor summatas vini puri & mundi, item praeceptoria Auvernie seu fredegeriarum debet anno quolibet novem libras decem & octo solidos. Item plus pro carnibus

Item praeceptoria Vasconie debet anno quolibet novem libras quindecim solidos. Item praeceptor Anglie debet anno quolibet

quadraginta

222v

quadraginta quinq solidos, item domus Ayeronis debet anno quolibet eidem hospitali triginta quatuor solidos, et duos denarios bonæ monetæ, item plus cuilibet infirmo quinq denarios bonæ monetæ item domus seu præceptoria. Montispessulani debet anno quolibet viginti duas libras sex solidos Item præceptoria Barneolarum viginti duos solidos Item præceptoria Neomanci viginti solidos. Item præceptoria Alesti quindecim solidos. Item præceptoria capillæ viginti duos solidos Turon: item præceptoria de Biterris debet anno quolibet traginta vnum solidos sex denarios bonæ monetæ Turonen, Item præceptoria Narbonensis debet anno quolibet quadraginta duos solidos turonen Item præceptoria Carcassonæ debet anno quolibet viginti unum solid turonenses. Item præceptoria castri noui de arrio, quolibet anno debet quatuordecim solidos turonens Item præceptoria Tolosæ, debet anno quolibet viginti unum solidos turonens Item præceptoria pergamistar debet viginti unum solidos, Item præceptoria pontis de rato debet anno quolibet viginti quatuor solidos turonenses Item præceptoria fucus Albani debet quolibet anno viginti duos solidos sex denarios turonenses. Item præceptoria de caduco seu montis Albani viginti quinq solidos turon Item præceptoria Albræ debet anno quolibet triginta solidos turon. Item præceptoria de Lentrico quinq solidos turonenses Item præceptoria Amnilliani viginti unum florenos turonenses Item præceptoria Albæ terræ debet anno quolibet quinquaginta quatuor solidos turonens: Item præceptoria de Grolomino quinquaginta duos solidos turonenses. Item præceptoria montis lesinni quinquaginta solidos turonens: Item præceptoria Burgi, dat anno quolibet infirmis hospitalis quatuor floren: auri Item molendinum de Bandrant setenementarij eius

qui sunt

qui sunt rectores capelli S. petri, debet anno quolibet quatuor florenos auri boni ponderis pro anniuersario Teutonicorum qui sunt assignati sup dicto molendino de Bandrant. Item domus Thaboderiæ cum pertinentijs debet anno quolibet infirmis dicti hospitalis in festo Beati Martini quatuor summatas vini puri et mundi pro uniuersario Joannis Thabandi quondam, Item domus et balliuia Norgiarum debet anno quolibet infirmis dicti hospitalis, quatuor summatas vini puri et mundi pro anniuersario Dni Gantonis de Forefort Lugdunensis dioces. Item præceptoria Ungariæ quatuor florenos Ungar. Item præceptoria Cypri quatuor florenos auri, Item Dnus cellerarius huius monasterij solebat olim soluere vestiaria cuilibet ipsorum infirmorum videlicet sex vlnas sarzillis et minoribus supertunicale et tunicam secundum ætatem suam: hodie autem pro dicto vestiario et loco illius debet Dnus Cellerarius pdictus cuilibet infirmo utriusq sexus unum ducatum auri, et debet soluere dictum vestiarium anno quolibet perpetuo in vigilia ocum sanctorum Item pfatus Dns cellerarius promittendo quæsitum tibias porcorum apud Granopolj quas dat anno quolibet: præceptor Valreacij seu liberonis præfatis infirmis anno quolibet vnum francum. Item plus Dns cellerarius pro libra quotidiana pecuniæ eisdem dari solita, videlicet cuilibet infirmo qualibet die duos denarios ad monetam antiquam dicti hospitalis vna cum anniuersarijs consuetis dari pro quolibet anniuersario duos denarios dictæ monetæ. et in summa cuilibet infirmo triginta quinq anniuersaria. Item plus anno quolibet in festo natiuitatis Dni libram consuetam vnius panis albi

ad valorem

ad valorem quatuor miccarum conuentus: vnius magni cophi pleni vini puri et mundi et de boue et porco recentibus ad quantitatem ponderis, videlicet porci duarum librarum et octo librarum cum salsa calida, et vnum parcum cipsum nectaris cum sibelarum competentia consueta. Item die Jouis sancta vnam sonassiam sufficienter suffranatam ad quantitatem quatuor miccarum predictarum conuentus et die Dominica pascha vnum agnum. Item qualibet die Dnus vnam miccam panis conuentus propane benedicto dictorum infirmorum. Item plus in sex festiuitatibus in quibus infirmi coriare tenentur debet Dns cellerarius ministrare vinum bonum purum pro coriatione ipsorum infirmorum. Item quando Dns Abbas remouet et transmittit a dicto Hospitali ad alias preceptorias Dnus cellerarius tenetur ministrare expensas usq ad primam preceptoriam, nec tenetur recedere dictis infirmis, donec plene fuerit satisfactum eidem de sibi debitis subuentionibus per ipsum cellerarium. Item pro quatuor racemis cuilibet ipsorum dari solitis et loco ipsorum racemorum dat ffratius Dns cellerarius cuilibet infirmo vnum poteum vini ad mensuram Hospitalis. Item ffratius Dns cellerarius a die Sabbati ante festum annuntiationis B. Marie, vsq ad primam diem Sabbati proxim ante festum michaelis debet dare et soluere qualibet die exceptis diebus veneris cuilibet infirmo vnam picotam vini puri et mundi ad mensuram dicti Hospitalis

Quod preceptor constantien. dat singulis annis hospitali in S. Antonio centum florenos

Item preceptoria seu domus S. Antonij constantiensis debebat alio tempore anni tantumdem vini dictis infirmis et ipsorum cuilibet ministrare. quod siquidem vinum fuit reductum ad summam seu quantitatem

tatem centum florenorum Renensium, quos preceptor constantiensis predictus debet anno quolibet eidem hospitali realiter soluere

315 ## Quod preceptores possunt compelli ad satisfaciendum infirmis hospitalis S. Antonij, et quod pensiones infirmorum poterunt ampliari et moderari

Item Abbas et Reformatores prefati statuerunt et ordinarunt, vt omnes ipsius ordinis preceptores et persone superius nominate compellantur ad solutionem debitarum pensionum seu subuentionum prefati hospitali et infirmis ipsius per poenas contentas in superioribus statutis veriliter et rigide secundum ipsorum continentiam et tenorem. saluo tamen infirmis predictis et hospitali si contra aliquos ordinis preceptores seu personas, causas iustas et legitimas haberent petendi et exigendi maiores et ampliores pensiones, seu subuentiones quam superius sit expressum. et etiam saluo preceptoribus superius nominatis et eorum successoribus iure seu moderamine, si quod haberent per transactiones seu alias legitime super pensionibus seu subuentionibus minoribus suorum beneficiorum ipsi hospitali seu infirmis eiusdem annuatim persoluenda quibus videlicet infirmis et preceptoribus seu iuribus per eorum premissa ibi de hoc alias legitime constaret non intendunt dicti Abbas et reformatores prefati aliquod preiudicium generare

316 ## De quibus carnibus soluuntur petazones

Item prefati Dni Abbas et Reformatores ordinarunt et declararunt quod preceptores iusta taxationes superius annotatas de ben. infirmis dicti hospitalis carnes salsatas debent et tenentur ac tenebuntur in futurum illas soluere de carnibus petazonis et non bouinis

317 ## Quod libre petazonis persoluuntur in una petia

Item statuerunt et ordinarunt declarando super hoc modum antiquum quod

229 v

quum quod pro una petia Carnium debeant persolui eisdem in:
firmis quinque libræ petasonis nisi aliud in eorum fundatione cauere:
tur

Quod carnes persoluentur ad pondus villæ S. Antonij 318

Item insequentes ordinationes antiquus statuerunt et ordina
runt quod carnes predictæ debeant solui ad pondus huius villæ S.
Antonij viennensis

Pensiones cuilibet infirmo non debentur nisi prius sciatur certus numerus 319

Item prefati Dni Abbas statuerunt et ordinarunt quod præceptores
deben suas pensiones seu subuentiones cuilibet infirmo dicti hos:
pitalis non prius easdem pensiones soluere teneantur quam de
vero numero dictorum infirmorum et infirmarum hospitalis
anno quolibet ipsis præceptoribus extiterit plena fides ita quod
si prefati infirmi fraudem in hoc malitiose commiserint maiorem
infirmorum numerum quam in veritate sit asserendo ipso facto
pro illo anno priuati sint dictis suis pensionibus seu subuentionibus
particularibus, nec præceptores præfati ipsis easdem persoluere
teneantur

Quod carnes soluendæ infirmis per præceptores dent pro visitari antequam mittatur ad hospitale 320

Item statuerunt et ordinarunt Dni Abbas et Reformatores pre:
fati quod carnes predictæ debitæ infirmis ipsius hospitalis antequam
portentur seu deferantur ad hospitale prædictum visitentur infra
claustrum dicti monasterij seu infra villam S. Antonij videlicet
in loco in quo fuerint ipsæ carnes et fiat visitatio ipsa per ali:
quos commissos ex parte hospitalis qui non sint ultra tres, et per unum
commissum ex parte præceptorum ad hoc aptum et visitatione
facta preceptor deferri faciat ipsas carnes ad hospitale prædictum
et ibidem dictarum carnium fiat solutio debito modo supra
dicto

dicto hospitali absq fraude dolo aut murmuratione quacunq

321 ## Termini intra quos præceptores tenentur soluere carnes eorum infirmis

Item prefati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt quod omnes et singuli ordinis præceptores deben carnes infirmis pfati hospitalis easdem integraliter ipsis soluere teneantur et debeant et hoc a festo B. Antonij usq ad festum purificationis B Marie virginis quod quidem temporis ipsis præceptoribus pro solutione dictarum carnium perpetuo ordinatur et assignatur. et præceptores deficientes seu deferentes puniantur secundum tenorem et contrarietatem statutorum superius expressorum

322 ## Terminus ad soluen pensiones infirmis hospitalis

Item pariter statuerunt et ordinarunt Dni Abbas et Reformatores pfati quod præceptores ordinis deben infirmis pfati hospitalis pensiones seu subuentiones in pecunia: ipsis in festo assensionis Dnice ipsis infirmis realiter persoluere teneantur. qui quidem terminus eisdem præceptoribus pro ipsarum pecuniarum solutione perpetuo assignetur et deferen seu defluen puniantur prout supra dictum est

323 ## Quod super valore pecuniarum soluendarum infirmis habitur consuetudini semper super hoc obseruate

Item q ad valorem pecuniarum ipsi hospitali pro pensione debitaz per eosdem præceptores statuerunt et ordinarunt pfati Dni Abbas et Reformatores quod in soluendis ipsis pensionibus seu subuentionibus super valore ipsarum pecuniarum stetur consuetudini super hoc obseruate.

qua hora claudetur

Qua hora claudetur hospitale postquam nullus infirmos intrare vel exire debet 324

Item statuerunt et ordinarunt praefati Dni Abbas et Reformatores quod circa clausuram portarum hospitalis cum decenti diligentia prouideatur ut bona et competenti hora claudantur et extra horas debitas nullus infirmorum seu infirmarum ipsius hospitalis dictum hospitale intrare seu exire quouis modo praesumat

Qui vocandi sunt dum Negotia hospitalis tractabuntur 325

Item praefati Dni Abbas et Reformatores volentes ut status ipsius hospitalis cum decet discretione regatur, hac in perpetuum valitura ordinatione statuerunt et ordinarunt ut in omnibus et singulis ipsius hospitalis causis rebus et negotijs tractandis procurandis et expedien in quibus magr pilloni dicti hospitalis cum alijs sex ad hoc electis et deputatis insimul conuenire debent et consueuerunt et in unum pariter congregati; curatus ipsius hospitalis qui nunc est aut pro tempore fuerit sicut unus aliorum nro ad praemissa deat euocari si sit in hoc monasterio et ipso non vocato alij ad praemissa nullo modo procedere praesumant si tamen vocatus interesse non posset nollet aut recusaret; alij libere sine ipso curato procedere valeant iuxta consuetudinem super hoc obseruatam, Adycien quod etiam si velint eorum magnum magrum conuocare pro praemissis hoc eisdem licitum sit et permissum quotiescunq eisdem videbitur expedire

De capella B. Catharinae in hospitali quod seruitores dent obire curato hospitalis inuentarium quolibet anno reddere ad quem pertinent oblationes et obuentiones capellarum hospitalis 326

Item qui

Item quò ad capellam ipsius hospitalis vocatam B. catharina statuerunt & ordinarunt ut seruitores ipsius capella hospitalis quoad illa quæ concernunt regimen statum & administracoem dicta capella sint obedientes & fideles curato dicti hospitalis nec sine licentia eiusdem extrahant ornamenta seu libros dicta capella nec de his quæ pertinent ad dictam capellam aliquid ordinare seu disponere & teneantur reddere inuentarium anno quolibet de præmissis ornamentis prædicto curato & commissis seu deputatis ipsius hospitalis & non possint ipsi duo seruitores capella se absentare in dicto hospitali seu monasterio absq licentia ipsius curati & loco illorum tunc alij substituantur pro seruitio dicta capella ipsorum absen duran & in his prouideat ipse curatus hospitalis, ad quem iuxta consuetudinem dinoscitur obseruatam pertinent & expectant oblationes & obuentiones capellarum ipsi hospitalis vide merito sui interest ad præmissa intendere diligenter. Adycien ut missæ ordinariæ dicti hospitalis decantur horis competentibus, & ante primam nullus missas ordinarias in ipso hospitali ducre seu decantare præsumat

327

Quod semper erit vnus liber in quo scribantur oes receptæ liberationes distributiones & earum expeditiones hospitalis

Item ipsi Dar Abbas & Reformatores pro manutenendo debite statum ipsi hospitalis statuerunt & ordinarunt ut in ipso hospitali sit semper unus liber, in quo scribatur omnes receptæ liberones distributiones & earum expeditiones ipsius hospitalis ut de eisdem continuo apparere possit. Adycien ut anno quolibet vocatis & presentibus quorum interest iuxta ea quæ superius dicta sunt fiat visio seu computorum redditio de omnibus receptis & liberatis ipsius

bratis ipsius hospitalis et de restantibus ex sclioe ocum et præ:
missa scribantur in libro prædicto ut memoria p̄missorum possit
semper haberi

Quod cellerarius tenetur post obitū infirmorum circa corpus dum tradetur sepulturæ quatuor et prouidere eidem in funeralibus 328

Item quando infirmi seu infirmæ post eorum obitum traduntur Ecclesiasticæ sepulturæ Dns cellerarius iuxta antiquam consuetudinem super hoc obseruatam teneatur eisdem ministrare quatuor cereos honestos et competentes, et in funeralibus eisdem prouidere

Qui infirmi possint eorum procurem ad cas et negotia et ad iudicia constituere vocatis vocandis 329

Item p̄fati Dni Abbas et Reformatores approbarunt et receperunt consuetudinem ipsorum infirmorum hospitalis videlicet quod possint eorum procurem ad cas et negotia et ad iudicia creare et instituere, dum tamen hoc faciant vocatis vocandis, iuxta ea quæ superius dicta sunt et decreta

Ad q̄ tenentur infirmi curato eorum et capellis hospitalis 330

denarios Turonens. in Hispania vero soluuntur pensiones ad florenos Arragonum, in Anglia vero et Scotia soluantur ad florenos dictæ prīæ dictos salus, alij vero p̄ceptores non generales nationis Galliarum, illi videlicet qui consueuerunt suas pensiones soluere ad libram Turonen soluant ad libras prout consueuerunt, subditæ vero nationis Hispaniæ soluant pensiones suas ad floren monetæ ipsius patriæ iuxta consuetudinem super hoc obseruatam, præceptoriæ vero linguæ occitanæ q̄ vulgariter de mensa dicuntur dictas pensiones suas soluant Dno Abbati ad mutones auri, videlicet pro quolibet mutone quindecim solidos, decem denarios Turonen.

Quod in S. Antonio dent semperee religiosi claustrales ex quatuor natioibus 370

Item p̄fati Dni Abbas et Reformatores insequentes ordinaoes antiquas istius mon^rij statuerunt et ordinarunt, quod in hoc mon^rio sint quanto magis fieri poterit semper religiosi claustrales quatuor nationum videlicet Galliarum, Alemaniæ, Italiæ et Hispaniæ, ad finem ut status huius mon^rij inter oes nationes notus haberi possit: Et exinde obedientia unanimiter confoueri et unitas in tota ipsa Religione auctore Dno in perpetuum valeat obseruari

Hic conceditur Dno Abbati præceptoribus, prioribus et fratribus ordinis nri licentia, acqrendi bona stabilia q̄cunq̄ et illa noie Religion retinen et possedendi ad vitam suam, de quibus aliqua elargiri possunt in eorum vita ad pios vsus 371

Item p̄fati Dni Abbas et Reformatores insequen tenorem antiquorum statutorum huius monasterij, et plurium diffinitionum et ordinaoum, in caplis generalibus hactenus factarum dederunt

dederunt et concesserunt licentiam et auctem tam ipsi Dno Abbati, quam singulis praeceptoribus prioribus, et fratribus dicti ordinis acquirendi quaecunque bona stabilia et ipsa noce Religionis retinendi et possedendi ad vitam suam, Et nihilominus quod de ipsis bonis, seu parte ipsorum possint et valeant dicto monasterio aut membris eiusdem pro missis et anniversarijs fundandis alijsque pijs usibus iuxta facultatem dictorum bonorum in eorum vita duntaxat aliquid relinquere seu elargiri

372 Quantum quiuis praeceptor habet Soluere de coetero pro tallia sua

Item cum ab institutione huius ordinis solitum fuerit pro oibus religionis negotijs procurandis et dirigendis necessitatibus ipsius ordinis subleuandis aliquoties inter praeceptores ipsius ordinis per diffinitionem generalis capli, tallias imponere et indicere iuxta taxationes antiquas super hoc factas et consuetas in ipsa religione quia tamen ipsae taxae et quotationes graues fuerunt et plerisque praeceptoribus fere insupportabiles, et multae exinde murmurationes usque in hodiernum diem exorsae fuerint inter ipsius ordinis praeceptores. Igitur praefati Dni Abbas et Reformatores auctte aplica deputati volen indemnitatibus ipsius ipsius ordinis prouidere, ac praeceptores a grauaminibus et in debitis tailliarum quotisationibus inposterum releuare, et ipsarum tailliarum summas et quotisationes erga praeceptores nimium exinde grauatos prouide moderare, ad quotationem moderationem et taxationem ipsarum tailliarum, cum pro tempore in religione imponendae erunt deliberatione prehabita matura processerunt in modum inferius designatum. Statuentes et decernentes atque ordinantes vt secundum modum quotationem et formam inferius immediate descriptam institutam et ordinatam de coetero

tam de coetero in ipsa religione Tacliae imponantur et indi
cantur, neq ad maiorem summam Tacliae in ipso ordine im-
ponantur, nisi causa aliqua magna et ardua ad dictam Tacli-
am pro tempore augmentandam induceret generale capitulum
ipsius ordinis pro tempore celebrandum

Et primo praeceptor Ranuersi septuaginta ducatos praeceptor
Flandriae quinquaginta florenos auri. praeceptor de Roes-
torff et Horff octuaginta florenos Rhenenses praeceptor Tusciae
nihil quia vnita Abbatiae, praeceptor camberiaci sexaginta flo-
renos auri, praeceptor Hispaniae octuaginta florenos hispani-
enses prior vrbis decem ducatos praeceptor leodiensis siue pon-
tis monsionis quinquaginta floren: auri praeceptor Angliae
centum florenos dictos salus praeceptor boteriarum viginti
florenos auri praeceptor Nauarrae sexaginta florenos Arragonen:
praeceptor Aluerniae triginta quinq floren auri praeceptor Ae-
moniarum quadraginta florenos auri praeceptor in Heinheim
quinquaginta florenos Rhenenses, praeceptor in Memmingen vigin-
ti florenos Rhenenses. praeceptor Apuliae sexaginta ducatos, prae-
ceptor hungariae viginti ducatos praeceptor Trecensis quadra-
ginta florenos auri praeceptor scotiae decem florenos dictos
salut. praeceptor de Schrunenberg triginta florenos Rhenenses
praeceptor vapinci nihil qui vnita fabricae praeceptor Alben-
sis sex florenos auri. praeceptor constantiensis quindecim floren:
Rhenenses. praeceptor Norgiarum triginta florenos auri praeceptor
de prittino triginta florenos Rhenens: praeceptor foresij viginti
florenos auri, praeceptor S. crucis sex florenos auri praeceptor
Burgi viginti florenos auri, praeceptor cabilonens: triginta flo-
renos auri, praeceptor Aniciensis decem florenos auri praeceptor
Masticonens: viginti quinq florenos auri praeceptor Hrano:
polin decem floren

decem florenos auri, præceptor Massiliæ decem floren auri præ
ceptor Albæ terræ duodecim florenos auri præceptor viennæ
tres florenos auri, præceptor Turrispini tres florenos auri. præ
ceptor Barriducis decem floren auri præceptor Solomini decem
florenos auri præceptor Ammoniacij tres florenos auri. præceptor
cypri decem floren auri

Subditi præceptoriæ Ranuersi. præceptoria Taurinen quin=
quaginta ducatos. præceptoria fossani quinquaginta ducatos
præceptoria mediolanensis sexaginta ducatos. præceptoriæ
cremonæ quinquaginta ducatos, præceptor papiæ quatuor=
decim ducatos. præceptor palmæ viginta quinq ducatos. præcep=
tor venetiarum quinquaginta ducatos. præceptor Bononiæ
triginta ducatos. præceptor Placentiæ quindecim ducatos. præ:
ceptor de claustro quindecim ducatos. præceptor ~~de claustro~~ quæsi
sex ducatos præceptor Alexandriæ quatuor ducatos. præceptor
Veronæ decem ducatos. præceptor Brixiæ viginti quinq duca:
tos. præceptor sauonæ tres ducatos, præceptor Astens: sex ducatos
præceptor Mantuæ decem ducatos. præceptor Cremæ octo
ducatos præceptor de Crecresio sex ducatos. præceptor Cumarum
quinq ducatos. præceptor cantu unum decatum præceptor
herbæ duos ducatos. præceptor valenciæ duos ducatos. præ:
ceptor Terdonensis tres ducatos præceptor de Busseto duos
ducatos præceptor Regij sex ducatos. præceptor Amandolæ
sex ducatos. præceptor cypri duos ducatos. præceptor ferrariæ
quinq ducatos præceptor veruchij duos ducatos

Subditi præceptoriæ in Rostorff et horst in Germania. præ:
ceptor Alzeiæ triginta floren: Rhenenses præceptor Maruillæ
decem floren Rhenens: præceptor poloniæ quinq florenos Rhenen:
præceptor cliuensis quinq floren Rhenens: Subditi in Bru

nenberg

243v

uenberg praeceptor in Demessum quindecim floren Renenses
Subditi Leodien praeceptoria Tracectensis triginta florenos
Renenses. Subditi de Bailliolo, praeceptoria Barbafossae quinq
florenos auri subditi Bungaria praeceptor septem castrorum
decem ducatos. Subditi Tremoniae praeceptor de Ruffeio quinq
florenos auri praeceptor de columbeio unum florenum auri.
praeceptor de Barbona duos florenos auri, praeceptor de Marchia
quatuor florenos auri. praeceptor Bisontinensis quinq florenos
auri. praeceptoria Frigidae vallis tres florenos auri subditi
Cabilonens praeceptor de carneio duos florenos auri subditi
Masticonenses. praeceptor pontischaralis sex florenos auri sub
diti Trecensis praeceptor Rothomagen decem florenos auri
subditi Lemouicens praeceptor de lauda quadraginta florenos
auri praeceptoria de paulione decem florenos praeceptoria de
malo tractu quinq florenos auri praeceptoria de folkaderia quinq
florenos. praeceptor de memoria quinq florenos auri. praecep
tor pontis sabbatiae siue de catina tres florenos auri. praecep
tor de plantata quinq florenos auri. praeceptor de estanx
decem florenos. praeceptor de caritate decem florenos praeceptor
de follada quatuor florenos auri. praeceptor de la chassaig
ne quinq florenos auri. Subditi Albae terrae. praeceptor Burde
galarum quindecim floren auri praeceptoria de Artigalonga duos
florenos auri, praeceptoria de clareto duos florenos auri. prae
ceptor de queireto duos florenos auri. praeceptor de Brolleo
duos florenos. praeceptor de Grandicastanea unum florenum
auri. praeceptor de Birgeirato tres florenos auri praeceptor
de Issiditio duos florenos auri. praeceptor de pisano tres
florenos auri. Subditi Golomini. praeceptoria Trauersae

quatuor

quatuor florenos auri, praeceptoria de Rothefort duos floren:
auri. praeceptoria de Ponteas duos florenos auri. praeceptoria Sal:
uae terrae duos florenos auri, subditi Fluerniae praeceptor montis=
ferrandi octo florenos auri praeceptor Billonij. praeceptor cussi=
acij sex florenos auri, praeceptor caroti octo florenos auri prae:
ceptor de Nabesaco unum florenum auri praeceptor Sti
Amantij decem florenos auri, Subditi S. crucis prior
pontis in Roganis duos florenos auri, prior de vasseigio
unum florenum auri prior S. Juliani vnum florenum. prior
S. Andiolij unum medium florenum auri. prior veronae
unum florenum auri. prior S. petri de Rocka unum florenum
auri. curatus pontasij unum florenum auri, curatus de
panneto medium florenum auri. prior vallis carpliarum
unum florenum auri prior de Ansagic medium florenum auri
Subditi S. Medardi prior de Brisanis duos florenos auri
Prior de syna unum florenum auri. prior secusiarum unum
florenum auri, prior S. Salvatoris medium florenum auri
Prior de Emblesijs unum florenum auri Subditi vapin:
praeceptor de Rannis, unum florenum auri praeceptor Nuxiae
unum florenum auri. praeceptor de Anansono medium floren=
auri praeceptor de Clareto medium florenum auri praeceptor
Sardiniae duos florenos auri, praeceptor de aula unum floren.
auri. Subditi massiliae praeceptor coesaressae duos florenos
auri, praeceptor de aquis medium florenum auri. praeceptor
de podio Ricardo medium florenum auri. Subditi Albe:
nacij, praeceptor de Ternone unum florenum auri. praeceptor
Gabelliani unum florenum auri. praeceptor pratellarum medium
florenum auri Subditi Apuliae, praeceptor de serua sex
ducatos

ducatos auri preceptor de caieta duos ducatos preceptor de Barela decem ducatos preceptor Thearmon duos ducatos preceptor de sermona quatuor ducatos preceptor pentij et padulæ duos ducatos preceptor S. Seuerini unum ducatum præceptor capuæ unum ducatum præceptor de Astrologa duos ducatos preceptor de pasteria et versis duos ducatos preceptor Siciliæ duodecim ducatos preceptor de fundus sex ducatos subditi Hispaniæ siue castroperijs preceptor portugalliæ quindecim florenos auri preceptor Siciliæ octo flor: auri preceptor de Thoro octo florenos preceptor de Toleta sex florenos preceptor de Alfaro quatuor florenos, præceptor Salamantiæ quinq florenos preceptor Segobiæ sex florenos præceptor de Astiensoro sex florenos preceptor Conchiensis sex florenos præceptor villæ Regalis duos florenos preceptor Cadafalsi unum florenum, præceptor cordubæ tres florenos Subditi Nauarræ preceptor perpignani decem florenos præceptor Seruariæ viginti florenos. præceptor leiden sex floren preceptor Coesar augustens: viginti florenos præceptor valenci viginti florenos. præceptor Maioricarum decem florenos præceptor de vallibus sex florenos

In qua moneta tailliæ in qualibet natione exolui debent 373

Item statuerunt prefati Dni Abbas et Reformatores ut præceptores ordinis taillias pro tempore debentes illas soluant ad ducatos vel florenos secundum qualitatem et quantitatem superius de pensionibus descriptam et declaratam et ipsos florenos ad valorem superius designatum secundum prouincias in ipsis pensionibus annotata

Quibus debent spolia defunctorum et quomodo recipientur et in quibus consistunt vel q̄ sunt q̄ veniunt ad Spolium

Item quoniam de iure communi Episcopis et eorum Superioribus, nec non Abbatibus praeceptoribus et alijs praelatis Regularibus aut secularibus prohibitum est bona personarum Ecclesiasticarum beneficiatarum manentium siue vacationis tempore ipsorum obuenientia occupare: sed illa fideliter eorum successoribus in beneficijs reseruare debent nisi de speciali priuilegio statuto vel consuetudine legitime p̄scripta vel alia caa rationabili hoc eisdem competere dinoscatur et quamquam in hac religione S. Antonij vicennensis ab antiquo statutum fuerit talia bona et spolia ad Dnos Abbates qui pro tempore fuerint et ad praeceptores generales ipsius ordinis pertinere debere prout infra declarabitur: quia tamen in dictis spolijs percipiendis quam plurimi abusus fieri solent. et dictis abusibus quantum fieri poterit obuicetur: statuerunt et ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores auctē Aplica et huius salutiferae reformationis insequen antiquum statutum morem et consuetudinem in hoc monasterio hactenus obseruatam: quod spolia p̄ceptorum generalium et praeceptorum linguae occitanae, ac claustralium officiarior et Religiosorum dicti monasterij pertineant de coetero dicto Dno Abbati, spolia vero praeceptorum et aliorum Religiosorum subditorum immediate p̄ceptoribus generalibus pertineant dictis p̄ceptoribus prout hactenus in dicta Religione obseruari consuetum est. Adquen quod Dns Abbas et p̄ceptores spolia

tores spolia preceptor & officiator sibi subditorum recipient
debeant & percipiant sub modificationibus & declarationibus con=
tentis & declaratis in antiquis statutis videlicet quod Dnus
Abbas & preceptores percipien spolia & bona preceptorum &
officiatorum Claustri defunctorum percipere possint & valeant
de dictis bonis & spoliis bona q subsequuntur: videlicet equos
ad sellam defuncti preceptoris vel Religiosi officiarij & lectum
eius, ipsos argenteos, jocalia argentea & aurea & pecuniam
numeratam, Vec non obligationes & nomina proprio nomine con=
tracta ac etiam blada & vina: Ita tamen quod tantum de Blado
& vino dimittere teneantur in dicta preceptoria seu administra=
quantum erit necessarium ad messes & vindemias sequen. &
fructus novos ac suppellectilia necessaria usui dicte domus
sine quibus commode Religiosi & familiares in talibus domibus
manere non possunt, Animalia q aratria ac summerios & alia
alia natritia pro negotijs domus necessaria dimittere tene=
antur, Declarand talia non venire sub nomine spolij sed esse
effecta dicte domui & preceptoria seu etiam officio sicut cetera
bona stabilia prout in dictis antiquis statutis expresse continetur

Quod decedentium que sunt clara 375
& que debita sunt contracta propter
utilitatem beneficij vel officij dent prius
exolui antequam recipiantur spolia per Ab=
batem vel preceptores iuxta sequens capitulum

Item ut curia dicta spolia tollatur omnis dubius insequen circa
hoc formam dictorum antiquorum statutorum & dispositionem
iuris communis cum bona & spolia talium defunctorum solum
debeant illigi solutis debitis si que sint & bis q fuerint neces=
saria pro seruitoribus ac ministris, ac incumbentibus oneribus
usq ad novos fructus supportandis congrue referatis ex ipsis

reperta

reperta fuerint superesse, declararunt dicti Dni Abbas et Re-
formatores auctte Aplica eisdem super pmissis concessa quod
de coetero Dns Abbas non possit percipere dicta spolia nisi prius
et ante omnia solutis debitis dictorum decedentium, et relictis
suppellectilibus et alijs congruentibus necessarijs pro usu dictae
domus Et dictis antiquis statutis continetur expresse, et ut prae-
missa possint melius et efficacius observari circa spolia preceptorum
et officiariorum et aliorum in beneficijs et officijs successores
habentium in exonerationem aiae talis defuncti et favorem
suorum creditorum declararunt statuerunt et ordinarunt quod
oia bona talis defuncti debeant per Dnum Abbatem seu Reli-
giosum ab eo deputatum et per notarium publicum cum testibus
fide dignis ad hoc adhibitis describi, et sub inventario fideliter
reponi. et si quae forte reperta fuerint, q per fraudem vel malitiam
non fuerint in tali inventario descripta, ut in eo puniatur in
quo delinquit Dns Abbas privetur ea vice illo spolio, et adiudi-
cetur successori in tali beneficio vel officio pro illa vice q prae-
missa adimplere debeat, Adjecend etiam ulterius, quod postq.
talia bona et spolia fuerint sub inventario fideliter descripta
modo et forma superius ordinatis quod Dns Abbas debita
clara talis defuncti usq ad valorem concurren bonorum et
spolij ipsius defuncti debeat infra tres menses dictis creditoribus
solvere vel cum illis aliter concordare, quod si facere recu-
saverit, privetur ea vice illo spolio et adiudicetur successori
qui praemissa adimplere debeat. Si vero sint debita contracta
per talem defunctum in evidentem utilitatem beneficij talis
defuncti et spolium non suppetat cum successor in beneficio
teneatur talia debita sui praedecessoris secundum dispositionem
iuris Cois persolvere ordinarunt et declararunt Dni Abbas et

Refortores

Reformatores quod successor in tali officio vel beneficio pl: uat talia debita promisso quod creditores primitus et ante oia doceant ipsa debita fuisse conuersa in euidentem utilitatem ipsius beneficij vel officij

De Dno Abbate et præceptoribus idem est iudicium quo ad spolia 376

Et quæ superius dicta sunt de Dno Abbate percipiente spo: tia idem voluerunt dicti Dni Abbas et Reformatores obseruari debere in præceptoribus generalibus et alijs percipientibus spolia subditorum suorum

Quod spolium recipietur in principali domo præceptoris defuncti ibi tunc fue: rint bona q veniunt ad spolium iuxta decla: rationem superius factam 377

Ordinarunt pariter dicti Dni Abbas et Reformatores quod circa domos dictorum præceptorum taliter defunctorum exis: tentes in claustro dicti monasterij acquisitas et deputatas pro dictis præceptoribus et successoribus suis in tali præceptoria quod nullo modo possit recipere Dnus Abbas bona parimenta lectos pulsellam stagni et alia suppellectilia ad usus dicte domus de: putata tunc dicti spolij: sed fideliter successoribus reseruentur cum in dicto claustro proprie non sit domus principalis talis defuncti præceptoris. sed spolium percipiat secundum superius declarata in domo principali talis præceptoris defuncti: nisi forte in tali domo essent bona superius declarata, quæ veniunt percipienda sibi nore spolij per Dnum Abbatem secundum Supe: rius declarata et designata

378 De modo seruan in receptione spoliorum claustralium defunctorum in sancto Antonio.

Circa vero spolia claustralium et officiorum sicuis monasterij cum contingat sepe numero tales claustrales habere administracem bonorum et rerum ad conuentum pertinentium. et ad fundationem missarum et anniuersariorum ne aliquid deperdi possit sub velamine dictorum spoliorum, cum Dns Abbas et conuentus habeant mensam separatam de cuius quo jura sunt fideliter et seruentur et vnicuique quod suum est reddatur, ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores, quod curia talia spolia recipienda Dns Abbas deputet aliquem Religiosum pro dicto spolio recipiendo, qui deputatus antequam ad ulteriora procedat, debeat vocare Dnum priorem seu subpriorem dicti monasterij et alterum ex procuratoribus dicti conuentus et in presentia ipsorum et notarij et testium ad hoc vocatorum, describat oia bona et spolia talis defuncti et quae pertinebunt conuentui restituant, et cetera sub noie spolij quae comprahendentur solutis debitis vt superius declaratum est Dnus Abbas percipiat. Ita tamen quod debita talis defuncti iuxta ordinationem superius factam persoluere teneatur. Si vero talia et tanta essent debita, quod excederent valorem bonorum talis spolij et non essent contracta pro utilitate euidenti Religion Declararunt quod Dns Abbas non teneatur ultra vires bonor dicti spolij sed tantum usq ad concurrentem valorem bonorum dictorum spoliorum

379 Quod libri Theologiae non veniunt ad spolium: sed ad libraria monasterij S Antonij

Item et ut nihil Ambiguitatis circa bona et spolia talium decedentium remaneat, ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores quod si contingat praeceptores et Religiosos deceden, aliquos libros Theologiae here ut talia possint et debeant remanere Religioni ad seruitium dictae religionis et Religiosorum ipsius quatenus eisdem facultas studendi commodior attribuatur ordinarunt quod tales libri sub noie spolij non veniant; sed reseruentur mon rio, et in libraria reponantur Respectu claustralium in monasterio decedentium: et Respu praeceptorum reseruentur praeceptoriae talis defuncti ita quod nullatenus alienentur, sed etiam in aliqua libraria seu loco honesto reponantur et conseruentur

Quod bona stabilia acqsita per Dnos Abbatem praeceptores et Religiosos nomine proprio infra limites praeceptoriar non veniunt sub nomine spolij. etiamsi in eor vita non disposuerunt: sed si extra loca et limites tunc veniunt sub spolio 380

Item cum secundum antiqua statuta dictae Religioni sit pmissum Dno Abbati praeceptoribus et Religiosis acquirere bona stabilia et de illis monasterio duntaxat vel membris aliquid relinquere in eorum vita iuxta ordinationem superius annotatam. ordinarunt declararunt et statuerunt dicti Dni Abbas et Reformatores quod si contingat Dnos Abbatem et praeceptores aliqua bona acquirere nomine ipsarum Abbatiae seu praeceptoriarum aut alias noie proprio infra limites dictarum praeceptoriarum, et de ipsis bonis in ipso monasterio aut praeceptorijs in eorum vita non ordinauerint, quod illa non veniant sub noie spolij, sed fideliter reseruentur successori videlicet dignitati Abbatiali aut praeceptoriae et mensae eorundem deputentur si vero ipsum Dnum Abbatem et praeceptores contingat talia bona acquirere noie proprio et extra loca seu etiam limites ipsarum

Abbatiae

Abbatiæ et præceptoriarum: declararunt talia bona venire et comprehendi debere sub noie spolij, et pertinere illi cui spolium secundum superius declarata pertinebit. Respectu vero Religiosorum et claustralium dicto monasterij et præceptoriarum nullam Administrationem habentium declararunt quod talia acquisita noie præceptoriæ vel monasterij seu Religionis remaneant prout fuerint acquisita, cum de ipsis possint et poterunt pro salute animarum suarum in vita eorum aliquid elargiri in monasterio siue membris, ut supradictum est si vero fuerint per eos acquisita nomine proprio, et in eorum vita, de illis nihil ad pias causas ut supradictum est, reliquerint, declararunt talia bona venire sub nomine spolij Adycien insequen statuta antiqua dictæ Religionis quod bona Religiosorum quorumcunq vagabundorum et claustralias per Dnum Abbatem in præceptorijs non habentium seu in ipsis præceptorijs non residentium seu deseruientium sint et pertineant Dno Abbati præsenti et qui pro tempore fuerit tanquam ad religionis supremum prælatum, nisi talia bona sint acquisita in seruitio et intuitu ipsarum præceptoriarum quia tunc ad præceptores pertinere deberent

281 Quod pceptores et Religiosi in morte pro satisfactione et Remuneratione suorum seruitorum possunt aliqua elargiri de voluntate superiorum et eodem modo in usus pios, intra septa monasterij

Et ne nimis amara et dura fiat interpretatio circa pmissa non intendunt dicti Dni Abbas et Reformatores prohibere quin dicti præceptores et Religiosi in morte pro satisfactione et remuneratione suorum seruitorum, ne fraudentur eorum seruitio et labore, aliqua iuxta seruitij meritum et suorum quantitatem bonorum possint et valeant ipsis seruitoribus aliqua elargiri

de voluntate

de voluntate tamen et beneplaciti superiorum; et eodem modo in usus pios secundum quantitatem bonorum et qualitatem personarum, et cum eodem superiorum beneplacito scilicet pro aliquo anniversario, et alijs pijs causis in dicto monasterio preceptorijs et membris et suppositis dictae religionis relinquere possint et valeant, proviso quod talia non fiant in fraudem spolij et enorme praeiudicium ex inde non sequeretur quoad superiorem

Quod religiosi transeuntes de preceptoria ad preceptoriam possunt secum deferre quidquid habent et possident ex permissione religionis, quae remanent preceptori sub quo defunctus est ratione spolij nisi essent bona stabilia illa manebunt preceptori sub quo illa acquisita tempore acquisitionis 382

Item circa Religiosos claustrales, de una praeceptoria ad aliam transeuntes praefati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt, quod tales se transferendo secum deferre possint et valeant quidquid religionis permissione et nomine habent et possident, et ille praeceptor in cuius domo tales Religiosi claustrales suam Residentiam facien diem extremum claudunt omnia illa recipere possit et debeat tanquam eius superior neq alius preceptor in cuius domo talis claustralis defunctus, prius suam Residentiam fecerat, de ipsis bonis sibi valeat aliquid vendicare nisi forte essent aliqua bona stabilia, quae ille Religiosus defunctus tempore quo in illa preceptoria residebat in ipsa acquisiuisset, quae in eum casum ad primum praeceptorem debeant pertinere

De spolijs praeceptor q plures praeceptorias habent diuersis superioribus subditas quibus debetur, hic vide 383

Circa praeceptores autem qui plures praeceptorias habent diuersis superioribus

superioribus subditas pfati Dni Abbas et Reformatores insequentes huius monasterij statuta antiqua statuerunt et ordinarunt ut spolium talium decedentium diuidatur inter praeceptores superiores talium beneficiorum secundum magis et vnus et secundum quantitatem prouentuum talium praeceptoriarum, habendo respectum ex qua praeceptoria magis vel minus recipere potuerunt seu etiam receperunt iuxta iuris Cois Dispositionem

384 quod superior beneficij debet recipere spolium illius personae beneficiatae etiamsi decedat sub alio extra locum beneficij sui

Item si aliqua persona ordinis praetextu sui beneficij bona acquisiuerit et demum in alia praeceptoria, et sub aliquo praeceptore non superiore dicti beneficij, vel etiam in claustro huius monasterij dies suos in Dno clauserit Dnus Abbas si sit immediatus superior beneficij vel ille praeceptor qui erit superior ipsius beneficij spolium talis praeceptoris defuncti recipere debeat

385 Quis recipiet spolium pceptoris qui aliquantulum fuit praeceptor certae praeceptoriae et acquisitis multis bonis mobilibus et immobilibus postea deferendo illam praeceptoriam vadit ad aliam in qua tunc decedit

Item pfati Dni Abbas et Reformatores statuerunt et ordinarunt quod si aliquis praeceptor ordinis durante tempore regiminis suae praedictae praeceptoriae bona acquisierit, et postmodum illam praeceptoriam deseruerit et reliquerit et ad aliam praeceptoriam alteri subditam, et sub alio praeceptore aut superiore dicti ordinis transierit et ibi diem extremum clauserit superior tempore mortis dicti defuncti bona sua mobilia habere debeat. Stabilia seu immobilia

bona quae

bona quæ acquisierat in prima præceptoria remanent vel successori in ipsa prima præceptoria vel superiori ipsius primæ præceptoriæ iuxta declarationem superius annotatam

Quod bona stabilia venientia ad spolium non vendentur per recipientes spolium nisi essent inutilia quo casu vendi poterint & eorum precium ad maiorem utilitatem religionis conuerti 386

Item pfati Dni Abbas & Reformatores huius statuti tenore declararunt quod Dns Abbas huius monasterij seu præceptores ipsius ordinis iuxta declaraõs superius annotatas Recipien spolia defunctorum præceptorum vel religiosorum si in dicto spolio sint aliqua bona stabilia seu immobilia per ipsos defunctos acquisita, quod tales pceptores de cetero illa bona non possint aliquomodo alienare absq licentia & auctoritate capli generalis ipsius ordinis, & si talia sint bona quæ ipse defunctus ea intentione acquisit ut perpetuo remaneant ipsi Religioni, aut alias eidem religioni necessaria & utilia sint alia vero bona, quæ quasi sunt inutilia Religioni possit ante huius statuti alienare, & precium in utilitatem Religionis conuertere Alia successores autem in ipsis pceptorijs ad quos bona ipsa immobilia seu stabilia iuxta declarationem supradictam spectant seu ipsorum præceptorias, pfati etiam Dni Abbas & Reformatores districte inhibuerunt talium bonorum alienationem, nisi ex ante dicti capli generalis & seruatis solennibus in talibus solitis seruari

Quod spolium Abbatiæ reseruandum sit futuro Abbati solutis debitis 387

Item super spolio Dni Abbatis huius monasterij S. Antonij Viennensis & tempore defuncti, pfati Dni Abbas & Reformatores insequen

tam iuris communis dispositionem, ac etiam statuta huius monasterij et morem antiquum in ipso obseruatum statuerunt et ordinarunt ut tale spolium per vicarios ad regimen Abbatiae commissos et deputatos bene et integraliter conseruetur ad commodum et utilitatem successorum canonice intrantium factis prius funeralibus seu obsequijs ipsius defuncti Dni Abbatis et debitis ipsius legitime contractis per ipsos vicarios persolutis

388 De modo seruandi missam regis franciae nouiter fundatam in S. Antonio

Item dicti Dni Abbas et Reformatores pfati super ordinaoe fundationis missae regiae in hoc monasterio nouiter fundatae et institutae nec non officijs missis processionibus, et distributionibus pecuniarum dictae fundationis alijsq oibus et singulis in instrumento dictae fundationis contentis ordinatis et declaratis, quatenus non contrariantur statutis et ordinaoibus huius sacrae reformationis, aucte tam huius sacrae Reformaois quam generalis capituli proxime praeteriti super ipsa fundatione reuidenda ordinanda et declaranda, eisdem spealr commissa et concessa eandem fundationem et ipsius fundationis ordinationem et pecuniarum distributionem, nec non oia et singula in instrumento dictae fundationis contenta scripta et declarata, pfati Dni Abbas et Reformatores, approbant confirmant, et ratificant, auctorizant et acceptant cum reseruatione tamen expressa et speciali, quod si in futurum quandocunq Dnis Abbati vel Abbatibus huius monasterij una cum Caplo generali ipsius ordinis videretur in ipso capitulo generali quod ipsa fundatio aliter ordinanda foret, et ipsius fundationis pecuniae aliter distribuendae seu conuertendae, et implicandae. seu seruitium dictae fundationis aliter fiendum, hoc ipsis Dno Abbati qui pro tempore

fuerit

250v

fuerit una cum diffinitoribus ipsius capti ipsius generalis facere liceat et ipsam fundationem. alias prout eis videbitur ordinare instituere et declarare non obstante pnti confirmaõe et approbaõe dictorum Dnorum Abbatis et Reformatorum et alijs in contrarium faccentibus quibuscunq

Hic inhibetur ne quis detrahat verbo signo vel facto ordini perq peregrini et benefactores retrahi possunt ad benefacien et docetur quid rndendum pregrinis 389

Item dicti Dni Abbas et Reformatores Auctte Aplica deputati huius statuti tenore et serie et sub poena excois inhibent vibus et singulis huius ordinis praeceptoribus et religiosis et specialiter sacristis et custodibus Altarium nec non infirmis hospitalis tam huius pntis monasterij quam etiam oium praeceptoriarum ipsius ordinis, ne peregrinis ad Eccias et hospitalia ipsius religionis vencentibus aliqua verbo facto vel signo dicant demonstrent seu faciant directe vel indirecte quoius quaesito colore, perq ipsi peregrini retrahantur vel retrahi debeant a suis Elemosinis seu oblationibus dandis porrigendis seu assignandis religiosis seu alijs personis faccentibus quaestas per balliuias ipsius ordinis. quin imo sub dicta poena excoicaõis eisdem pcipitur ut cum requisiti fuerint aut interrogati si oblationes seu Eleemosinas religioni transmissas et ipsis quaestoribus datas receperint dicant quod sic, et quod omnia sint religioni Communia vbicunq vel quibuscunq personis sub religionis noie easdem tradant porrigant seu assignent Eleemosinariae, et qui in pmissis culpabiles reperti fuerint, voluerunt Dni Abbas et Reformatores praefati, vt talis animaduersione acerba puniantur

et excoicati

et excociati in Religione ubiq nuncientur. Adqcen quod nec praeceptores unus alteri nec officiarij huius claustri sibi inuicem detrahant super suis iuribus, et obuentionibus nec ipsos peregrinos retrahant a praemissis sub dicta excociaois poena

390 De studentibus et studijs vniuersalibus eisdem assignan per caplum nrum qnrale

Item et cum scripturarum scientia circa spiritualium administrationem et animarum salutem sit potissimum necessaria, et circa curam temporalium oportuna, et ignorantia potissime in religiosis et sacerdotibus mater sit cunctorum errorum. et si in laicis intolerabilis quanto magis in religiosis et clericis nec excusatione digna nec venia, quia ut inquit Gregorius in moralibus qui ea quae Dei sunt sapiunt a Dno sapiuntur, et qui ea quae Dni sunt nesciunt a Dno nesciuntur et Aplus siquis ignorat ignorabitur. et Dns per os prophetae inquit scientiam repulisti et ego te repellam ne sacerdotio fungaris mihi, et Hieronymus ad Rusticum qui amat scientiam, vicia carnis non amabit hac igitur pia consideratione et ut peritia scripturarum in religione haberi de coetero commodius possit, hoc sacro approbante statuto, ordinarunt diffinierunt et statuerunt dicti Dni Abbas et Reformatores auctae Aplica et huius salutiferae Reformaois quod de coetero in religione ordinentur in caplo generali et eligantur per Dnum Abbatem et diffinitores Religiosi expresse professi ipsius religionis docibiles et bene fundati in primitiuis et ad studia lrarum apti et capaces per modum qui sequitur, qui studere debeant in S. Theologia et facultate

iuris canonici

iuris canonici in studijs generalibus et universitatibus sequen-
tibus, et primo deputetur in natione Galliae unus in studio et
universitate parisiensi, duo in studio Montispessulani, unus
in studio auinionensi et in partibus Italiae, unus in studio
Taurinensi, unus in studio papiensi, et unus in studio Bo-
noniensi. et in partibus Alemaniae unus in studio Coloniensi
et in studio Friburgi unus. et in partibus Hispaniae unus
in studio Herdensi: et quia religio habet domos subditas et
praeceptorias in locis et studijs superius expressatis. statu-
erunt et ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores quod
praedicti Religiosi ad studia modo praedicto electi et depu-
tati habeant eorum claustrarias in praeceptorijs superius ex-
pressatis, quibus praeceptores dictorum locorum habeant provi-
dere in victu et vestitu prout coeteris eorum claustralibus et ut
ipsi studentes possint melius dare operam litterarum studio
declararunt quod dicti Religiosi non teneantur interesse
in singulis horis canonicis, quae dicuntur in dictis praeceptorijs
nisi duntaxat in magna missa et vesperis et celebrare eorum
missas, ad quas secundum ordinationem dictarum praeceptoriarum
tenebuntur Adquen quod cum facultates praeceptorum
Montispessulani et Auinionen non suppetant ad subeundum
onera praemissa, nec sustinen praedictos studentes claustrales quod
debeant fieri uniones in capitulo futuro generali, de dictis
praeceptorijs mensae Abbatiali et auctoritate Apostolica confirmari
quibus mediantibus Dns Abbas qui pro tempore fuerit
ultra procuratores Religiosos quos deputabit in dictis
praeceptorijs tene-

praeceptorijs teneatur et debeat dictos Religiosos studentes tenere et eisdem in victu et vestitu condecenter prouit supe: rius declaratum extitit prouidere Declaran ex nunc dicti Dni Abbas et Reformatores dictas uniones causis p missis fieri debere, et sicum debere sortiri effectum et casu quo Dns Abbas qui nunc est aut pro tempore fuerit, pfatos stu dentes tenere recusaret et cessaret ex tunc eo ipso pfata unio dictarum praeceptoriar Montispessulani et Auinionen dissoluta sit et perpetuo cassata et ad priorem statum illico reuertatur

391 De conseruatoribus reformationis q erunt in S. Antonio et praeceptorijs cum plena potestate

Item quia parum esset statuta Reformationes et ordinationes con: dere nisi sint qui eadem teneant, Ideo ut dicta tam salubris et condigna reformatio in religione tam in capite, quam in membris de coetero obseruetur et moribus utentium recipiatur ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores, et tam aucte Aplica quam huius sacrae Reformaois deputarant conseruatores huius sacrae Reforma: tionis in capite et in monasterio huius religionis, videlicet Dnos Abbatem et priorem claustralem qui pro tempore fuerint, seu eorum vices gerentes et in praeceptorijs et domibus Religionis praeceptores domorum locorum et praeceptoriarum, qui quidem conseruatores heant potestem, et eisdem ex nunc conceditur tam aucte Aplica quam huius salutiferae reformaois ut oia et singula in dicta humoi Reformatione contenta plene et inuiolabiliter sub poenis Cor: rectionibus priuationibus suspensionibus et censuris Ecclesiasticis in dicta Reformatione et singulis caplis eiusdem contentis faciant efficaciter obseruari: et ad id omnes compellendos huius statuti

auctoritate

auctoritate modo præmisso compellant

De statutis nouis extrahendis ex humoi sacra nra Reformatione q singulis annis primo die capituli legentur. 392

Item et cum annis singulis in caplo generali legi debeant statuta ordinis, et difficile esset humoi Reformationem propter eius prolixitatem singulis annis in dicto caplo legi nec minus a Religiosis et subditis memoriæ commendari et ne de ipsis statutis aliquis ignorantiam ptendere possit, ad coiem totius Religionis et maxime Religiosorum utilitatem et ut facilius contenta in dicta reformatione singulis annis ut moris est legi possint et valeant in principio capli gnralis. ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores et aucte Aplica et huius sacræ Reformationis elegerunt et deputarunt venerabiles et Religiosos viros fratres Guilhelmum Guillionis Botercarum. Joannem vacharelli vapincen Antonium de Rupemora Albenaij: et michaelem Rabossæ perpininiani Domorum S. Antonij præceptores et decretorum Doctores, et duos ex ipsis ad extrahendum infra annum statuta ordinis et in unum librum prætacta substantia tamen in aliquo non mutata redigendum et eisdem et duobus ex ipsis humoi facultatem dederunt et attribuerant. Adycien ut de coetero Dns Abbas, qui pro tempore fuerit et oes et singuli præceptores et Religiosi, conuersi infirmi utriusq sexus et subditi dictæ religionis tam in capite quam in membris hac compilatione reformatione et statutorum extrahenda utantur, et talia extrahenda pro statutis veris et indubitatis habeantur et de coetero in principio cuiuslibet capli gratis legantur, et ab oibus inuiolabilr teneantur recipiantur

et perpetuo

et perpetuo obseruentur, ipsa Reformatione semper in Ro:
bore duratura

393 De eo quod præceptores hent de q
driennio in quadriennium venire ad S.
Antonium, et ibi stare per tres menses continue

Item et cum in uniuersa Religione S. Antonij sit unum caput scilicet Dns
Abbas S. Antonij et unum monasterium, cui oes Religiosi et præceptores
subijciuntur, et ab eodem monasterio mediate vel immediate dependent
ab ipsaq Abbatia et monasterio insignia eorum Religionis et dignitatis
assumunt, iustum est ut et ipsi subiectionis debitæ signa persoluant
et tanquam membra unici capitis, unitatem subiectionem et obedientiam
seruare declarent. Hac igitur pia consideratione moti, et ut debitus honor
capiti Religionis seruetur, insequen in simili sanctorum patrum antiquas
traditiones et sanctorum canonum instituta super visitatione liminum
Beatorum Apostolorum petri et pauli per Epos fienda edita statuerunt
et ordinarunt dicti Dni Abbas et Reformatores, quod omnes et singuli
præceptores tam generales quam non generales, mediate vel immete
subiecti teneantur et debeant de quadriennio in quadriennium
visitare dictum monasterium tanquam eorum caput et ibidem per tres
menses continue eorum Residentiam facere, et in eorum promotione
iuramentum huiusmodi super huiusmodi visitatione et Residentia
in manibus Dnorum Abbatis et capituli generalis præstare statutis
et ordinationibus superius super comparitione præceptorum generalium
qui singulis annis non distant ultra decem dietas, et de triennio in
triennium distantes ultra decem dietas comparere in caplo generali
tenentur in suo robore permansuris cui per præmissa non intendunt
Dni Abbas et Reformatores in aliquo derogare

De decima omnium beneficiorum et officiorum danda per quinquennium ad fabricam Eccliæ monrij claustri et Refectorij in S. Antonio

Item pfati Dni Abbas et Reformatores recolen quod pns monrium S. Antonij viennens: ad quod ob ipsius Sancti merita fidelium christi iugiter affluit multitudo inter alia monasteria crebres: cente vrbis fama p celebri reputatur insigne non tamen sine mentis turbatione graui perspiciunt ipsum monasterium esse omnino incompletum ut pote non habens Eccliam completam neq claustrum Refectorium et dormitorium quod in grande totius Religionis detrimentum iacturam et opprobrium cum religiosi diu sine claustro spiritualiter viuere non possunt quasi pisces aqua seclusi nec possibile videtur quod sine aliqua totius Religionis subuentione communi præmissa maxime claustrum quod omnino in dicto monasterio deest possit perfici aut compleri cum prouentus fabricæ dicti monasterij ad id nullo modo suppetant. quare pfatis Dnis Abbati et Reformatoribus ipsum defectum cum tanta mentis amaritudine et moesticia dissimulare non valenti= bus communi deliberatione et voluntate visum fuit decimam omnium et quorumcunq fructuum prouentuum et emolumentorum omnium et singulorum beneficiorum et officiorum ipsius religionis tam infra monasterium existentium quam extra et ab eodem mo: nasterio mediate vel immediate dependentium fore et esse impo= nendam per quinq annos et quinq pfias taxandam secundum valorem coiem dictorum fructuum prouentuum et Emolumentorum æstimationem, etiamsi talia beneficia sint abbatialis dignitatis conuentus huius monasterij, officia claustralia seu etiam pcepto: riæ generales vel subditæ, prioratus et ppositurae, Eccliæ pa: rochiales, vicariæ et capellaniæ, alia quinq beneficia ipsius

ordinis

ordinis et hoc ad opus et utilitatem fabricae dicti monasterij
et pro complendo p̄dictum claustrum, refectorium et dormitorium
ad ordinationem tamen Dnorum Abbatis et diffinitorum caplorum
gnralium ipsius monasterij, ita videlicet quod talis decima sit
ut praemittitur imponenda singulis annis per quinq annos
continuos, et per quinq p̄xsias immediate sequentes de omnibus
fructibus prouentibus, et emolumentis oium et quorumcunq bene:
ficiorum seu eorum officiorum in ipsa religione existentium leuetur
ut exigatur integralr et cum effectu singulis annis in festo as:
censionis Dni per thesaurarium cōter deputandum. quiquidem
thesaurarius sic deputandus habere deat potestatem et facultatem
dictam decimam petendi leuandi et exigendi ab oibus personis
ipsius ordinis beneficiatis, et ipsas ad id compellere et astringere
viriliter et rigide per censuram Ecclesiasticam, et alia iuris Reme:
dia, et de receptis et leuatis singulis annis durantibus dictis
quinq annis in capitulo generali tenebitur rationem reddere
et quidquid leuauerit et receperit ad mandatum Dnorum Abba:
tis et diffinitorum ipsius capituli generalis tradet et deliberabit
p̄sonis ad hoc ordinandis seu deputandis per ipsum capitulum
generale pro complendo aedificio dicti claustri Refectorij
et dormitorij et inde pecuniae receptae fideliter conuertantur
ad praedictum aedificium perficiendum, Cum hoc tamen quod
de receptis et expositis bonum et legale reddatur singulis an:
nis computum Auditoribus computorum, et quia quod omnes
tangit ab oibus debet approbari, idcirco p̄fati Dni Abbas
et Reformatores ordinarunt quod p̄missa primitus et ante oia
insinuentur et notificentur oibus p̄ceptoribus ipsius reli
gionis tam

5

gionis tam generalibus quam subditis per Dnos visitatores
in qualibet natione deputandos & in proximo capto generali
fiat relatio per dictos visitatores de voltee & consensu dictor
singulorum praeceptorum, & tunc si constet de consensu dictor
praeceptorum aut maioris partis eorundem in ipso capto
generali futuro dicta decima imponetur. eligentur 3 taxa-
tores dictae decimae per nationes & deputabitur Thesau-
rarius ad levandam & recuperandam dictam decimam &
pecunias ex ea venientes distribuendas pro promptorum
edificiorum complemento. qui reddat computum singulis
annis in capto gali de receptis & libratis. & ita visum
fuit praefatis Dnis Abbati & Reformatoribus debere fieri
de necessitate secundum Deum & conscientiam. alioquin
non vident quod ringuam in ipso monrio valeant esse
claustrum refectorium & dormitorium effecta. quod tamen
esset in grande viliperdium totius religionis. & forte quod
absit talium defectus possit divinae maiestatis oculos non
modicum offendere. & exinde sequeretur religionis periclitatio.
quam pfati Dni Abbas & Reformatores, exonerantes se de sua
conscientia ea via pmissa, nec non de iuramento per eos in
principio istius Reformationis corporaliter pstito, exhortan-
tur oes & singulos & beneficiatos ipsius Religionis per viscera
misericordiae Dni nri Jesu Xti, quatenus in pmissis caritatis
ardore accensi benigniter velint annuere & in obas
consentire

De fructibus primi anni soluen integre a præceptoribus promouendis infra decem xannos proxime venientes, et hoc ad usum cois ordinis nisi soluere herent medios fructus cameræ Aplicæ quo casu soluere non haberent nisi medios fructus in S^to Antonio

Item, et ut ipsius Religionis communia negotia et præsertim magna et ardua quæ dictim occurrunt ob defectum persecutionis seu facultatum penuriam pro ipsis negotijs dirigendis in nullo succumbant, corruant seu subeant iacturam præfati Dni Abbas et Reformatores, volentes de remedio condecenti, quantum fieri poterit circa præmissa prouidere tam aucte Aplica quam huius sacræ Reformationis statuerunt ordinarunt et declararunt quod a data præsentium usq ad decennium de cœtero annatæ seu fructus primi anni oium et singulorum beneficiorum claustrariarum præceptoriarum, prioratuum, præpositurarum et Abbatialis dignitatis ac quorumcunq beneficiorum et officiorum ordinis pro communi negotiorum ordinis directione iuxta eorum verum valorem integraliter communi Thesaurario dicti monasterij et ordinis pro negotijs communibus ordinis deputentur et appliceantur, non obstantibus quibuscunq consuetudinibus priuilegijs et statutis per quæ posset hoc præsens statutum impediri, et ut præmissa possint facilius adimpleri et obseruari. statuerunt ordinarunt et nouiter erexerunt, et curauerunt dicti Dni Abbas et Reformatores in dicto monasterio officium Thesaurarij quod regi debeat per unum ex claustralibus Religiosis dicti mon^rij

qui quidem

qui quidem Thesaurarius ex eius incumbenti officio debeat et teneatur recipere exigere et recuperare dictas annatas seu eorum fructus primi anni quorumcunq beneficiorum et officiorum Religionis et illas seu illos ad ordinationem Arbitrium et mandatum Prorum Abbatis et capli generalis teneatur et debeat committere exponere et impliicare pro corbus ipsius ordinis negotijs dirigendis procurandis et exercendis, et alias pro necessitatibus dicti ordinis corbus subleuandis teneatur ipse Thesaurarius de expositis exactis receptis et libratis singulis annis reddere computum, et reliqua auditoribus computorum prout superius de alijs officijs claustri computum reddere debentibus, extitit declaratum, decretum et ordinatum, Adjecendo quod si fructus primi anni aliorum beneficiorum ex aliquo casu deberentur camera Aplica, cum ipsa camera Aplica, non consueuerit recipere nisi medios fructus seu mediam annatam voluerunt et ordinarunt ipsi Dni Abbas et Reformatores quod tunc non soluatur integra annata, sed solum alia media annata seu medij fructus retam loco dicta annata realiter persoluantur, et ad id persone ordinis per censuram Ecclasticam et alia iuris remedia, etiam ipsorum beneficiorum priuationem si opus sit efficaciter compellantur et rogantur declarantes Dns Abbas et Reformatores ipsi, quod Dns Abbas qui nunc est aut pro tempore fuerit, casibus premissis non possit compelli per ipsos Thesaurarios per censuram Ecclesiasticam, neq etiam priuationem sed alias per alia remedia ad hoc efficaciter per generale capitum et diffinitores ipsius compellatur

396 De Thesaurarijs Electis in S. Antonio pro dicta decima recipienda cum potestate compellen et de eorum Salario

Item pfati Dni Abbas et Reformatores coi et unanimi inter eos deliberatione praehabita, pro nunc elegerunt deputarunt et constituerunt in generales Thesaurarios totius communis ordinis tam ad cam pmissarum annatarum quam decimae imponendae, et alias ad oes receptas coies totius Religionis et ordinis videlicet Reuerendum patrem, fratrem Antonium de Brione praeceptorem Flandriae et fratrem Aymericum valerandi sacristam maiorem huius monasterij et eorum quemlibet cum plena potestate coercendi etiam per censuram Ecclesiasticam et qui ad mandatum et ordinationem capli generalis anno quolibet celebrandi dictas pecunias distribuere, et de receptis annis singulis in caplo generali computum reddere et reliqua pstare

397 de vnionibus et incorporatioibus faciendis pro extinctione pensionis Montis maioris.

Item praefati Dni Abbas et Reformatores non sine graui cordis dolore ad memoriam reuocantes. iugum graue seruitutis totius Religionis pfatae ob caam insupportabilem pension monrio montismaioris singulis annis debitae, quae Thesaurum ipsius religionis euidenter exhaurit, ac quotidie totam ipsam Religionem usq ad viscera corrodit. pensantes quam negligenter in extinctione dictae pensionis huiusq versatum extiterit, quamq in futurum in grande dedecus totius Religionis eiusq

totalis

totalis ruina periculum & ruituram, si conniuentibus oculis ulterius sub dissimulatione ptereatur huiusmodi negligentia versari poterit. Dai igitur consideratione moti pfati Dni Abbas & Reformatores affectantes toto cordis affectu in pmissis salubriter prouidere. ordinarunt & statuerunt quod de coetero fiat omnimoda diligentia omnibus melioribus inuentionibus modis & formis quibus fieri poterit super extinctione dicte pensionis montismaioris, tam erga sanctissimum Dnum nrum papam & Reuerendissimos Dnos sacrj Collegij cardinales quam etiam erga christianissimum Dnum nrum Francorum regem illustrem, aliosq principes & prelatos procurando fieri vniones aliquorum beneficiorum, aut etiam acquisitiones bonorum stabilium, quibus mediantibus dicta pensio extingat. aut etiam attenuari possit & valeat in toto vel in parte aut alias prout melius & expedientius fieri poterit. quatenus cum Dei adiutorio beatissimi patroni nri presidio, infra breue tempus possimus a tam graui & insupportabili seruitute liberari, quod vehementissime debemus desiderare, & potius debemus velle abstinere a debitis alimentis, quam diu subire iugum dira seruitutis, & ut pmissa non sint delusoria, sed ad debitum effectum perducantur; ordinarunt & statuerunt pfati Dni Abbas & Reformatores quod attento, quod nunc idem Dns nr Rex ex sua ingenti deuotione dictam pensionem persoluit pfatis Dnis Abbas, de bis spectr. qui pro solutione dicte pensionis in ipsa religione deputata sunt de coetero ex nunc singulis annis exponat ducentos ducatos auri pro pmissis diligentijs faciendis. & ad implendum & ad perducendum

quia dicta fuit

quæ dicta sunt ad aliquem bonum effectum et singulis annis ipse Dns Abbas teneatur et debeat in Capto generali demonstrare diligentias quas fecit in præmissis et quomodo dictos ducentos ducatos exposuerit in prosecutione facienda ad causam p̃missorum. Adycien præterea quod si ipse Dns Abbas in p̃missis non faceret diligentiam aut alias Remisaret dictos ducentos ducatos exponere singulis annis occasione p̃missorum quod in eum casum præceptores deben pension spectr pro ipsa pensione Montis maioris persoluenda, illas persoluere debeant Thesaurario Communi totius ordinis saltem usq ad illam summam ducentorum ducatorum q ad mandatum dissentorum capitorum generalium ipsas pecunias distribuat et dispensabit pro præmissis diligentijs peragendis et orta ordinarunt de cætero debere seruari in ipsa Religione donec et quousq circa extinctionem dicta pensionis fuerit condecenter prouisum. et quamdiu Dns Rex soluet ipsam pensionem Adycien quod eo casu quo decima sup fructibus eum et singulorum beneficiorum ordinis imponeretur per quinquennium iuxta ordinationem superius factam Dns Abbas soluendo seu exponendo dictos ducentos ducatus pro prosecutione extinctionis pfate pensionis Montismaioris iuxta superius ordinata, sit et remaneat quietus et immunis a solutione decime fructuum quamdiu ipsius decime impositio in religione modo supradicto, durabit

398 De uno Thesaurario generali faciendo in Sancto Antonio

Item pfati Diffabbates Reformatores affectan ut p̃missa suum debitum sortiantur effectum, ordinarunt et statuerunt quod de cætero

de coetero et in antea sit et esse debeat unus Thesaurarius
cois ordinis in psenti monrio habeat leuare recipere exigere
et recuperare oia supradicta et ea dispensare et distribuere
solum et duntaxat iuxta ordinationem et mandatum Dnor
Abbatis et diffinitorum caplorum generalium, et singulis an-
nis de receptis et libratis in ipso caplo generali teneatur reddere
rationem, q habebit stipendia ad ordinationem dictorum
Dnorum Abbatis et diffinitorum singulis annis in dicto caplo
fiendam poteritq ad voltem dictorum Dnorum Abbatis et
diffinitorum quoties eis videbitur mutari et reuocari et alius
loco sui subrogari et ita decreuerunt obseruari saltem duran-
tibus dictis quinq annis qbus supradicta imposita durare
habebunt

Cuius sit declarare dubia huiusmodi sacræ Reformationis si quæ orirentur et absoluere transgressores statutos 399

Item pfati Dni Abbas et Reformatores aucte Aplica eis in
hac parte commissa, dixerunt ordinarunt et declararunt quod
quandocunq super statutis huius sacræ Reformationis conti
gerit in futurum aliquod dubium oriri, declaratio seu etiam
interpretatio talis duby salua in oibus sanctæ sedis Aplicæ
aucte pertineat et spectet ad pfatum Dnum Abbatem, et diffi-
nitores caplorum generalium qui pro tempore fuerint, et non
ad alios quoslibet inferiores. Decernen nihilo minus quod
Dispensatio et relaxatio super statutis humoi Reformationis
in foro contentioso ad pfatos Dnos Abbates et diffinitores solum
et duntaxat pertineat et spectet, in foro autem animæ ad Dnum
Abbatem et eius et ad eius vicarium solum et duntaxat spectet
et pertineat in pnti monasterio sicut superius latius in

psenti Re:

praesenti Reformatione ordinatum extitit, et alias ut in eodem continetur et describitur nihilominus tamen praeceptores tam generales quam subditi habentes congregationem religiosorum in domibus suis ad diuinum cultum ibidem peragendum aut alias praeceptorias sibi subditas habentes poterunt suos subditos Religiosos beneficiatos, et non beneficiatos infirmos, donatos ac conuersos a transgressione praemissorum statutorum, et a sententijs quas occasione transgressionis ipsorum incurrerint, in foro poenitentiali, et animae duntaxat, absoluere et reconciliare, quoties necesse fuerit, aut videbitur oportunum

400 Quae ex antiquis statutis censeantur reuocata

Et quia in praesenti monasterio reperiuntur quam plurima antiqua statuta quae statutis huiusmodi Reformationis contraria esse videntur, et quae in toto vel etiam in parte fuerunt per statuta praesentia reuocata aut saltem declarata vel limitata Idcirco praefati Dni Abbas et Reformatores volen in praemissis tem amputare ambiguitatem, auctoritate Apostolica eis in hac parte specialiter commissa, omnia alia statuta ordinationes seu etiam Reformationes hactenus in praesenti monasterio tam in capitulis generalibus quam alibi quacunque auctoritate facta et factas quatenus statutis huiusmodi Reformationis sint contraria et aduersa, contrariaeque et aduersae ipsa et ipsas tenore praesentium, reuocant cassant irritant et annullant, cassasque irritas et annullatas perpetuo esse volunt pronuntiant et declarant, illa vero quae huiusmodi statutis praesentis Reformationis non sunt contraria, aut quae non reperiuntur reuocata auctoritate huius sacrae Reformationis non intendunt quomodolibet reuocare

reuocare. Adyecien quod si in futurum dubitatio oriretur super aliquibus statutis antiquis videlicet utrum reuocata seu recepta forent, per statuta ipsius sacrae Reformationis et capitulum generale ipsius ordinis pro tempore pro tempore celebrandum possit predictam dubietatem decidere, et de ipsis prout ei videbitur iudicare

Promulgatio Reformationis

In Nomine Sctae et indiuiduae Trinitatis patris et filij et spus Scti Amen. Vniuersis harum seriem inspecturis sit notum atque manifestum quod anno incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo indictione vndecima die vero sexta mensis maij pontificatus sanctissimi in Chro patris et Dni nri Dni Sixti diuina prouidentia papae quarti anno septimo cum per diffinitionem capli generalis anno proxime praterito in hoc sacro monasterio predicto S. Antonij viennensis celebrati decretum sacrae Reformationis fiendae huius ordinis S. Antonij viennensis tam in capite quam in membris tam pie quam salubriter emanasset, cuius quidem decreti tenor in ipsius sacrae Reformaois exordio, insertus descriptus et solenniter extitit publicatus et receptus: cumque postmodum a sanctissimo Dno nro Sixto papa moderno prefato lrae Aplicae super ipsa Reformatione auctae Aplica fienda, ipsius lrae emanassent, quae etiam in exordio dictae Reformationis descriptae sunt quatumque lrarum Aplicarum, et decreti predicti vigore et auctae Reuerendus in Chro pater et Dns Dns Joannes Dei gratia huius inclyti Coenobij humilis Abbas Necnon Reuerendi patres, et Dni Dni Reformatores ipsius ordinis per ipsum sacrum generale capitulum electi et per dictam sanctam sedem Aplicam commissi et spealiter deputati iuxta eisdem attributam

eisdem attributam potestatem in hoc monasterio S. Antonij vien:
nensis vnanimiter congregati, et in ipsa sacra ordinis Reformatione
fienda longo iam tempore vacassent et insudassent, hinc est quod
anno die, et pontificatu predictis, infra monasterium predictum S.
Antonij viennensis, et in Camera domus Abbatialis vocata Hispaniae, in nostrum notariorum publicorum, et testium infra scriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presentia constituti personaliter praefati Reuerendus Dnus Abbas et Reformatores nec non Dni conuentuales huius monasterij ac etiam uniuersi et singuli Dni praeceptores generales, nec non priores prepositi et alij preceptores, absentium preceptorum speciales inferius descripti et nominati, generale capitulum ipsius ordinis tenentes et celebrantes. vniuersalemque S. Antonij religionem repraesentantes. postquam ipsius generalis capituli Diffinitionem et decretum, statuta sacrae reformationis praedictae aperta lecta sigillatim et particulariter recitata audita et intellecta et cum multa maturitate pensata digesta, et capitulariter publicata fuissent. Tandem in presentia totius capituli generalis fuit per ipsius sacrae Religionis promotores totius Religionis nomine supplicatum, et humiliter Requisitum vt ipsius sacrae reformationis acta ordinationes, et instituta tam sancta quam saluberrima ad Dei omnipotentis laudem et gloriam, Beatissimique patris Antonij et sui ordinis decus et celsitudinem perpetuamque rei memoriam ipsum generale capitulum unanimiter congregatum benigne acceptare et recipere approbare obseruare ratificare, religioni incorporare et annectare perpetuo dignaretur. qua siquidem promotorum supplicatione audita et

intellecta

intellecta Reuerendus in Chro pater et Dns Dns Johannes Abbas
monasterij pfati, oium et singulorum Dnorum capitularium
vota particulariter perscrutando interrogauit et requisiuit
si prædictam Reformationem et vniuersa et singula statuta et
decreta in eadem contenta absq contradictione qualibet reu:
pere acceptare et approbare vellent et perpetuo obseruare
qui quidem Dni capitulan videlicet imprimis Dni conuentu:
ales huius monasterij S. Antonij vienn pfati nec non omnes
et singuli præceptores priores et ppositi absentiumq oes pro:
curatores. Nec non ipse Rdus pater Dns Joannes Abbas
tanquam prælatus et caput, tam ipse Dns Abbas, quam oes
alij et singuli supradicti pro se et suis successoribus tam in
Abbatia quam præceptorijs, et alijs ordinis beneficijs vniuersis
ipsorum nemine discrepante seu contradicente, dixerunt de:
clararunt et diffinierunt sacram Reformaoem ipsius ordinis
supradictam fore et esse factam iustam salubrem et honestam
Auctoreq sancto spiritu directam factam et solertissime adim:
pletam ipsamq sacri ordinis Reformationem et oia et singula
statuta et decreta in eadem contenta omnesq ipsius ordinaoes
diffinitiones, declarationes promulgationes, additiones, et gene:
raliter quicquid in eadem continetur, de unanimi consensu et
oium volte approbarunt laudarunt et ratificarunt, receperunt
acceptauerunt, et ex nunc et in perpetuum eandem Reformati:
onem pro directione ipsius ordinis perpetuo eidem incorporatam
habere voluerunt. gratias agentes omnipotenti Deo ac Bea:
tissimæ Dei genetrici. Beatoq patri Antonio et toti curiæ
ciuium supernorum, quod hæc sacra Reformao ad optatum per:
uenit effectum. ipsam quidem reformationem et omnia et singula
in eadem

in eadem contenta, ut supradictum est, receperunt et acceptarunt specialiter et expresse praefatus Dns Abbas huius monasterij tam pro se quam suis successoribus universis: Dns prior claustralis huius monasterij videlicet frater philippus de veirinis ibidem pntes: nec non Reuerendi Dni fres Antonius de Brione in decretis licentiatus, praeceptor generalis domorum S. Antonij Flandriae, leodien cahilonen, et carreti et fr Guilhelmus Guillionis decretorum doctor, praeceptor lemouicen. Fr petrus Mitte de caprarijs pceptor in Mauuinigen, et montispessulani, in decretis licentiatus, fr Johannes vacharelli decretorum doctor, praeceptor vapincen, et operarius huius monasterij. Antonius de Rupemora decretorum Doctor pceptor Albensis et montisferrandi. Michael Rabasse Decretorum doctor, pceptor perpiniani. Aymericus valerandi Sacrista maior. Johannes de Sancto Marcello Sacrista B. mariae. Balthasarus Bermondi pceptor Albiae Refortores ipsius ordinis tam auctte ipsius gratis capitali, quam Aplica spealr commissi et deputati, Necnon pfati pceptor Albenaij et sacrista B. mariae pro et nomine Reuerendi pris Dni Joannis de Monte camito pceptoris Ranuersi et cellerarij dicti monasterij et ipsi commissi pro et nomine quatuor Nationum pro quibus electi sunt et spelr deputati; videlicet nationis Gallicarum; Italiae Alemaniae et Hispaniae. Necnon venerabiles fratres philippus de veirinis prior claustralis Antonius de Rupemora decretorum doctor Michael Rabasse decretorum doctor Joannes vacherelli decretorum doctor operarius Aymericus valerandi sacrista maior. Joannes de S. marcello sacrista B. mariae Balthasarus Bermondi, franciscus Fozelli, Antonius Rolandi

Eleemosinarius

260 v.

Eleemosinarius, Bernardus de Cariolo Brassarius Antonius de poepia Infirmarius franciscus de vtesiaco pitantiarius Joannes bodeti Joes moulse cabiscolus petrus Gendionis philippus cobone correrius. Sibinetus martini camerarius petrus Rapassonis, Joes fabri curatus sancti. Joes. Antonius de Bardonethia, Rogerius de Basco, Gabriel Rolberteti, michael de Bandimone desiderius patimoti. Joes Bonitem por. petrus maximi Joes Artandi claudius procheti. petrus fermondi, et Guilhelmus Rigandi canonici claustrales prefati monasterij conuentum eiusdem monrij facientes et repsentantes, ac Dni fratres Joes de osledino Gronop, Berinus Martini in Bruuenbrag Amedeus de la vernade foresij, Joes logane Estossiae franciscus thoselli. S. crucis, Ludouicus de cesaco montisalbani franciscus de vtesiaco viennae, Desiderius Richardi Baroducis, petrus de Area Massiliae et de Ruffeio. Antonius de luriaco sancti victoris et Narbonae, Joes de incoyreto prior de Brisanis Aegidius de vogereio de Aula. Bernardus vacharelli Niciae, Antonius valuti prior in Roganis, christianus murati, Terrasconensis. Joes Bodeti valreacij, Guilhelmus Salomonis Alexij. michael Boerij Tholosae Joes moulle Auinionens. Guilhelmus Jonqueti pontis rati. Rodericus de Raquena de Alfaro. philippus de letra crimiacij Joes Iuernacij de foillada Domorum S. Antonij preceptores tam generales quam subditi. Necnon honestus vir magr Wigandus Rose procurio nomine. venerabilis Dni fratris Jois de calik praeceptoris generalis in Röstorff et Hörf praenominatus frater Franciscus Thoselli procurio nomine Fris Nicolai de Raymunderia praeceptoris generalis Trecens. Fr. petrus

Borcheti

Borcheti procurio nomine fratris Antonij Liasse preceptoris Con:
stantien. Egregius decretorum doctor Fr Guilhelmus Guillionis
procurio nomine Rdi patris Dni praeceptoris camberiaci. An:
tonius Dali praeceptor Neuanci. Fr Simon de Blaron, necnon
pfatus Dns operarius procuratorio nomine frs petri fabri
praeceptoris de Lauda. Fr Joes de sancto marcello procurio
nomine fratris Nicolai Imberti praeceptoris focalderij. Memo:
ratus Fr Balthasarus Bermondi praeceptor Albiae procurijs
nominibus Dnorum praeceptorum Italiae seu Lumbardiae, videlicet
Dnorum praeceptorum mediolani, Clarachij. querij, Dardonae
cumarum Cremonae placen et Herbae, et Fr Rodericus de Re:
guena preceptor de Alfaro pnominatus procurijs nominibus
Dnorum preceptorum Hispaniae videlicet Dni frs Jois de Haro
preceptoris Generalis de castioxersl. frum Jannis de monte:
albo praeceptoris de Seuilla. Alfinicij de lensuda, preceptoris de
Thauro, Jois de Mena, praeceptoris de Salimantica, Joannis
Martini de valolespinia, praeceptoris de Atienza. Andreae
praeceptoris de Segonia. Jois malespinae. praeceptorum de cordona.
Antonij de platea praeceptoris ciuitatis Regalis. Jois de monte albo
preceptoris de cadafalso. Antonij de meria. praeceptoris de Toleto.
petri de monte albo preceptoris de Fregna, procit de dictorum
procur potestatibus seu procuratorijs pfatis Rdis Dnis Abbati
et Reformatoribus alijsq Dnis diffinitoribus capitulantibus
nobisq dictis Notarijs infrascriptis instrumentis publicis, manibus
Notariorum publicorum signatis, constitit de quibus pmissis ocbus
et singulis promotores dictae sacrae Reformationis pronominati

nomine dictae

nomine dictæ venerabilis Religionis petierunt a nobis dictis
notarijs eisdem fieri acta seu publicum instrumentum Actum
ubi supra sub anno indictione die mense ac pontificatu su:
perius annotatis: presentibus ibidem notabilibus Antonio Cor=
rariæ notorio de consta S. Andreæ Petro Hussé Turris=
pini viennens Diocesis, et Egregio Decretorum doctore Dno
Martino Ferrendus Mediolanensis Diocesis, testibus ad hæc
vocatis specialiter et rogatis Ad corroborationem Robur et
approbationem omnium et singulorum capitulorum et statutorum
sacræ Reformationis ordinis S. Antonij viennensis superius
immediate descriptæ, et omnium in eisdem statutis conten:
torum prefati Dni Abbas et Reformatores auctoritate Aplica de:
putati ad perpetuam rei memoriam Acta ipsius sacræ Reforma:
tionis prædicta duxerunt manu propria subscribenda et sub:
signanda Sigillorumq Dnorum Abbatis et conventus munimine
roboranda Ita attestamur nos Joes Abbas supdictus et ego
Fr Philippus de veirinis prior claustralis Itt. attestor. simlr
ego itt attestor A. de Brione, et ita attestor G. Guillionis
et ego Fr Petrus Mitte de caprarijs preceptor domorum S. Antonij
in Memmingen et Montispessulani. ita attestor de caprarijs.
Ita attestor Antonius de Rupemora. ita attestor ego Fr
Joes de vacharelli ita attestor ego Aymericus vallerandi La:
crista maior Ita attestor Fr Michael Rabassa P. pp. ita
attestor ego Fr Joes de S. Marcello Lacrista B. Mariæ. ita
attestor ego Fr Franciscus Toselli, Ita attestor ego Fr Bal:
thasarus Bermondi preceptor Albiens Bermondi. et ego Petrus
Guerini clericus Turonensis Diocesis publicus Aplica et Delphi
nali auctorita

nali auctoritatibus Notarius ac actorum Reformationis
præmentionatæ Notarius dictiq capli generalis scriba et
secretarius - quia omnibus et singulis capli ordinationibus sta:
tutis declarationibus, diffinitionibus et promulgationibus dictæ
Reformationis ac apertione lectura, et publication eiusdem
recnon approbation, Emologation, ratification reception et
acceptation inde tam per Prelatos Rdum Dnos Abbatem tanq
caput totius ordinis, Reformatores eiusdem Reformationis p.
scriptos et signatos nominibus quatuor Nationum scilicet
Galliæ Germaniæ Italiæ et Hispaniæ, quam per dictum
capitulum generale, coeterisq præmissis octbus et singulis dum
sic ut supra describitur agerentur et fierent vna cum pnomi:
natis testibus semper pns et personaliter interfui. ideo hic me
actis statutis et ordinationibus humoi manu mea propria
scriptis subscribendo. vna cum Magro Joanne Gantereti circa
actum dictæ publication Emologation Ratification et approba:
tionis ipsius Reformationis connotario seu collega signo meo
solito signaui, una cum etiam impressionibus sigillorum ipsorum
Dnorum Abbatis et conuentus in fidem et Testimonium pmissorum
P. Guerini N. pmissis Emulgationi, publicationi ratificationi
et approbationi humoi Reformaois et actui ipsius pns et per:
sonalr ego dictus Joes Gantereti clericus viennens Diocesis
Notarius Auctoritatibus Aplica et Delphinali subsignatus inter:
fui, una cum pnominato Magro petro Guerini supra scripto
eaq sic fieri vidi et audiui, et inde hic me subscripsi in Testi:
monium pmissorum Jo Gantereti. N.

262 v

Extractum ab actibus originalibus dictae Reformationis f me P. Guerini Auctoritatibus Apostolica et Delphinali notarium publicum ipsius Reformationis atq capli generalis ordinis praefati scribam et secretarium sup et infra scriptum atq subsignatum subsigillorum Rdi in Chro pris Dni Joannis permissione divina Abbatis praefati monasterij S. Antonij viennen conventusq eiusdem monasterij impressionibus

P. Guerini

Collationata et auscultata est praesens copia de verbo ad verbum et concordant cum originali sigillato a tergo duobus sigillis, ut praefertur teste manu mea propria

N. Greffman Notr.

Anno Dni millesimo sexcentesimo sexagesimo primo Mense Decembri

Modus et Tenor investiendi et ad professionem admittendi Novitium in Ordine Sancti Antonij sub regula Sti Augustini.

Imprimis Novitius seu Ordinem petens debet bis aut ter in scriptis petere Ordinem, quo impetrato vocatur, ut videat praesens nostra officia divina, habitum, mores, mensam, cognoscatque, quae nostra vivendi regula, idque per mensem duos aut pauciores, prout convenire videbitur, deinde quando placet fratribus, et Ordini tempus investiturae praefigitur.

Ipsa die praescripta proceditur ad templum, et coeteris vocatis Amicis et Testibus remanentibus in choro, Praelatus cum Confratribus et Novitio vadunt ad Sacristiam, ibique à Praelato praedicitur et quaerit ipse ex Novitio genuflexo coram ipso.

Q. quid petis? was begehrestu von uns?

R. peto Ordinem Antonianum propter Deum.

Q. potes ea praestare, quae praestant fratres nostri? kanstu dann dasienige thun was du zu thun schuldig

R. possum per gratiam Dei.

Deinde ad Chorum revertuntur, et Praelatus in sella ante summum altare constituta sedens pauca de Ordine, ejusque Statutis dicit, coeteris in subselliis se recipientibus.

Novitium verò singulariter admonet ut bene consideret, quid petat, et ne praecipitanter agat, sed gratiam Dei singulariter imploret.

Sermone finito vel latino vel germanico Novitium ad se vocat, qui coram illo in genua procumbit, postea sequentia quaerit ex Novitio, et respondet ad singula.

Q. Tu es natus de legitimo matrimonio

R. Ita bistu aus einem Ehligen beth gebohren?

Q. fecistine votum intrandi in aliam religionem? hastu nit etwann ein gelübdt gethan einen andern orden anzutretten?
R. Non.

Q. Contraxistine sponsalia cum virgine vel cum Muliere? hastu dich nit mit einem weibsbildt versprochen zu heyrathen?
R. Non.

Q. Esne obligatus debitoribus, ob quod debitum ordo possit detrimentum sustinere? hastu nit vielleicht schulden auff dir, durch welche unser orden könten einen schaden leyden?
R. Non.

Sequuntur præstanda vota Novitiorum.

1. Vovent obedientiam, quod velint esse obedientes Superiori relinquentes totalem voluntatem suam.
2. Castitatem benè et integrè custodire promittent.
3. paupertatem, quod nunquam habebunt proprium sine voluntate et scitu superioris.
4. quod custodient et tenebunt regulam Sti Augustini nobis per sedem Apostolicam datam.
5. quod servabunt oia statuta Ordinis sancti Augustini facta et fienda seu quæ fieri possunt.

Deinde interrogatur Novitius.

Q. Vis omnia ista supradicta benè et devotè servare, sicut bonum decet Religiosum?
R. Ita.

Tunc ei debet dicere et demonstrare duritiem et austeritatem Ordinis, dicendo: Frater! tu habebis unum annum probationis

in ordine, tali conditione: qdsi tua socie
„tas Ordini placuerit, retinere te potest: et simi
„liter idem tibi conceditur privilegium, scilicet,
quod possis intra annum Ordinem dimittere
vel profiteri.

Quibus peractis dicuntur hi psalmi.

Deus in adjutorium meum intende &c.
Confundantur et revertantur, qui quærunt
animam meam.
Avertantur retrorsum, et erubescant qui
volunt mihi mala.
Revertantur statim erubescentes, qui dicunt
mihi: Euge Euge!
Exultent et lætentur in te omnes, qui quærunt
te et dicant semper: Magnificetur Dominus,
qui diligunt salutare tuum.
Ego vero egenus et pauper sum, Deus adjuva
me.
Adjutor meus et liberator meus es tu, Domine
ne moreris.

Gloria Patri &c.

Ecce nunc benedicite Dominum omnes Servi
Domini, qui statis in domo Domini in atrijs
domus Dei nostri.
In noctibus extollite manus vestras in sancta,
et benedicite Dominum.
Benedicat tibi Dnus ex Sion, qui fecit cœlum
et terram.

Gloria Patri. &c

Laudate Dnum in sanctis ejus, laudate eum
in firmamento virtutis ejus.
Laudate eum in virtutibus ejus laudate eum
secundum multitudinem magnitudinis ejus.
Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in
psalterio et cythara.
Laudate eum in tympano et choro, laudate
eum in chordis et organo

Laudate eum in cymbalis bene Sonantibus
laudate eum in cymbalis jubilationis
omnis spiritus laudet Dominum

Gloria Patri &c. Pater noster &c.

℣. Ego dixi, domine miserere mei
℟ Sana animam meam, quia peccavi tibi.
℣. Salvum fac servum tuum N. N.
℟ Deus meus sperantem in te
℣. Mitte ei auxilium de Sancto
℟ Et de Sion tuere eum.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟ Et clamor meus ad te veniat
℣. Dominus vobiscum
℟ Et cum Spiritu tuo.

Oremus

Deus qui Apostolis tuis praecepta dedisti,
ut fundata Divinitatis et Incarnationis
fide mirabili se invicem vocare fratres Paulus
Joannem, Jacobum constituisti: benedic hunc
famulum tuum N. qui se hodie in tuo Nomine
fratrem constituit, et amodo deinceps per te
nunc et in futurum valeat coronari, per Chris-
tum Dominum nostrum.

Oremus.

Deus qui ad aeternam vitam credentes filios
advocasti, manus in Apostolos extendisti, et
in tuo Nomine Petrum et Paulum, Jacobum
et Joannem, et Philippum germanos esse vo-
luisti: exaudi nos pro famulo tuo N. ut qui
se hodie in amore nominis tui fratrem con-
firmari voluit, crescat in eo amor sicut in
Apostolis tuis Petro et Paulo, timor ut in
Patriarchis, dilectio ut in Sergio et

Bacho, castitas in Melchisedech, veri-
tas in Abraham, humilitas in Mo-
yse solicitas, in Petro adjuvante Domino
nostro Jesu Christo, qui tecum vivit et reg-
nat in secula &c.

Oremus.

Dominator Domine Jesu Christe, qui fecisti
hominem ad imaginem et similitudinem
tuam, qui prefecisti sanctis Apostolis tuis Phi-
lippo et Bartholomæo fratres fieri consvetu-
dine carnali non obligatis, sed fide et Spiritu
sancto: et quomodo sanctos Apostolos tuos
Sergium et Bachum fratres dignatus es
fieri: ita benedic hunc famulum tuum N.
consvetudine fide et Spiritu Sancto, da ei
intra se amorem sine odio, ut sine scandalo
omnibus diebus vitæ suæ per intercessio-
nem genitricis tuæ Virginis Mariæ, sancti
Augustini et Antonij, quia te decet omnis
honor et gloria per infinita seculorum
secula.
℟ Amen.

Deinde benedicuntur Vestes.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟ Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum
℟ Et cum spiritu tuo

Oremus

Domine Jesu Christe qui tegumen nostræ
mortalitatis induere dignatus es, obsecra-
mus immensam largitatis tuæ abundan-
tiam, ut hoc genus vestimenti, quod sancti
Patres ad innocentiam, et humilitatis
indicium seculo abrenunciantes ferre
sanxerunt, ita benedicere ✝ digneris,

ut famulus tuus, qui hoc usus fuerit, se induere mereatur, qui vivis et regnas cum Deo Patre et Spiritu Sancto in Saecula Saeculorum.

Quo facto recipiendo mantellum dicitur.

Per istam tegulam damus tibi Societatem nostram, et fraternitatem Ordinis nostri Sancti Patris Antonij.

Hic imponatur habitus dicendo psalmos hosce

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terrâ viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus! confiteantur tibi populi omnes.

Laetentur et exultent gentes, quoniam judicas populos in aequitate, et gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus! confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, et metuant eum omnes fines terrae.

Gloria Patri &c.

Levavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino: qui fecit coelum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum
neq; dormitet, qui custodit te.
Ecce non dormitabit, neq; dormiet, qui custodit
te.
Dominus custodit te. Dominus protectio tua,
super manum dexteram tuam.
Per diem sol non uret te: neq; luna per noc-
tem.
Dominus custodit te ab omni malo, custodiat
animam tuam Dominus.
Dominus custodiat introitum tuum et exi-
tum tuum ex hoc nunc et usq; in seculum.

Gloria Patri &c.

Ad te levavi oculos meos: qui habitas in
coelis.
Ecce sicut oculi servorum: in manibus do-
minorum suorum.
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ
suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum
nostrum, donec misereatur nostri.
Miserere nostri Domine! miserere nostri
quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra:
opprobrium abundantibus, et despectio
superbis.

Gloria Patri &c.

Kyrie Eleyson Christe Eleyson, Kyrie
Eleyson. pater noster. Et ne nos &c.
℣. Salvum fac servum tuum N.
℟ Deus meus sperantem in te
℣. mitte ei Domine auxilium de Sancto
℟ Et de Sion tuere eum
℣. Esto ei Domine turris fortitudinis
℟ à facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo
℟ Et filius iniquitatis ô opponat nocere ei
℣. Domine exaudi orationem meam
℟ Et clamor meus ad te veniat

℣. Dominus vobiscum
℟ Et cum Spiritu tuo.

Oremus

Protege Domine quæsumus hunc famulum tuum N. et gratia tua dona multiplica in eo, ut ab omnibus sit liber offensis, temporalibus non destituatur auxilijs et sempiternis gaudeat institutis per Dnum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculorum

Tunc incipiatur per manus junctas dicendo

Nos te recipimus fratrem in Orationibus, et in omnibus operibus bonis participem, videlicet in hymnis, psalmis, et Canticis spiritualibus, vigilijs, jejunijs, et Eleemosynis, et alijs pijs operibus, et perducat te Deus ad regna Cœlorum, per Christum Dominum nostrum. ℟ Amen.

Aspergatur aquâ benedictâ et thurificetur his verbis:

Sore divinâ gratia perfundat te, et nos omnes trina majestas, et una Deitas Pater et filius et spiritus sanctus.
℟. Amen

Ad Incensū:

Odore bonarum virtutum sis sacrificium placitum deo, in nomine Patris et filij et spiritus sancti. ℟ Amen.

Postea cantatur

Veni sancte spiritus, reple tuorum corda

fidelium, Aui amoris in eis ignem accende, qui per diversitatem linguarum cunctarum gentes in unitate fidei congregasti.

V. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

℟. à templo sancto tuo quod est in Jerusalem.

Oremus

Deus qui corda fidelium sancti Spiritûs illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere et de ejus semper consolatione gaudere per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tunc osculetur Eum Prælatus et reliqui fratres et postmodum canitur Antiph. Da pacem Domine; in diebus nostris &c.

Sub finem Eum duxit Prælatus ad superiora subsellia chori, tradénsq; ei possessionem, inquit:

Accipe stallum in choro, in quo gratum exhibeas sacrificium Deo Creatori, et Salvatori tuo in Nomine Dei Patris et Filij et Spiritûs sancti.

Mox, ubi mos obtinuit, Prælatus se vertit ad Notarium et dicit: Domine N. de hoc actu hic celebrato ratione fratris nostri No. vitij ad perpetuam rei memoriam petimus erigi instrumentum publicum, si forsan opus fuerit.

Postea inchoabitur missa de tempore additâ Collectâ de Spiritu sancto &c.

Modus admittendi Novitium ordinis S. Antonij ad solemnem Professionem.

Finito probationis Anno statuitur dies, invitanturq; consanguinei, et Amici, quos

vult Novitius cum Notario et Testibus, qui-
„bus præsentibus in Refectorio circa medium Oc-
„tavæ deducitur vel à Patre suo si habet, et Præ-
„sens est, et altero Sanguineo, vel Prælato et
„altero Amico in medio, quos Confratres, et post
hos invitati Amici, Notarius et Testes, bini
et bini sequuntur ad Chorum, invitatisq; Do-
„minis et Amicis in Choro manentibus Præ-
„latus cum Confratribus, Novitio et Notario
ad Sacristiam se conferunt, ibiq; Novitius
flexis genibus petit, se ad Professionem et
Confirmationem Ordinis admitti. Prælatus
interrogat Confratres, an velint ad indivi-
„duam societatem Ordinis admittere? si an-
„nuant, reditur ad Chorum, Confratres et
Novitius majora subsellia occupant, Præcep-
„tor in sellâ ante summum altare locatâ
sedens, cur astantes omnes vocati, et quid
agendum sit, breviter declarat, deinde Novi-
„tium admonitione congruâ et salutari
prout visum fuerit adhortatur, quibus
peractis Novitius dexterâ tenens cereum
ardentem, sinistrâ verò scedulam, in
qua tenor professionis scriptus, accedit
ad altare procumbens ante Præceptorē
in genua, mox legit ex charta altâ et
distinctâ voce professionem, cujus tenor
sequitur.

Tenor Professionis.

Ego frater N. N. Canonicus Regularis
domûs et Monasterij S. Antonij in
Hochst et Rostorff Moguntinæ Diœcesis
ex Vienna franciæ oriundi juxta regulā
Divi Augustini expressè profiteor dictum
Ordinem Beati Antonij et Stabilitatem
in Corpore Ecclesiæ dicti Monasterij

promitto etiam coram Deo et Sanctis ejus in manibus et Præsentia Reverendi Admodum Patris et amplissimi Domini N. N. Præceptoris et Prælati mei coeterorumq astantium emendationem morũ meorum præcipuè in castitate sine proprio, et in obedientia vivere 2dùm gratiam à Deo mihi collatam et virium mearum facultatem, insuper vobis Præceptori et Prælato meo, vestrisq Successoribus canoniè intrantibus, et Sanctæ Sedi Apostolicæ Subjectionem obedientiam et Reverentiam à Sanctis Patribus constitutam secundùm regulam Beati Augustini, salvo ordine meo, perpetuò me exhibiturum voveo et Sanctè polliceor.

Cùm perlegerit altâ voce circumit altare et offert reverenter scedulam Professionis ad cornu Epistolæ, cereum verò in candelabro vacuo collocat, deinde flexis genibus ante altare ad Prælatum dicit.

Suscipe me secundùm Eloquium tuum et vivam, et non confundas me ab Expectatione mea.

Prælatus subjungit: gloria Patri &c.
Chorus respondet: Sicut erat in principio &c.
Et secunda et tertiâ vice superiora repetuntur: Suscipe me &c.

Deinde Prælatus subjungit: Suscepimus, Deus misericordiam tuam in medio templi tui.

Deinde dicuntur psalmi.

1 Magnus Dominus et laudabilis nimis: in Civitate Dei nostri, in monte Sancto ejus.
Fundatur exultate universæ terræ mons Sion: latera aquilonis, Civitas regis magni.
Deus in domibus ejus cognoscetur: cùm suscipiat eam.
Quoniam Ecce reges terræ congregati sunt: convenerunt in unum.

Ipsi videntes admirati sunt, conturbati
sunt, commoti sunt: tremor apprehendit
eos.
Ibi dolores ut parturientes: in spiritu
vehementi conteres naves Tharsis.
Sicut audivimus, sic vidimus in civitate
Domini virtutum in civitate Dei nostri:
Deus fundavit eam in æternum.
Suscepimus Domine misericordiam tuam:
in medio templi tui.
Secundùm nomen tuum Deus sic et laus tua
in fines terræ: justitiâ est plena dextera
tua.
Lætetur mons Sion et exultent filiæ Judæ:
propter judicia tua Deus.
Circumdate Sion et complectimini eam:
narrate in turribus ejus.
Ponite corda vestra in virtute ejus: et distri-
buite domos ejus, ut enarretis in progenie
altera.
Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternū
et in sæculum sæculi: ipse reget nos in sæ-
cula.

Gloria Patri et filio &c.

7. Miserere mei Deus: secundùm magnam &c.
dicitur totus psalmus.
3 Ecce quàm bonum et quàm jucundùm:
habitare fratres in unum.
Sicut unguentum in capite, quod descen-
dit in barbam Aaron.
Quod descendit in oram vestimenti ejus:
Sicut ros Hermon, qui descendit in montem
Sion.
Quoniam illic mandavit Dominus benedictio-
nem: et vitam usq; in sæculum.

gloria Patri &c.

Antiphona.

Suscepimus Deus misericordiam tuam: in medio templi tui.

Kyrie Eleyson, Christe Eleyson, Kyrie Eleyson. Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Salvum fac Servum tuum N.

℟. Deus meus Sperantem in te

℣. Mitte ei auxilium de Sancto

℟. Et de Sion tuere eum.

℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.

℟. à facie Inimici

℣. nihil proficiat Inimicus in eo.

℟. Et filius Iniquitatis non apponat nocere ei

℣. Domine exaudi orationem meam

℟. Et clamor meus ad te veniat

℣. Dominus vobiscum

℟. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus! miserere famulo tuo N. et dirige eum secundùm clementiam tuam in viam salutis æternæ ut te donante tibi placita cupiat, et totâ virtute et vitâ proficiat per Dnũ nostrũ Jesum &c.

Oremus

Deus qui revertentibus à sæculo mansionem in cœlis præparasti dilata hujus congregationis temporale habitaculum Cœlestibus bonis, et suprafulciatur compage charitatis: et huic nostro Confratri N. concedere dignare ut in vera paupertate unanimis, continentiæ præcepta servare studeat sobriè simplex obediens, et quietus, datam sibi gratiam fuisse cognoscat, concordet vita illius cum ratione, professio censeatur in opere, per Dnũ nostrum &c.

Oremus

Deus qui non vis mortem peccatoris, sed

poenitentiam et emendationem semper inquiris, misericordiæ tuæ Clementiam humiliter imploramus, ut huic famulo tuo N. sæcularibus actibus renuncianti largā pietatis tuæ gratiam coelitus infundere digneris, quatenus castris tuis insertus tibi militando stadium vitæ præsentis valeat absolvere, et bravium æternæ remunerationis percipere. per Dnū nostrū &c.

Oremus

Domine Jesu Christe! qui es via, sine qua nemo venit ad Patrem, quæsumus Clementiā tuam, ut hunc famulum tuum N. carnalibus desiderijs abstractum, pariterq sin gularibus disciplinis imbutum custodias: et qui peccatores vocare dignatus es dicens: venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos, præsta ut hæc vox invitationis tuæ in eo convalescat, quatenus onera peccatorum deponat, et quàm dulcis es gustans tuâ refectione satiari mereatur, et sicut de tuis actibus attestari dignatus es, agnosce eum inter oves tuas, et ipse te agnoscat, et alium non sequatur quàm te, neq aliam vocem audiat quàm tuam, qui vivis et regnas &c.

Deinde aspergatur aquâ lustrali his verbis:

Rore divinæ gratiæ perfundat te et nos omnes trina Majestas et una Deitas Pater et filius et Spiritus Sanctus.

Deinde Thurificetur

Odore bonarum virtutum sis sacrificium

placitum Deo in Nomine Patris et filij et Spiritûs Sancti. ℟. Amen.

Postea admittitur ad osculum pacis à Prælato et cæteris confratribus et cantat in choro Antiphonam.

Veni Sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium et tui Amoris in eis ignem accende qui per diversitatem linguarum cunctarum gentes in unitate fidei congregasti.

℣. Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

℟. à templo Sancto tuo, quod est in Jerusalem.

Oremus.

Deus qui corda fidelium Sancti Spiritûs illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere per Dominum nostrum Jesum Christum &c.

Postea à Prælato ducitur ad subsellia majora chori dicente:

Accipe stallum in choro, in quo gratum exhibeas sacrificium Christo Creatori et Salvatori tuo, sisq; confirmatus in Ordine nostro in nomine Patris et filij et Spiritûs Sancti. ℟. Amen.

Cætera ut Superiùs in fine Investituræ.